UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

Liber Primvs

urn:nbn:de:hbz:466:1-51132

Visual Library

DE STVDIO

PERFECTIONIS LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Vnum Deum omni ex parte esse perfectum.

QVI Deum perfectum esse neſcit, neſcit ſe à Deo eſſe profectum: ſi enim cuncta à Deo condita ſunt, neceſſe eſt & ſe ab eo conditum eſſe fateatur. Si vero omnia à Deo proficiſcuntur, manant, originemque ducunt, tamquam primo principio, formas omnes eminentiſſime continente: qui fieri poteſt, vt PERFECTIONES omnes in eo non reperiantur? Ipſe enim rerum cauſas producit: eſſentiam exiſtentiam, PERFECTIONEMque naturis rerum attribuit: eſtque intime præſens rebus omnibus, vt ſint, & permaneant. *Omnia* enim *Deus perfectus eſt.*

Ioan. 1. *Act 17.* *per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et: *In ipso viuimus, mouemur, & sumus.* Certe si esse nostrum à Dei esse pendeat, etiam PERFECTIONVM nostrarum existentia ab ipsius existentia pendere debebit.

Est esse per se subsistēs. 2. Omnis namque sapientia, bonitas, excellentia, nobilitas, fortitudo, virtus denique omnis, PERFECTIONES esse non possunt, nisi prius existant, & in illo suo esse perpetuo conseruentur: Deus autem dat omnibus rebus existentiam: *estque esse per se subsistens, continens in se omnimodam* vt B. Thom. loquitur *essendi* PERFECTIONEM. Ita enim Moysi Deus asseruit: *Ego sum qui sum. Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos.* Item: *Ego sum α & ω, principium & finis, dicit Dominus Deus qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens.* Vt ergo res existentes ad Dei esse pertinent: ita PERFECTIONES rerum omnium, ad PERFECTIONEM essendi, quæ est in Deo, referuntur. At in Deo res omnes existunt: PERFECTIONES ergo rerum omnium in Deo reperiri necesse est. Hinc D. Dionysius Areopagita, cum dixisset quod *Deus non quodammodo sit existens, sed simpliciter & incircumscripte totum in seipso vniformiter esse præaccipit*, subdit, & ipsum debere dici *esse subsistentibus*: quasi dicat, si Deus omnibus esse largitur, & omnes in Deo sunt: cum in eo similiter PERFECTIONES consistant, necessarium esse vt in DEO ipsæ reperiantur, sine quo ne subsistere quidem possent.

D. Thom. 1. p. q. 4 c. 2. *Exod. 3.* *Apoc. 1.* *Deus est esse rerum omnium.* *De diuin. nomin. c. 5.*

Deus est virtus tota & vniuer- 3. DEVS ergo perfectissimus est: illud enim dicitur vniuersaliter perfectum, cui nulla ali-

la alicuius generis deest virtus, nobilitas, aut excellentia. In Deo certe nulla desiderari potest: est enim Deus virtus tota & vniuersalis essendi: in qua omnes diuinæ PERFECTIONES, & rerum omnium conditarum nobilitas continetur. Nos imperfecti sumus: eoque magis, quo minus de essendi illius infinitate participamus. Longissime vero abest à Deo, non esse, aut defectus: quæ in nobis plurima sunt: quia illa infinito eius essendi modo plane repugnant. Cum ergo Deus sit proprium suum esse, illudque habeat secundum omnimodam essendi potestatem: necesse est, in eo omnes, tam diuinas, quam creatas PERFECTIONES contineri. Quid enim est nobilitas sapientiæ, nisi nobilitas *esse eiusdem*? & quæ excellentia in virtute reperitur, quæ non in esse virtutis? Vnde bene S. Thomas: *Omnem nobilitatem cuiusque rei, esse sibi secundum suum esse.* Ex cuiusque enim modo quo res est, nobilitas cuiusque oritur. Nobilior est sapientia, quam scientia humana: & caritas, quam timor: quia eorum esse nobilius est. Nec sapientia amplius in se habet, quam ei suum esse tribuit. Si enim non sit, ne nomen quidem meretur. Nos ergo paucas virtutes habemus, & inæquales: quia defectus & hiatus magni sunt in nobis, qui ex nihilo venimus, & participamus de illa essendi infinitate, particulari & imperfectissimo modo, non secundū omnimodam potentiā. Hinc imperfecti sumus. Deus autē, qui vis quædā est infinita, cōtinēs totā, vniuersalē, & omnipotentē virtutē essen-

Salis essendi.

Imperfectionis creaturarum ratio.

Lib. 1. cont. Gent. c. 28. parag. 1.

essendi, non modo PERFECTIONES rerum quæ iam existunt, sed & quæ vel futuræ sunt, vel nũquam erunt: diuinas item omnes complectitur, meritoque Deus perfectissimus dicendus est.

Deus causa est ad quam cetera vltimo referũtur.

4. Et nos quidem id fateri cogimur, rei euidentia eo ipso, quo res creatas imperfectas dicimus. Res enim imperfecta, necessario ab aliquo perfecto in suo genere procedit. Verbi gratia: acinus in pomo, semen tantum est, non arbor: imperfectus est ergo. Procedit ab arbore: ergo illa perfectior acino. Arbor vim omnem trahit à radice; ergo & radix trunco perfectior: radix à Sole; ergo Sol perfectior: Sol & radix à virtute indita Soli vel radici; vis autem illa à Deo procedit, ad quem ita singula reduci referrique debent; Deus ergo perfectissimus est.

Deus efficiens causa rerum omnium.
Iob 10.
Isaiæ 41.
Rom. 11.

5. Est enim, vt iam dixi, Architectus rerum omnium & auctor: singulæque res dicere ac fateri coguntur, quod Propheta Iob de se fassus est: *Manus tuæ, Domine, fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu.* & Isaias: *Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum.* Et Apostolus Paulus: *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Certe, causa effectiua, effectus sui PERFECTIONES, quas ei communicat, omnino continet. Nec enim substantia quædam naturalis hominem generaret, quæ homo non esset: nec Sol parens rerum omnium dici posset, si excellenti quadam virtute, rerum à se productarum naturam atque ornamenta in se non haberet. Quod si oculos attollam altius, & Deum intuear

mear zelantem ac dicentem, *Nolite vocare vobis patrem super terram, vnus est enim Pater vester in cœlis*: imo & se *patrem pluuiæ* indigetantem: quia eadem eminenti virtute pluuias, grandinem, rorem, tonitrua generat atque efficit: asserentem deinde per Apostolum suum, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum: apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*: nonne iure concludam, in se rerum illarum, quas efficit, PERFECTIONES nobiliori, sublimiori, & super naturam eminenti virtute, quam Pater Filij, aut Sol rerum quas efficit, naturas, decora atque ornamenta complecti? Hinc D. Dionysius de Deo loquens, *Non quidem*, ait, *hoc est, hoc autem non est; sed omnia est, & omnium causa.* Deus namque nec aurum est, quod terra effoditur; nec Sol, qui vicissitudinem patitur; nec homo, qui fœdo spermate concipitur; nec lux, cui tenebræ succedunt; nec alia, quæ sensibus percipimus; sed *aurum ignitum*, quo locupletamur: sed Pater luminum omnium: sed prototypum hominis, lux inaccessibilis: & quidem infinito modo, nobilitate, gloria, virtute cuncta exuperans. Rationem huius adfert D. Ioannes: *Quod factum est, in ipso vita erat.* Quasi dicat: Quod fit à Deo, à Deo intelligitur: De autem intellectus, intelligere, & intellectu conceptum, vt in Deo sunt, à Deo non discrepant. Vita ergo Dei ea sunt omnia. Ita S. Thomas D. vero * Anselmus: *Cum summus ille spiritus dicit seipsum, dicit omnia quæ facta sunt: nam & antequam fierent, & cum iam facta sunt,*

Matth. 23.
Iob 38.
Iacobi 1.
In Deo res omnes eminenter contineri.
De diuin. nom. c. 5.
Iaco. 1.
Apocal. 2.
Iaco. 1.
1. Tim 6.
Ioan. 1.
1. p q. 18. ar. 4.
* *Monol. c. 33.*

sunt & cũ corrumpuntur, seu aliquo modo variantur, semper in ipso sunt: non quod sunt in seipsis, sed quod est idem ipse. Etenim in seipsis sunt essentia mutabilis, secundum mutabilem rationem creata: in ipso vero sunt ipsa prima essentia, & prima existendi veritas: cui pro vt magis vtcumque illa similia sunt, ita verius & præstantius existunt. Piissime vero Diuus Augustinus: *Apud te, Domine, omnium stabilium stant causæ, & omnium mutabilium apud te immutabiles manent origines, & omnium rationabilium & irrationabilium atque temporalium sempiternæ viuunt rationes.* Et paulo inferius: *Quidquid enim est, à te est: quia sine te nihil est. Nonne tu es fons vitæ, à quo fluit omnis vita? quidquid enim viuit, per te viuit: quia sine te nihil viuit.* Item alibi: *Omnis vita vel quæ nutrit & continet, qualis est in arboribus: vel quæ hæc habet & sentit, qualis est in pecoribus vel quæ hæc habet & intelligit, qualis est in hominibus: vel quæ nutritorio subsidio non indiget, sed tamen continet, sentit, & intelligit, qualis est in Angelis: nisi ab illo esse non potest, qui simpliciter est. Quia non aliud illi est esse, aliud viuere: quasi possit esse non viuens: nec aliud est illi viuere, & aliud intelligere. quasi possit viuere non intelligens: nec aliud intelligere, aliud beatum esse: quasi possit intelligere non beatus. Sed quod illi est viuere, intelligere, beatum esse, hoc illi est esse.* ita Augustinus. Diuinas ergo Deus in se, creatalque PERFECTIONES eminenti quadam ratione complectitur. Hæc autem similitudinibus adumbrari possunt. Nam denarium ex cupro ignobilem, in nummo argenteo: & argenteum, in auro reperies. Rerum etiam existentia sua singulis inest: excellentius

Soliloq. c. 31

Lib. 8. de ciuit. Dei. c. 6.

Similitudines conglobatæ.

1.

2.

tius tamen in planta, quam in lapide: in elephanto, quam in arbusto: in homine, quam in musca: in Angelis, quam in homine: in Deo denique, quam in omnibus creatis. Vis quoque vegetatiua sic viget in arbore, vt ad summam altitudinem eam attollat: nobilius est tamen in cerruo, imo & in formica, vbi cum vita, motu, & industria vis illa supereminet. Sed quanto magis in homine, cuius vita cœlum intuetur, æternitatem spectat, in Deum tamquam possessionem suam perpetuam aspirat! Et calore quidem ignis recrearis, eoque frigidus incalescis: sed quis ignis materia concretus ita late patet, idque efficit, quod calor Solis, æstate media? aut natiuus calor, vitam in nobis conseruans? qui sane alius est, ac nobilior, quam qui ab igne promanat. In milite gregario auctoritas est, in bello persequendi hostem, capiendi, trucitandi: sed eadem in Decurione, Centurione, Primipilo, ordinum Ductore, Chiliarcha, Tribuno, Duce. Imperatore denique longe excellentior est. Sicut & iurisdictio Ecclesiastica in Curione reperitur: sed quid in Episcopo? quid in Patriarcha? quid in summo Pontifice, Christi vicario? nonne eminentius? Sic in Deo hæc quidem reperies, sed nobiliora, altiora, excellentiora, quam vel in rebus ipsis sint, vel sensus noster comprehendere possit. Cumque Deo nihil possit accidere, illa omnia PERFECTIONES Del sunt, & Deus ipse, & ea ipsa infinita, & omnibus absoluta numeris. Hæc omnia paucis expressit Anselmus. *Creata*, inquit, *verius in verbo sunt & intelligentia*

3.

4.

5.

6.

D. Thom. lib. 1. cont. Gent. c. 28. parag 4. Ibid. Franciſc. Ferrar. in c 32. Monolog. c. 35

Creatoris, quam in seipsis: quanto verius existit creatrix, quam creata substantia.

6. Verum defectuositas nostra, ac eorum quę materia constant, incredibiliter Dei PERFECTIONES arguunt atq; illustrāt: est enim materia imperfectissima: & eo imperfectior, quo ad varias formas, quib. caret, magis idonea est. Non enim PERFECTIO est, posse perfici: sed eam formam atq; actum esse consecutum, quē habere possis. In exemplo clarius elucebit. En auri pręstantis ingens massa: ex ea fieri potest Mercurius, & quidem in Mercurio efformato pedes, tibiæ, femora, pectus, brachia, manus, caput, oculi, aures, os, nasus, ac cetera necessaria sunt. Imperfectum profecto dicemus, si vel vna pars desideretur. Dicis enim: Hæc statua caput habet, deest tamen nasus: oculum habet dextrum, caret siniſtro. In massa ergo illa, materia præsens est, & apta ad formas illas omnes: sed eo imperfectior est, quo plures actus ac formas habere potest, quibus interea caret. Idem statui potest in homine. Dicis enim: Hic puer, nondū Baptismo initiatus, iustificari potest; insignibus virtutum ornamentis condecorari: fide, spe, caritate firmari: humilitatis, obedientiæ, mansuetudinis, benignitatis laude commendari: possunt in eo iustitiæ, prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ cardines inueniri: Religio item, pietas, obseruantia, gratitudo, magnanimitas, patientia, constantia, perseuerantia, cum ceteris virtutum ac donorum præsidijs: euadere denique in virum perfectum. Verum hæc dicuntur

Materia imperfecta.

in

in potentia: desunt tamen: ideo imperfectus puer censendus est. Addam, eundem ipsum (vt diserte & eleganter Macarius) in vtero matris fuisse embryonem, & de eo dici potuisse, Erit aliquando, nascetur: de nato vero affirmari grādiorē ætate & statura esse posse: futurum forte vt excultus litteris humanioribus, Græcis, Latinis, Hebraicis, Doctoratus, vtriusque Iuris laurea donetur: vel ex generoso milite Chiliarcha, aut etiam ciuitatis aut prouinciæ Præses, Dux, aut denique Imperator Augustus virtute ac meritis euadat. Hæc omnia si actu adessent, PERFECTIONES hic puer multas haberet: quæ quia absunt, & forte ab iis longe diuersa atque etiam opposita sectatur, imperfectus dicitur. At in Deo nulla est materia, nulla potentia, quæ actu perfici debeat, nihil desideratur: omnia præsentia semper in eo fuerunt: nec vmquam tempus fuit quo dictum est, Deus erit, erit potens & sapiens: sed dies eius æternitas est, semper fuit omnipotens, Rex sæculorum, *Princeps Regum terræ*, sapiens, bonus, misericors. Quod si aggrediar numerum attributorū eius recensere, numerus me dieſque deficient. Et cum virtutes eius innumerabiles sint, tum & singulę innumerabiles PERFECTIONES actu cōtinent. Ita Propheræ loqui libuit: *Et sapientiæ eius non est numerus, & magnitudinis eius non est finis: Regnū tuum Regnū omnium sæculorū, & dominatio tua in omni generatione & generationē.* Hanc doctrinā D. Thō. paucis verbis expressit graphice. *Deus*, inquit, *ponitur primum principium, non materiale*

Macarius homilia. 15.

Deus est purus actus.

Apoc. 1.

Perfectiones Dei infinitæ.

Psal. 146

Psal 144

1. par. q. 1. a. 1.

sed in genere causæ efficientis. Et hoc oportet esse perfectissimum. Sicut enim materia, in quantum huiusmodi, est in potentia: ita agens, in quantum eiusmodi, est in actu. Vnde primum principium oportet maxime esse in actu, & per consequens maxime esse perfectum. Secundum hoc enim dicitur aliquid esse perfectum, secundum quod est actu: nam perfectum dicitur, cui nihil deest secundum modum suæ PERFECTIONIS. Hæc D. Thom.

Perfectionis incommunicabilis rationes tres. D. Thom. 1.p q.6.a.3.

7. Ex quibus colligitur, Deum non tantum esse perfectum quod omnes illas PERFECTIONES habeat, quæ ipsum in seipso perfectum reddunt: *vt quod ipse sit suum esse à nullo dependens, nulla omnino desideret quæ iuuent eius operationes*, (nam ea quæ nobis adueniunt ad agendum necessaria, in ipso essentialia sunt: est enim Deus bonitas, sapientia, iustitia, quæ si nobis attribuamus, ea nobis accidere dicemus) *ipse quoque finis suus est, & ad aliud non ordinatur, tamquam ad finem: finis vero omnium rerum est*: quæ tria capita sunt incommunicabilis PERFECTIONIS: sed etiam præterea res omnes producere ac conseruare possit, tamquam primum principium: vnde certo colligere licet, in eo, actu, rerum omnium PERFECTIONES debere præexistere, quas nec communicare nec cõseraure posset, si in se eas non haberet. Quæ cum vni & soli Deo competant: euidens est, vnicum Deum omni ex parte esse perfectum.

CAP.

CAP. II.

Deum esse PERFECTIONIS *exemplar.*

HÆc in Deo esse, idcirco ostendimus, vt homo, qui ad imaginem Dei creatus est, in Dei PERFECTIONES oculos conuertat: vt qui imago Dei est per naturam, & per gratiam eidem similis, imaginem suam deformatam restituat, & pro virili, Dei PERFECTIONES in se efformet, quibus ei simillimus euadat. Vt enim pictor qui imaginem aut vetustate detritam, aut iniuria violatam pristino splendori restituere vult, ad prototypum recurrit, abrasaque lineamenta ac colores reponit: ita anima, quæ studio PERFECTIONIS tenetur, si vetustatem suam renouare, aut deformitatem corrigere cupiat, necesse est vt oculos in prototypum cõiiciat: illic turpitudinem, deformitatem, vetustatem, defectusque omnes suos agnoscet: dissimilitudinem vero ab exemplari tantam, vt in se vix eius vestigium agnoscat. Immensa enim Dei est pulchritudo ac venustas: integritas eadem naturæ & PERFECTIONVM, quæ ab æterno fuit: quanta ergo animæ cum Deo dissimilitudo!

Homo est imago Dei.

Si deformata, quomodo reparari debeat.

2. Qua de re eleganter D. Ambrosius: *Illa anima à Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoremque pietatis. Illa anima bene*

In Hexamer. li. 6. c. 7. tom. 4.

bene picta est, in qua est splendor gloriæ, & paternæ imago substantiæ. Secundum hanc imaginem erat Adam ante peccatum : sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem. Sed fugiamus hanc imaginem, quæ intrare ciuitatem Dei non potest: quia scriptum est, Domine, in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Hæc Ambrosius. Hanc eandem similitudinem & dissimilitudinem exprimit etiam Diuus Gregorius Nyssenus. *Hæc* air, *similitudo hominis cum Deo, est puritas beatitudo, carere affectibus, ab omni prauitate esse seiunctum.* Diuus Augustinus, disputans in quo illa similitudo consistat, ait: *Id autem est ipsa ratio: vnde Apostolus dicit : Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui renouatur in agnitionem eius, qui creauit eum. satis ostendens qua parte homo creatus sit ad imaginem Dei: quia non corporeis lineamentis, sed quadam forma intelligibili mentis illuminatæ.* Hæc ille. Ergo secundum Augustinum homo per ignorantiam & peccatum Deo dissimilis efficitur, per conformationem vero cum Creatore constat eundem renouari. Concludam præclara quadam D. Bernardi adhortatione animam alloquentis : *O anima mea, si vis amari à Deo, reforma in te imaginem eius, & amabit te : repara in te similitudinem eius, & desiderabit te. Consilio namque sanctæ Trinitatis ad imaginem suam creauit te Creator tuus : quod nulli alteri ex creaturis donauit, vt tanto eum diligentius diligeres quanto mirabilius ab eo te conditam intelligeres. Considera ergo nobilitatem tuam: quoniam sicut Deus vbique est totus, omnia viuificans, omnia mouens, omnia gubernãs : ita*

Psal. 72.

In Genes.

Lib. 3. de Gen. ad literam.

De interiori domo, c. 67.

tu

tu in corpore tuo vbique tota es, illud viuificans mouens & gubernans. Et sicut Deus est, viuit & sapit: ita tu secundum modum tuum es, viuis, & sapis. Et sicut in Deo sunt tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sic & tu habes tres vires, scilicet intellectum, memoriã & voluntatem. Et sicut ex Patre generatur Filius, & ex vtroque procedit Spiritus sanctus: ita & ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut Deus est Pater, Deus est filius, Deus est spiritus sanctus, non tamen tres Dij. sed vnus Deus, & tres personæ: ita anima est intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animæ sed vna anima, & tres vires. Ex quibus animæ viribus quasi excellentioribus iubemur Deum diligere, vt diligamus eum ex toto corde, ex tota anima, tota mente, id est, toto intellectu, tota voluntate, tota memoria, hoc est, toto affectu, sine defectu, cum discretionis intuitu. Hæc Bernardus.

3. Verum Deus nouerat paucos esse, qui adeo lynceos haberent oculos, vt de eius PERFECTIONIBVS meditaturi essent: multi enim similes sunt *viro consideranti vultum natiuitatis sũæ in speculo*: legunt, audiunt Dei verbum, meditantur obiter & per transennam, & immemores abeunt. Pauci vero perspiciunt ac penetrant legem perfectam libertatis: satisque eis est, si aliquid de ea sciant, ne in colloquiis ignari habeantur: experientiam vero, vel sensum rerum diuinarum habent aut nullum, aut exiguum: & licet attendant nonnulli, ac diligentiam aliquam adhibeant: quia tamen Deus excelsus est, *& lucem* quandam *habitat inaccessibilẽ*, nec omnes *Iacobi 1.* *1. Tim. 6.*

Lex naturæ imago quædã est diuinarum Perfectionum. Sed maxime lex gratiæ. Similia.

idonei sunt ad sublimia illa Dei arcana considerãda: idcirco semina quædã naturæ nostræ indidit, ac legem impressit animis hominũ, eamq; incredibiliter auxit ac illustrauit accessione gratiæ supernaturalis, virtutum infusarum, ac donorum spiritualium. Vt Deus imitatus videatur Principem nobilissimum, filium procul ablegantem: quem cum sui memorem perpetuo habere velit: tabulam ei quandam, effigiem nẽpe suam, viuis & maxime insignibus coloribus depictam, in qua lineamenta, virtutumque eius splendor, stemmata quoque ac decora omnia reluceant, tradit: in ea domus illius parte collocandam, vnde in eius oculos quodammodo incurrat assidue: sicque paternorum monitorum, factorum, ac virtutum memoriam numquam valeat deponere. Ita æternus ille genitor indelebilem animis hominum ideam atq; effigiẽ impressit, quam intuentes à patria extorres filii, parentis amantissimi, eiusq; voluntatis memoriam perpetuo foueant atq; retineant. Non absimilem considerationem adfert Theodoretus. *Quemadmodum*, inquit, *si quispiam Rex cũ maximam vrbem excitasset, multisq; & variis operib. adornasset, imaginem suam, maximã, decentissimamq;, in vrbis medio collocaret, vt hac imagine Regem huiusce vrbis auctorem conditoremque indicaret, quem omnes vrbi habitatores venerarentur, & gratias agerent, quod sibi vrbem construxisset: eodem modo Deus, postquam mundum condidit, hominem ad imaginem suã à se creatum, in eo tamquam imaginem propriam collocauit, cui omnes creaturæ deseruirent.*

1.

2. *In Genes.*

Hæc

Hæc ille. Verum æquũ non est, vt omnes creaturæ Deum in sua imagine agnoscant ac veneretur: homines vero qui eam in se portant, omnino negligant, & Dei Creatoris sui obliuiscantur.

Lex vetus imago imperfecta minimeq; sufficiens.

4. Hanc doctrinam Deus olim testatam voluit, cum* in monte Sina legem in tabulis lapideis secundo sculpsit, excitatis tonitru, fulgure & horrendo boatu; vt homines oculis auribusque haurirent ac sentirent exterius, quod interius apprehendere non poterant. Verum parum id iuuit: nam Apostolus de hac voluntatis diuinæ cognitione sic statuit; tantũ abest vt illa præsidio fuerit; vt etiam occasionem vel peccandi, vel grauius peccandi præbuerit: quod legis seruandæ scientiam obligationemq; renouauerit; volũtatem vero hominis instabilem, fragilem, infirmam, multisque vulneribus sauciam, allato gratiæ præsidio nullo modo sanauerit. Audiamus Apostolum: *Lex iram operatur: vbi enim nõn est lex, nec præuaricatio. Quid ergo dicemus? Lex peccatũ est? Absit; sed peccatum non cognoui, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebã, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione aũt accepta, peccatum per mandatũ operatum est in me omnem cõcupiscentiam: sine lege enim omne peccatum mortuum fuerat.* Hæc ille. Lex ergo antiqua, etsi speculum quoddam sit, cum ad maculas faciei nostræ deformatæ videndas, tum ad normam quandam vitæ degendę desumendam: sufficiens tamen non fuit ad maculas illas abstergendas, neque ad vitam roburq; muneribus obeundis largiendum, cum & ipsa muta mortuaque loqui ac præire non posset.

* *Exod. 19.*

Rom. 4.
Rom. 7.

Qua-

Christus imago Dei Patris perfectissima nobis proponitur.

5. Quapropter volens Deus prolixe prospectum ignorantiæ & infirmitati hominis, ipsum prototypum & exemplar in mundum mittere, Filium suum, dignatus est, Patris nempe veram viuamque imaginem: (*Ipse enim candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius*) vt non tantum speculando homines crassi Dei PERFECTIONES videretur: sed & oculis corporis conspicerent ea, quæ mente nequirent in natura diuina perscrutari. Ita enim Dominus Moysi, cum exemplar ac ideam præscripsisset Sanctuarij: *Vide* (inquit) *& omnia facito iuxta exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Idipsum diuus Paulus repetiit, ostendens Moysi hæc in figura contigisse: nobis vero Iesum Christum in loco eminentissimo PERFECTIONIS exemplar perfectissimum proposituũ. Vnde alio loco: *Estote imitatores Christi, sicut filii carissimi.* Et D. Petrus, *Christus*, inquit, *passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius: qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.*

Exod. 29.

Heb. 8.

Ephes. 5.

1. Pet. 2.

Perfectiones Dei in Christo repræsentatæ.

6. PERFECTIONES ergo, quas Deus vult nos imitari in se, tamquam prototypo, sunt: *Peccatum non facere: dolum in ore nostro non inueniri.* Et quãuis humilitatis virtus quodammodo eũ deceat, quod nulli possit subesse: eã idcirco assumpsit naturam, in qua non indecore virtutem illam, quam summopere adamauit exerceret, & nos ad sui imitationem alliceret. Pari modo, cui in cœlo obediret, non erat: ideo *semetipsum humiliauit, factus* Patri *obediens vsque ad mortem*: is, inquam,

1. *Carere peccato & dolo.*

2. *Humilitas.*

quam, *qui cum in forma Dei esset, rapinam non arbitrabatur, esse se æqualem Deo.* Ditissimus quoque erat: *Eius* enim *est terra & plenitudo eius:* dixeratq; olim, *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes feræ siluarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri mecum est.* Dives ergo cum esset, condicionem eam assumpsit, in qua dicere posset: *Ego autem mendicus sum, & pauper.* Supra modum eidem carnis integritas placuit: & cum sine corpore laudem humanæ castitatis ferre non posset, corpus induit *dæmonis externo ludibrio obnoxium*: vt & in eo de infirmitate nostra triumpharet, nosque illud encomium reportaremus: *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, & sequuntur Agnum quocumque ierit.*

3. *Obediẽtia. Philip 2. Psal. 23. Psal. 49.*

4. *Paupertas. Psal. 39.*

5. *Virginitas. Greg. hom. 16. in Euang. Apoc. 14.*

7. Aspice ergo, ô homo, in exemplar quod tibi Deus proposuit imitandum. Intra domunculam, imo antrum Bethleemiticum. Illic videbis Deum humilem, pauperem, viginem ex virgine, obedientem Patri, subiectum legibus. Eius considera caritatem immensam, qua se pro inimicis incommodis obiicit innumeris. Illic denique apparet *benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei*, & quidem *omnibus hominibus: vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria sobrie, iuste, & pie viuamus in hoc sæculo.* Ipse namque sobrietatem docet:

1. *In natiuitate Christi.*

6. *Caritas.*

7. *Benignitas. Tit.*

8. *Sobrietas. Sedulius.*

Paruoque lacte pastus est,
Per quem nec ales esurit.

Docet & iustitiam: *sic enim decet omnem impleri iu-*

9.

Iustitia. *stitiam*: erga Deum, erga homines, pro hominibus. Ecquis magis pius, quam qui dicere potest: *Matth. 3.* *A meipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia, quæ placita sunt ei, facio semper?*

10. *Pietas.* *Ioan. 8.* 8. *Cœpit* ergo Iesus *facere*, vt liberius postmodum docere eadem posset, ac dicere, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde*: atque in monte sublimem illam doctrinam Apostolis nobisque promulgare: *Beati pauperes spiritu: beati mites, qui lugent, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, misericordes, mundi corde, pacifici, persecutionem patientes.* Respondit ergo doctrina factis: & in eo tantum discrepauit, quod annis trib. dumtaxat docuerit, fecerit vero, quæ docuit, annis triginta tribus, & quidem adeo multa, vt de his ita scripserit D. Ioannes: *Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros,* Pauca tamen scripta sunt, & quidem vix alia, quã quæ trium annorum spatio exercuit: nec ea quidem omnia: & quæ scripta sunt, adeo referta sunt virtutum exemplis, vt pæne verba singula vim contineant exerantque eximiam, documenta rara, maximeque illustria: vt non immerito eius humanitati illud Salomonis abscribi posse videatur, *Venter tuus sicut aceruus tritici.* In aceruo tritici non solum ipse cumulus integer, sed & grana singula vim germinandi continent: & quidem non modo culmum vnum, sed ex vna enata radice culmos plures & spicas: grana autẽ adeo multa, vt subinde gramen vnũ reddat fructum

Matth. 11. *Matth. 5.* *Ioan. 20.* *Cant. 7.* *Luc. 8.*

ctum centesimũ, Talia sunt verba singula Seruatoris, singulę virtutes, vt, si à terra mẽteq; frugifera excipiantur, ac considerentur, vnũ erit instar centum, & centena alia germinabit, fierque ex grano cumulus, qui sufficiet vniuerso orbi serendo & alendo, infinitisque aliis cumulis coaceruandis absque numero & termino.

Virtutes Christi cũ Dei infinitis attributis comparantur.

9. Deficeret me tẽpus, si vel cõpendio virtutes persequi vellẽ, quæ in passionis vnico die emicuerũt. Nec facile perspiciũtur, nisi ab his q inuoluerũ ac corticẽ aperiunt: latẽt .n. vt in malo granato densa, ordinata, sapida, sanaq; grana, sed inuoluta cortice ignobili: nec ea gustantur nisi à purgato palato, & oculis exposita: fracto demum cortice, sedulo meditationis studio.

3. In passione virtutũ aceruus.

O quanta lumina, quales gemmæ, quæ decora latebant sub spinoso capite, sub deformato Filii Dei corpore! Numera vniuersi Oceani guttas, subducas numerum granorum arenæ quæ in maris littore densissimæ visuntur: computa quot in cœlis astra reluceant, quot in immẽso æternitatis circulo dies inuoluãtur: tot in Deitate PERFECTIONES, tot in Christi humanitate, velut sub cortice contemptibili, virtutes condensatæ, ordinatæ, sapidæ, sanæque delitescunt: vt merito de hac dici possit: *Sicut cortex mali punici: ita gena tua, asque eo quod intrinsecus latet.* Adiurata quoque cœlestis Sponsa, qualis esset dilectus eius ex dilecto, respondit: *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ sicut coruus. Oculi eius sicut columbæ super riuu-*

Cant. 4. & 6.

Cant. 5.

riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ. Genæ eius sicut areolæ aromatum, consitæ à pigmentariis. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis. Vides quam Scriptura vtitur incredibilibus metaphoris, vt eius internam, corporisque mystici, (vti Patres sancti interpretantur) quamuis à capite ad calcem dilaniati atque deformati, pulchritudinem exprimat: & ostendat tantas eius esse PERFECTIONES, quantas nec Angeli, nec humana mens, nedum lingua aut calamus, possit non dicam explicare, sed ne quidem adumbrare. Et sicut in Deo attributa infinita sunt, quorum singulorum summa PERFECTIO est, atque immensitas; ita & in Christo, vera Patris effigie, eædem PERFECTIONES nobis repræsentatæ expressæque sunt, & ad praxim propositæ: (alioquin prope inaccessibiles & inimitabiles, & eæ quidem infinitæ) vt tardioribus ingeniis opus non sit supra vires ingenij effingere formas incognitas idearum cœlestium, quas nec lippientes mortalium oculi contueri, nec humana infirmitas efformare, capere, aut imitari valeat.

Greg. in Cant.

CAP.

CAP. III.

Homines æmulari PERFECTIONES *Dei admirandas: eas vero quæ ad imitationem propositæ sunt, auersari.*

ENimuero contingit non raro, homines, qui se PERFECTIONIS studio teneri ac salutis zelo duci arbitrantur, cum de reformatione imaginis suæ agitur, non ea in Deo quærere, quibus Deo similes euadant: sed ea sectari dumtaxat atque ambire, quæ soli Deo conueniant maxime: nempe imitantur ea, quæ suspicere debebant: quæ vero imitanda veniunt, tamquam humiliora despiciunt atque contemnunt. In Deo sunt Maiestas, Celsitudo, Imperium, Dominium rerum omnium, Nobilitas, Diuitiæ sublimes, Felicitas, Gaudium, Vita sine fine duratura. Illi Maiestati, tamquam primo principio, finique vltimo, debetur laus, honor, gloria, amor, obedientia, reuerentia. *Perperam imitantiũ Dei Perfectiones formula.* 1. *D. Thom. 1 de diuinis moribus parag. vltimo.*

2. Hæc homines imitari non renuunt, & in se exprimere, si possint: in his Deo quam simillimi esse cupiunt, titulos Maiestatis, Celsitudinis, Dominationis, Principatus ambientes: quare D. Bernardus exclamat: *O peruersitas! ô abusio filiorum Adæ! quia cum ascendere difficillimum sit, descendere autem facillimum: ipsi & leuiter ascendunt, & difficilius descendunt, parati ad honores & celsitudines graduum Ecclesiasticorum ipsis etiam Angelicis humeris for-* *Serm. 2. de Ascens. Domini.*

ris formidandos. Ad sequendum autem te, Domine Iesu, vix inueniuntur qui vel trahi patiantur: qui velint duci per viam mandatorum tuorum. Hæc Bernardus. Heu quot bella ob huiusmodi fumum susceptа! quot centena hominum millia trucidata! quot vrbes euersæ! quot profusæ opes, pauperum vsib. opportuniores! *Vnde* enim *bella & lites in vobis! nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? concupiscitis, & non habetis; occiditis & zelatis, & non potestis adipisci: litigatis & belligeratis, & non habetis.* An hi ergo propterea, quia bella mouerunt, Deo similes euaserunt, & in sedes beatas cum diademate & purpura inuecti exceptique sunt? Hoc olim dixerat Lucifer: *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Heu quâ Deo & forma, & loco, & moribus dissimilis est! Et primus Parens, simili motus insania, similitudinem Dei appetiit. At quam alius vel etiam à seipso euasit! Et tu, Nabuchodonosor, qui diuinitatem tibi soli arrogabas, quã procul à deitatis gloria excidisti! Ita est, ita est: mentiri veritas non potest. *Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. & Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritu suscipiet gloria.* Sequitur enim: *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In cœlum conscendam, sedebo in monte testamenti. Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci.* Adæ quoque dixit Deus: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.* Certe *cum in honore esset, non intellexit:*

Luc. 4.

Ruina superbiæ, quæ Deo homines facit dissimiles.

Isaia. 14.

Gen. 3.

Dan. 4.

Luc. 14.

Prouer. 29.

Isaia. 14.

Gen. 3.

Psal. 48.

comparatus est tumentis insipientibus, & similis factus est, non Deo, sed *illis* Contra Nabuchodonosor vero detonuit Daniel: *Cum bestiis feriisque erit habitatio tua, & fenũ quasi bos comedes, & septem tempora mutabũtur super te, donec scias quod dominetur Excelsus in regno hominum.* Dan. 4.

3. Affectant quoq; mortales nobilitate excellere, nulli subesse, imperare quam plurimis florere diuitiis, perpetua voluptate perfundi, & ea, quæ ne honesta quidem est, felicitate quantũuis transeũte beari, atq; in his æternitatẽ optare. Cur ita? hæc nempe in Deo sunt, cui quo similiores, eo perfectiores sumus. Cerebri exillis hoc argumentum est: nã & fatui, Principes haberi volunt: & galli gallinacei, omnib. dominari. Verum non huiusmodi PERFECTIONES diuinæ ad imitandum propositæ sunt. Quæ igitur? *Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Dicit vero viuum exemplar: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*: & non erit opus multis contentionib. bellis, & deniq; humiliatione, sed *inuenietis requiem animabus vestris. Discite à me*, inquam, *non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare: sed quia mitis sum, & humilis corde.* 2. Exod. 25. Matth. 11. Auguſt. serm. 10. de verbis Domini, sub initium.

4. Falleris quoque, si, quia Deo laus & honor debetur & gloria, putas tibi fas esse laudes tuas promulgare, aut ab aliis procurare, vaneque gloriari. Ego, ait, *primus & nouissimus: ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est.* Quid ergo superbis terra & cinis? Re- 3. Isaiæ. 41. Isaiæ. 42. Isaiæ. 41.

Gen. 3. cordare tibi dictum: *In sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reuerteris.* Soli ergo
1. Tim. 1. Dan. 9. *Regi sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor*
2. Cor. 10. *& gloria in sæcula: nobis autem confusio faciei.* Si vero gloriari cupis, *gloriare in Domino.* ait Apostolus. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est sed quem Deus commendat,* Glorifica ipsum, & ipse
1. Reg. 2. honorabit te. ait enim: *Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.*

Dei amor erga humiles. 5. Deus enim similis est parenti cuidam optimo, qui & si plures filios habeat, quos vnice diligat, lubentius tamen adest paruulis, quos amore teneriore prosequitur: & siquem infirmari audiat, accurrit, & quantum potest solatio est, verbis, præsentia, ope, & opera: & si petatur vbi gentium assidue parens ille detineatur, dicetur, infirmo semper adesse, assistere paruulis, eisque
Isaiæ. 66. colludere. Ita & Deus, etsi vbique sit, tamen *ad*
Matth. 19. *pauperculum, & contritum spiritu, & trementem*
Matth. 11. *sermones eius respicit:* vocansque paruulos, *Sinite,* ait, *paruulos & nolite eos prohibere ad me venire. Venite,* inquam, *ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Non est ergo mirum, si tam sublimis Pater, tam excelsus Dominus, humilia respiciat, quia adest laborantibus & oneratis. Fallimini, ô elati animo, si Deum occupatum altissimis cœlorum sedibus rati, sublimes illuc oculos intenditis: videri non potest ab elatis mor
Prou. 8. talium oculis. Quæritis ergo vbi sit? *Ludens* ait, *in orbe terrarum, & deliciæ meæ cum filiis hominum.*

Vul-

Vultis scire vbi sit? *Iuxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum omnibus inuocantibus eum in veritate.* Demissos humilis intuetur, *& intellectum de paruulis, & cum simplicibus sermocinatio eius.* Vos cominus intueri non potest: sed quia altiores corda extulistis, vertice cœlum attingentes, cogitur vos à longe prospicere. Etsi enim *Excelsus, sit Dominus, humilia* tamen *respicit, & alta à longe cognoscit.* *Psal. 33.* *Psal. 146.* *Psal. 145.* *Psal. 144.* *Psal. 118.* *Prou. 3.* *Psal. 137.*

Christus quomodo Rex hic esse voluit.

6. Appetis ergo titulos, honores quæris & gloriam, imperia ac dignitates? Deum non imitaris: qui vult vt omnia facias *secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* De quo cum tinctus esset aqua in Iordane à Ioanne, ipse ait: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.* Haud dubie, absque cuiusquam iniuria, titulos ac dignitatum decora sibi vendicare potuisset adhuc inter homines mortalis. Quid nimirum Deo mandante Angelus matri eius quippiam de regno insinuauerat, vnde decepti Apostoli arbitrati sunt esse regnaturum. *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Rex ergo erat. Omnino Rex, & Regis magni Filius, qui se ideo tributum soluere non debere Diuuo Petro asseruit. Nihilominus noluit regnum suum esse de hoc mundo: & cum eum Regem Iudæi *Matth. 3.* *Luc. 1.* *Matth. 17.* *Ioan. 18.*

Psal.2. vellent eligere ac constituere, fugit; ratus se eũ Regem esse, de quo Regius Propheta: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.* Quod confirmauit *Ioan.18.* respondens Pilato interroganti, *Ergo Rex es tu? Tu dicis quia Rex sum ego: ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati.* Huius nominis speciositate delusi vanaque spe lactati Apostoli, Christo regnum Israeliticum restitutum iri putauerunt. Iis quoque ambientibus principatum in restauratione regni Dauidici, *Matth.18.* *aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Alias vero à filiis *Matth.20.* Zebedæi cognatis suis ambientibus, iure propinquitatis, primam & secundam regni sedem, petiit, *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum* quasi dicat: Regnum meum in hoc consistit, sicut & dignitates eorum qui mihi obsequentur, non vt purpura induti nationibus imperemus, sed vt passionum calicem hauriamus, ac moriamur. Ante passionem, contendentibus Apostolis quis eorum maior esset, benigne quantumuis importunis & intempestiuis respondit: *Re-* *Luc.22.* *ges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recũbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Deniq; paulo ante eius ascensionem iisdem solicitis ac quæ

renti-

rentibus, *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* respondit: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* quasi dicat: Cogitatis de stemmatibus & splendore regiæ cuiusdam curiæ; ego vero de regno spirituali, cuius consummatio erit post supremam resurrectionem. Sed non est vestrum id temporis nosse. Cogitate de cruce, contumeliis, martyrio: quia debetis mihi esse testes coram aduersariis meis, qui me crucifixerunt, & vsq; ad terminos terrę & hoc ipsum in hoc mundo mihi vobisq; regnare est. *Act. 1.*

7. Inuisum ergo Domino regnandi semper fuit nomen, ne ambitio fideliũ animos occuparet. Vnde mirũ non est, si solicitatus à Satana, in monte præcelso omnia regna mũdi & gloriam eorũ ostentãte, diuino honori vniuersa posthabuerit, dicẽs: *Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies.* Et id quidem fecit vt nos exemplo suo instrueret, nec gloriã immensã, nec omnia orbis regna hominem mouere debere ad ambiẽdos titulos, q̃ in hac peregrinatione parum prosũt: obsũt vero maxime, si cum Dei iniuria acquirantur; tantumq; abest vt nos Deo similes faciant, atq; p̃fectos, vt potius subinde defectuosos, mõstruosos, & satanæ q̃ simillimos reddant. Quod D. Bernardus Eugenio Papæ sedulõ inculcat, ita scribẽs: *Sed est insipientia quæ ipsam quoq; iã propemodum stultam fecit sapientiã fidei. Quomodo & Ecclesiam pæne totã hoc virus infecit! nam dũ quiq; quæ*

Regni nomen Christo mortali inuisum. Matth. 4.

Ambitio detestanda

Lib. 3. de cõsid. post initium.

quæ nostra sunt quærimus, fit vt inuicē inuidētes, inuicem prouocantes, exerceamur ad odia, animemur ad iniurias, armemur ad lites, cauillemus ad dolos, feramur ad detractiones, prorumpamus ad maledicta; opprimamur à fortioribus, opprimamus infirmiores. O ambitio, ambientium crux! quomodo omnes torquens omnibus places? nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negotiis eius. An non limina Apostolorum plus iam ambitio quam deuotio terit? Hæc & plura Bernardus.

Ambitio spiritualis.

8. Est & alia æmulatio, & quidem inter perfectos, quæ tamen non paruam imperfectionem arguit. Detexit illam Beatus Paulus, cum, diuini Spiritus allatis gratiis, propensiores nonnullos esse declarat ad ea quæ admirationem pariunt, quam quæ sanctitudinem. *Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? Numquid omnes Doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?* Hæc enim speciosa sunt, & coram plebeiis sanctitatis præseferunt illustrem imaginem. Apostolus tamen hæc postponit solidis virtutibus. *Æmulamini*, inquit, *carismata meliora.* Quę meliora? *En*, ait, *adhuc excellentiorem viā vobis demonstro.* Quam? Viam perfectæ caritatis *Si* enim *linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiā, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si*

1. Cor. 12.

Ibidem.

1. Cor. 13.

& si tradidero corpus meum ita vt ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Perfectiones Dei à Deo, à Christo, ab Apostolis petenda.

9. Quæ ergo sũt illa carismata meliora? quæ Perfectiones nobis ad imitãdũ propositæ? Resp quasdam esse quib. Christus vult nos conformari Patri suo cœlesti: deinde qus a in seipse expressit: denique quas Apostoli in Christo obseruarunt ac didicerunt. *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.* Sed qua ratione? *Estote misericordes, sicut & Pater vester cœlestis misericors est. Ego dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexterã maxillã tuã, præbe illi & alterã. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: vt sitis filij Patris vestri, q̃ in cœlis ẽ q̃ solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Hęc nos Patri nostro cœlesti cõformes faciũt

1. A Deo. Matth. 5. Luc. 6. Matth. 5.

2. A Christo.

10. Iussit & Pater cœlestis vt Filiũ eius audiamus: nẽpe in monte Thabor *voce delapsa ad eum* (ait Petrus) *à magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Quib. verbis ipsum oculis nostris exemplar constituit, ad imitandum quidquid in eo conspexerimus, aut ab eo audiuerimus. Clamat ergo Christus: *Ego sũ lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Si quis vult post me venire, abneget semetipsũ, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Qui amat animã suã perdet eã: & qui odit animã suam in hoc mũdo in vitã æternã custodit eã. Qui mihi ministrat, me sequatur. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia q̃ habes, & da pauperib. & habebis thesaurũ in cœlo: & veni, sequere me. Si quis venit ad me, & non odit patrẽ suũ, & matrẽ, & vxorẽ, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam,*

2. Pet. 1. Matth. 3. Luc. 9.

Ioan. 8. Matth. 16. Ioan. 12.

Matth. 19. Luc. 14.

suam, non potest meus esse discipulus: & qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum, Qui potest capere, capiat. Denique. *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* His omnibus consilia, quibus PERFECTIO comparatur, exposuit: vt, qui inter eius discipulos annumerari velit, exuat se mundo, dl uitiis, amore sui, libertate proprij corporis, his omnibus alliisque rebus se abdicet, quibus alioqui licite vsurus fuisset: inducat vero eorum loco odium sui, abnegationem propriæ voluntatis, iudicij, totiusque animi, quem subiicere debet Superiori, vt Christi vicario: nullam deniq; in hoc sæculo beatitudinem reputet aliam, quã multa pati, Domini sui instar & causa, dicentis: *Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.*

Matth. 19. Luc. 10.

Matth. 5.

3. *Ab Apostolis.*

11 Apostoli quoque, quæ in Magistro suo viderunt & obseruarunt, imitati sunt, & nos ad eorundem imitationem prouocarunt. In primis Diuus Paulus. *Imitatores* (inquit) *mei estote, sicut & ego Christi: aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes.* Scribens vero ad Corinthios, cũ dona quædam admirãda (vti diximus) q̃busdã à diuino Spiritu cõmunicata, in vtilitatẽ cor-

1. Cor. 11. Heb. 12.

corporis Ecclesiæ, exposuisset: videretque nonnullos propensiores esse ad æmulationem taliũ donorum, quam illarum virtutum, quæ non admirationem, sed perfectionem pariunt *Æmulamini*, ait, *charismata meliora: & adhuc excellentiorẽ viam vobis demonstro.* insinuans caritatem esse & consummationem & *vinculum* PERFECTIONIS quod virtutes omnes in se quodammodo contineat, finisque sit virtutum omnium: quorum officia omnia ad se rapit & exercet, & velut catenam quandam virtutes cæteras aggregat, annectit, atq; conglutinat: iisq; & hominum lũbos præcingit, corpus induit & componit, capiti gratiam addit, & instar torquis collum adornat: hominum animos denique sic colligat atque constringit. vt *multitudinis credentium* sit *cor vnum, & anima vna*: omnes vnum sint in Deo & cum Deo: vnde idem Paulus ait: *Caritas patiens est, benigna est: caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat omnia sustinet. Nunc autem manent fides, spes, caritas: tria hæc: maior autem horum est caritas.* Quod vno verbo dici potest: Caritas aduersatur omnibus vitiis: omnium virtutum imperat atque exercet officia. Apostolus vero hic præcipuarum virtutum nomina complexus est, & quidem Theologicas (quas vocant) expresse: nempe fidem, spem, & caritatem: cæteras tacite posuit. Vnde merito de ea dici potest, quod Sapientiæ octauo: *Sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiã, & virtutẽ* seu fortitudinẽ, *quib. vtilior nihil est in vita*

1. Cor. 12.
Col. 3.
1. Tim. 1.
1. Cor. 13.
Prou. 1.
Act. 4.
Ioan. 17.
1. Cor. 13.
Virtutes Theologicæ fides, spes, caritas.
Sap. 8.

Cardinales Amb. lib. 1. Offic. c 14. Prosp lib. 3. de vita contemplat. c. 18. Greg. lib. 2. Moral. c. 36 Aug. lib. de Genesi contra Manichæos. Amb. lib. de Parad. c 3. Earum partes.

vita hominibus. Hæ sunt virtutes principales,& velut ceterarum fundamentum & cardines: idcirco & Cardinales vocantur à Diuo Ambrosio, Prospero, Gregorio Magno. Diuus Augustinus tropologice has virtutes explicans, eas significari vult per quatuor flumina Paradisi; sicut & Diuus Ambrosius libro de Paradiso: nam & paradisum Ecclesiæ irrigant,& omnes riui de currentes ex iis promanant. Ceteræ enim virtutes morales ex his profluunt, tamquam partes, vel subiectiuæ, vel potentiales, vel integrales. De his Apostoli variis locis prolixe tractarunt in Epistolis suis: vti idem Apostolus: *Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate.* Et Princeps Apostolorum: *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus tamquam ab eo missis. Omnes honorate: fraternitatem diligite: Deum timete. Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim est gloria, si peccãtes & colaphizati suffertis? sed si bene faciẽtes patiẽter sustinetis, hæc est gratia apud Deũ: in hoc. n. vocati estis.* Hęc pauca de multis vt fũdamẽta pfectionis acquirendę saltẽ attigisse sufficiat.

2. Cor. 6. 1. Pet. 2.

12. Hæ sunt Dei Perfectiones, in eius Filio Iesu Christo vera Dei imagine impressæ, nobis ad imitandum propositæ: non autem prophetare, loqui linguis, miracula facere, dominari populis, rapi in tertium cœlum. Id enim à nobis

non

non exiget Dominus in die iudicii; multiq; dicent: *Nonne in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus, virtutes multas fecimus?* Quibus Deus respondebit: *Numquã noui vos. Discedite à me, qui operamini iniquitatem.* *Matth.7.*

13. *Finem* ergo *loquendi*, ait Sapiens, *pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo.* Et Christus: *Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.* *Eccle. 12. Luc.6.*

CAP. IV

Deum esse PERFECTIONIS *auctorem.*

HAud erit iam difficile statuere, Deum esse PERFECTIONIS auctorem: cum constet esse auctorem rerum omnium, & in primis naturæ, quæ subiectum esse debeat PERFECTIONIS: vt ne in minimo quidem quisquam gloriari possit, ac dicere, *Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia. Quid* enim *habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autẽ omnia creauit, Deus est.* Sed & si quid præstans est in natura, sunt illæ animæ potentiæ, intellectus & voluntas. Deus autẽ in vtero matris & corporis partes formar, & animam pro suo arbitrio creat, & vnit corpori: nec pẽdet à generis nobilitate, *Deus auctor est Perfectionis.* *Deut. 32. 1.Cor.4.* *Heb.3.* *Deus auctor naturæ.*

sed omnia disponit secundum sapientiæ suæ cõsilium. *Formaui te*, ait, *seruus meus es tu Israel: ne obliuiscaris mei. Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex vtero: Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens cœlos solus.* *Isaiæ. 44.*

Natura nõ sufficiens principium perfectionis

2. Quod si vero naturam hominis perfectam in se ponamus, quid tum? ne sic quidem gloriari potest: quæ nihil in actum posset educere, nisi Deus ipse concurreret, ac tamquam agẽs principalis actum perficeret. Sicut enim res, quæ cum sunt, esse non possunt, nisi vt sint Deus illis esse tribuat: ita etiam vt conseruentur, moueantur, & agant, necesse est vt illis intime præsens sit, ac cooperetur, motioni & actioni esse quoque tribuat. Vnde si Philosopho dicere licuit, *motum & mouens simul esse oportere*: longe magis Deum nobis coniungi necesse est, cum eius virtute, tamquam causæ primæ ac principalis, opera nostra actum vitamque habeant: qua cessante, nec vsſit ignis in fornace Babylonica: nec manus Ieroboam flecti potuit, quam in Prophetam minitantem extenderat. Vnde iure cum Isaia fateri cogimur: *Omnia opera nostra operatus es nobis, Domine.* *Lib. 7. Physic. D. Thoma. 1. p. q. 8 a. 1.* *Dan. 3.* *3. Reg. 13.* *Isaiæ. 26.*

Natura Perfectioni repugnat.

3. Quid si dicam, naturam magna ex parte PERFECTIONI repugnare: eam quærere sese non Deum PERFECTIONIS auctorem: eius propensiones à virtute longissime dissidere? Id vero certissimum est. Natura quidem bona est sapienterque à Deo condita: sed corrupta, non paruas molestias virtutis studio creat. Hinc à Deo monemur: *Sub te erit appetitus eius, &*

tu

tu dominaberis illius. Et Sapiens: *Post concupiscentias tuas non eas. & à voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Sensus* item *& cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles: & in Angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea! Caro* etiam *concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non, quæcumque vultis, illa faciatis.* Qu'd mirum, cum Apostolus dicat iræ filios nos fuisse? Natura ergo corrupta, non modo non iuuat sed etiam obsistit, repugnat, ardua virtutis fugit consilia, & abhorret: obiecta denique habet: sequiturque contraria. Non ergo natura hominem perficit, sed PERFECTIONIS studium naturam incuruam releuat, corrigit, ac restituit. Quare non à nobis tamquam auctoribus Perfectio speranda atque petenda est, sed ab eo qui hominem rectum creauit, quique ei recreare potest cor nouum, & spiritum rectũ in eius visceribus renouare.

Gen. 4. Eccle. 18. Gen. 8. Iob. 4. Gal 5. Ephes. 2. Psal. 50.

Sine gratia hominem stare aut perfici non posse.

4. Quod si demus hominem aliquem naturæ beneficio vtcumque perfectum, & præclaris ornamentis muneribusque è naturæ fonte depromptis illustratum ac firmatum; nihilominus id certa fide statuendum est, illum iisdem præsidiis nec diutius stare, nec perfici vllo modo posse, ea Perfectione quam requirit eius finis vltimus (qui est Deus bonorum remunerator. Quod enim ex nihilo est, sine Dei speciali

auxilio redit in nihilum: & *corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Multi nominantur sapientes apud Ethnicos, qualis Socrates, Plato, Diogenes: Cato Maior, Marcus Tullius, qui multa præclare egerunt, dixerunt, scripserunt: perfectos tamen eos quis dicit, cum constet nullum finem supernaturalē vel agnouisse, vel intendisse: summum bonum statuisse studium voluntatis suæ, ac gloriam humanā, quā rebus omnibus prætulerunt: vitam quoque vitiis multis contaminasse? quæ quantumque occultare nisi sint; fieri tamen non potuit, quin se proderent, vel factis, (vt ex multis constat auctoribus) vel etiam scriptis, quæ mira vanitate asperserunt. Attexā vnicum exemplum M. Tullij, qui insatiabili gloriæ cupiditate flagrans. L. Lucceio ita scribebat: *Coram me tecum hæc eadem agere sæpe conātem deterruit pudor quidam pæne subrusticus: quæ nunc expromam absens audacius: epistola enim non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili, neque (vt ego arbitror) reprehendenda, nomen vt nostrū scriptis illustretur & celebretur tuis. Non enim me solū commemoratio posteritatis ad spem quandā immortalitatis rapit,* &c. Et paulo inferius: *Neq; tamen ignoro quam impudenter faciam, qui vt me ornes, postulē. Quid si illa tibi nō tātopere ornāda videntur? Sed tamē qui semel verecundiæ fines transierit, eum bene & nauiter oportet esse impudentem. Itaq; te plane etiam rogo, vt ornes ea vehementius quam fortasse sentis, & in eo leges historiæ negligas: amorique nostro plusculum etiam, quam concedit veritas, largiare. Quod si à*

Perfectio Philosophorum qualis.

Lactant. li. 5. diuin. instit. c. 15.

Theod. li. 3. Græc. affect. Aug. li. 8. ciu. c. 12.

Laert. in vita Plat.

Cic. li. 5. epistola.

si à te non impetro, cogar fortasse facere quod nonnulli sæpe reprehendunt: scribam ipse de me: Hæc ille. Sapientibus hisce vt vera sapientia, ita vera PERFECTIO defuit. Cui argumento est, quod humilitatis, quæ virtutum omnium fundamentum est, non tantum nomen, sed & rem plane ignorarunt. Ideo *cum cognouissent Deum,* (ait Paulus) *non sicut Deum glorificauerunt, neque gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorũ: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Labilis quoq; & infirma natura est, si gratiæ præsidio non fulciatur. Hinc in grauissima crimina prolapsi sunt, & *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam; vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.* Ignota quidem ea forte fuere, dum viuerent: attamen manifesta erunt in die iudicij, quo omnes sapientes cum stulta sua sapientia prolixius confundantur. Ex quo colligo, non modo perfectos esse non posse, qui naturam præsidijs humanis excolere nituntur; sed etiam à bonitate naturæ immaniter prolabi, ni cœlitus iuuentur, ac gratia diuina stabiliantur.

Rom. 1.

Ibidem.

Perfectio politicorũ.

5. Id etiam locum habet in ijs qui fidem susceperunt. eos nimirũ falli, si per opera in speciẽ bona mores aulicos, factaque præclara, humano tantum ac temporali fine sibi proposito, ad PERFECTIONIS culmen posse se peruenire arbitrentur. Multi enim à puero instruuntur, non minus studiose, quam curiose, vrbanitatem præseferre in conuersatione, decentiam in incessu, corporisque compositione, honestatem

in moribus:& bene quidem, si cætera non desint. Cauent supra modum ne superbi videantur:de se demisse loquuntur:primas cedunt aliis nolunt haberi tenaces:plura quam habeant, aut facturi sint,pollicentur; à motibus iracundiæ coram hominibus cauent diligentissime : quidquid deniq; virtus præscribit interius, exterius æmulari, simulare(inquam)satagunt: & fere vbique sanctitatis simulacrum conferunt, moresque compositos, præterquam in Templis coram tremendis Mysteriis,vbi rusticos barbarosque mores produnt : & ædibus suis tecti sine arbitris, vbi cum domesticis efferate bacchantur. Hi tamen accurati perfectique putantur sed ea PERFECTIO non est. Vocat enim huiusmodi Christus sepulcra dealbata, quæ parent hominibus pulchra,intus vero plena sunt ossibus mortuorum. Et quamuis vitia nulla essent,quia tamen naturæ limites non transgrediuntur ea, Christiana PERFECTIO non est. *Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde:ille fur est,& latro*: Christus est ostium ouium: actiones ergo quibus perficimur à fide & virtutibus Christi merito infusis proficisci debent.Hinc D.Augustinus : *Fuerunt quidã philosophi de virtutibus & vitiis subtilia multa tractantes,diuidentes, definiẽtes, ratiocinantes accuratissime concludentes,libros implentes,suam sapientiam buccis concrepantibus ventilantes: qui etiam dicere auderent hominibus.Nos sequimini sectam nostram tenete,si vultis bene viuere.sed non intrabant per ostium:perdere volebant,mactare,& occidere.*Hæc Augustinus. Talis

Matth. 23.

Ioan. 10.

Tract. 45. in Ioan.

iis pæne doctrina est aulicorum, quorum finis in honore quærendo ac conseruando versatur Ideo statuunt, illum rebus omnibus, etiam saluti propriæ. De honori & amicitiæ, præferendũ satiusq; esse duello sese ęternę dãnationis periculo exponere, q̃ ꝑfectionis aulicę leges violare

Vnde vera Perfectio.

6. Itaque Deo PERFECTIO nostra tribuenda est: qui exemplar nobis filium suum proposuit, in quo quid agendum, quid fugiendum sit, intuemur: quem si ducem sequamur, nullo modo aberrabimus. Illius quoque meritis vitam quandam diuinam atque auxilia opportuna: naturam ipsam exuperantia, nobis largitus est. Sic enim Christus loquitur: *Ego sũm vitis, vos palmites qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.* PERFECTIO ergo nostra à Deo oriri ac procedere debet, sicut & perfectio membrorum à capite, & corporis à spiritu, qui illud informat. Si ergo manemus in Christo vt in capite, & ipse in nobis vt spiritus animam nostram quodammodo informans: feremus fructum copiosum: alioquin nihil amplius, quam palmitem à vite aut membrum à corpore auulsum, aut corpus anima destitutum ferre videmus, Hinc D. Augustinus: *Ne quisquam putaret saltem paruum aliquem fructum posse à semetipso palmitem ferre, cum hæc dixisset. Hic fert fructum multum: non ait, Quia sine me parum potestis facere: sed, nihil potestis facere. Siue ergo parum, siue multum: sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest.*

Ioan. 15.

Tract. 81. in Ioan.

Quæ perfectionem præcedant ac supponantur.

7. Cuius ratio est: PERFECTIO multa requirit,

& ea quidem omnia pendent à gratia supernaturali. Ostendimus enim naturam ex se insufficientem esse ad delendum peccatum, passiones domandas, virtutes in excellenti gradu comparandas. Et quidem in primis requiritur vt homo iustus sit: iustitiam vero multa debent præcedere: numquam enim de peccatis deserendis cogitabis efficaciter, nisi tibi Deus cogitationem illam suffecerit: quod D. Augustinus probat testimonio D. Paul: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tamquam ex nobis: sed* omnis *sufficientia nostra ex Deo est:*

1. *Lumen in intellectu.*

Li. de grat. & li arbit. c. 6 & 7. 2. Cor. 3.

2 *Voluntatis excitationes.*

8. Præter lumen vero quo cogitationes animis nostris excitãtur, eleuari ac roborari debet etiam voluntas, impedimentaque cum à passionibus, tum ab hoste generis humani, tum ab obiectis sensuum carnisque illecebris exorta remoueri. Necillico peccator Deo impellenti victas manus porrigit. Idcirco clamat Propheta. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione.* Et queritur Dominus: *Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde. Ipsi vero non cognouerunt vias meas: quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Et hi quidem non tantum cito Deum non admiserunt, sed numquam: quia Deus neminem cogit. Fauoris est quod vocet: malitiæ nostræ, quod vocanti non obtemperemus. *Ad illam cœnam* (inquit D. Augustinus) *quam Dominus dicit in Euangelio paratã, nec omnes qui vocati sunt, venire voluerunt: neq; illi q. venerũt, venire possent, nisi vocarentur. Itaque nec illi debent*

Psal 94.

Voluntas subinde gratiæ excitãti repugnat.

Li. 83. Qu. q. 68.

debent sibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerũt: nec illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniã, vt venirent vocati, erat in eorũ libera voluntate. Propterea & si quisquam sibi tribuit quod vocatus venit, non potest sibi tribuere quod vocatus est: qui autem vocatus non venit, sicut non habuit meritum præmii vt vocaretur, sic inchoat meritũ supplicii cum vocatus venire neglexerit. Hæc ille. Quidã ergo omnino non venerunt, quidam tardius, quidam celerius: omnes tamen qui acquieuerunt, diuina gratia acquieuerunt.

9. Illud quoque inter beneficia singularia referendum, quod Deus subinde cõgruenter vocat. Constat enim ex præcedenti D. Augustini testimonio, distingui gratiam in sufficientem & efficacem. Ideo enim puniendos ait Augustinus, quod gratia vocationis sufficienter dispositi erant vt venirent, venire tamen neglexerunt. Illi ergo sufficientem gratiam acceperant: & qui venerunt, efficacem. Illam quoque priorem habuerunt patres annis quadraginta in deserto. Illã eorum filij in terra promissionis, quib. Dominus dixit: *Quid vltra debui facere vineæ meæ, & nõ feci? an quod expectaui vt faceret vuas, fecit autem labruscas?* Et ciuitati Ierusalem: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti!* Et S. Stephanus iisdem: *Dura ceruice & incircumcisis cordibus vos semper Spiritui sancto resistitis: sicut patres vestri, ita & vos.* Reprehendit eos quod officio defuerint, nec tamen illud præstare sine gratia poterant: habebant ergo sufficientem, alioquin

Gratia duplex.

Alia sufficiens.

Isaiæ. 5

Matth. 23. Act. 7.

pte reprehenderet. Et quidem Deus se non de fuisse asleuerat: illos vero, vti & patres, Spiritui sancto semper restitisse. Denique *Ego sto ad ostium*, ait, *& pulso: si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum.* Cur pulsas, Dñe? vis intrare, an nō? si non, cur pulsas? si vis, cur mihi non das gratiā? nam sine gratia tua tibi aperire nō possum. Aut gratiam ergo tuam largiris, aut rides me, stulteque pulsas; quia pulsando nec intrare vis, nec me tibi aperire. Liberum quidē mihi relinquis aperire vel non aperire, cum dicis, *Si quis mihi aperuerit*: tamen si nolis intrare, nec gratiam dare, mihi videris illudere, & mandas quod factu mihi est impossibile. Hæc gratia sufficiens datur omnibus. Iussit enim Dominus omni creaturæ Euangelium prædicari: quod si in nobis efficaciter non operatur, id vitio nostro fit, vt de vocatis ad cœnam iā diximus, vtq; idē Augustinus testatur: *Noluit Esau, & nō cucurrit: sed & si voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset: qui ei etiā velle & currere vocando præstaret, nisi, vocatione contempta, reprobus fieret.* Hæc ille. Qui enim à Deo mouetur, si faciat quod in se est, si oret, si motionem persequatur, efficaciter à Deo mouebitur. ait enim Dominus: *Petite, & dabitur vobis; quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.* Et Propheta Regius: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.*

Apoc. 3.

Matth. 28. Marc. 16.

Li. 1. ad Simplic. q. 2.

Matth. 7.

Psal. 144.

3. Gratia efficax.

10. Quos tamen Deus peculari fauore prosequitur, mouet congruenter, mouet efficaciter, sicque vt effectus sequatur. Quis autem re-

pre-

prehendat Dominum, & dicat, Cur ita facis? Dominus est, nulli obligatur, omnes autem ipsi. *An oculus tuus nequã est, quia ipse bonus, est?* Mouet ergo, quos vult, efficaciter. Ita Apostolus loquitur: *Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit: quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit.* Vbique hic affectus sequitur: nam *hæc gratia*, ait D. Augustinus, *à nullo duro corde respuitur: ideo quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur.* Nouit enim Deus, nostræ libertatis auctor, quique illi adest intime, quo illa propendeat, quid fugiat: quæ rationes illam moueant quæ alienent: quibus abduci, quibus adduci possit. Hinc illi facile est, huc illucue illam flectere vel abducere. Igitur D. Augustinus: *Non volentis*, (inquit) *aut currentis, sed miserentis est Dei: qui hoc modo vocauit, quomodo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem.* Et infra: *Cuius misereretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, vt vocantem non respuat.*

Matth. 20. Rom. 8.

Li. de prædest. sanct. ca. 9.

Li. 1. ad Simpl. q. 2.

Libertas saluatur cum gratiæ efficaci.

11. Præparat ergo Dominus rebellem voluntatem sufficienter vt sequatur si velit: subinde etiam efficaciter vt velit, sine detrimento tamẽ libertatis. Etsi enim in Dei potestate sit, sic præuenire libertatem, vt voluntatem propellat ac prædeterminet præter consuetum agendi modum liberæ naturæ conuenientem: non solet tamen sapientissimus Deus naturarũ condiciones sine grauissima necessitate aut ratione mutare. Hinc D. Augustinus: *Aliter* (ait) *Deus præstat vt velimus, aliter præstat quod voluerimus. Vt velimus enim, & suum esse voluit, & nostrum, suum vocando,*

Li. 1. ad Simpl. q. 2.

no-

nostrum sequendo. Quod autem voluerimus, solus praestat: id est, posse bene agere, & semper beate viuere. Hæc ille. Et hic videmus, ipsum velle nostrum fieri à Deo; non per Physicam actionem determinantem voluntatem, sed per vocationem, quæ est mortalis inclinatio & impulsio, cui libere consentimus vel dissentimus.

12 Quæ cum ita sint, non est quod Deum cul pemus acceptionis personarum, quod subinde aliis gratiam congruam tribuat, aliis non: cum nulli quidquam debeat, omnibusque sufficientem gratiam immittat. Quod si quis se trahi non sentiat (Authore Augustino) is vtique oret vt trahatur. Facienti enim quod in se est, Deus nemini denegat gratiam. Miranda hęc quidem sunt Dei iudicia: idcirco exclamat Apostolus: O *altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis cõsiliarius eius fuit?* Vnde D. Augu. *Iam* (a t) *si ad illam profunditatem scrutãdam quisquam nos coarctet: cur illi ita suadeatur, vt persuadeatur illi autẽ nõ ita duo sola occurrũt interim quæ respõdere mihi placeat: O altitudo diuitiarum! & Numquid iniquitas apud Deum?* Et hactenus quidem, quæ diximus, vni Deo accepta referre debemus.

Tractat. 26. in Ioan. Cõcil Trid sess. 6. c. 11. & 13. Rom. 11. Lib. de spir. & lit. c. 34.

4. Gratia cooperans.

13. Vt autem opus in actum exeat, Dei cooperatione ac concursu opus est ad actus singulos: non modo illo naturali, de quo ante diximus: sed postquam Deus per gratiam suam hominis facultates ac potentias excitauit atque erexit ad agendum, coire debet ipse, ac cooperari,

rari, tamquam causa prima in genere actuum supernaturalium: nec magis sine ea homo potest cooperari supernaturaliter, quam sine concursu naturali naturaliter. Hinc Diuus Augustinus *Vt velimus* (inquit) *sine nobis operatur: cū autem volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscum cooperatur.* *Lib. de grat. & lib. arb. c. 17.*

14. Et quamuis in actu nos ipsi cum Deo concurramus: tamen Scriptura sic Deo opera nostra attribuit, vt nihil ipsi agere videamur. *sicut diuisiones aquarum,* (inquit Sapiens) *ita cor Regis in manu Domini quocumque voluerit, inclinabit illud:* Et Et Ezechiel. *Auferam cor lapideum de carne vestra & dabo vobis cor carneum & faciam vt in præceptis meis ambuletis.* Et Apostolus? *Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere. Non volentis neque currētis, sed miserentis est Dei. Deus qui operatur omnia in omnibus. Conuerte nos Deus salutaris noster.* *Prou. 21. Ezech. 36. Philip. 2. Rom. 9. 1 Cor. 12. Psal. 84.*

Nec mirum quod Deo scriptura omnia tribuat nam & nobis subinde videtur totum tribuere vt cum ait: *Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Operamini non cibum qui perit. Facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos.* Scriptura, inquam, sæpe totum Deo attribuit, quia nos causa sumus minus principalis, quæ maxime infirma est, & plurimis indiget: sine ea tamen Deus non agit: & *qui fecit te sine te, non te iustificat sine te.* Deus vero ad opus peragendum longe de suo plura, quam nos, confert: nam potentiam ipsam formauit, verbi gratia voluntatem: vim agendi naturalem eidem indidit, concursum præbet, & quidem independenter ac libere, vt, si nolit coire, *Philip. 2. Ioan. 6. Ezech. 18. Zach. 1. Aug. serm. 15. de verb. Apost c. 11. Quæ Deus conferat ad Perfectionem v-*

nius actus. coire, causa secunda casso conatu maneat inanis: præuenit deinde si actus sit supernaturalis, ac disponit idoneis ac efficacibus suasionibus: tandem impedimentis omnibus sublatis concurrit, & perficit opus. Quid horum comparatione homo confert ad eliciendum actum? vnde mirum non est, si Propheta dicat, *Omnia opera nostra operatus es nobis Domine* : & Christus, iugum suum esse suaue, & onus suum leue. Vt enim in iugo equorum altior & fortior plus oneris sustinet, fortiusque trahit: alter vero plurimum leuatur, alteriusque auxilio recreatur: ita & in operib. quantumlibet arduis incredibiliter iuuamur & recreamur, dum *Spiritus Christi adiuuat infirmitatem nostram*, altior fortiorque sustinet totum pondus. Hinc Propheta Regius: *In Deo meo* (inquit) *transgrediar murum.* Æque profecto difficile est homini asque gratia opus bonum facere, atque sine aliis murum altissimum transuolare aut transilire. *Omnia tamen possum* (ait Apostolus) *in eo qui me confortat.* At misericordias Domini mira operantes in vno peccatore conuerso contemplemur.

Isaiæ. 26.
Matth. 11.
Rom. 8.
Psal. 17.
Philip. 4.

Ex annuis Prouincia Goana anni 1609.

Benedictus de Goez, natus in Insula S. Michaelis vicina Lusitaniæ, in Indiã militaturus soluit: vbi post aliquot annorum stipendia, mutato consilio, Societatem nostram expetiit, in
" quam tamquam Coadiutor temporalis admis-
" sus est. Mutationis, porro occasionem præbuit
" huiusmodi prodigiosum euentum. Anno 1583
" Lusitana classis circa oram Trauancoranam
" versabatur. Sesquimilliari ab opido Colecht Tem-

Templum erat cuiusdam pagi, in quod cum Goezius ludis & grauioribus vitæ militiaris vitiis perdite addictus & pæne desperabundus ingressus esset cum commilitone, tabulæ altaris conspectu (illa depictam B. Virginis filium gestantis effigiem continebat) stimulis actus conscientiæ, procidit in genua, fusoque copioso lacrymarum imbre, obnixe petiit à Deipara Virgine, vt à filio peccatorum veniam ac remissionem impetraret. Res mira, Ecce infantulus Iesus, in brachiis matris efformatus, vrbertim lacrymas lactei coloris effudit, tam copiosas, vt vndique in suppositum altare diffluerent: scilicet vt pœnitens disceret, quam pie pater misericordiarum, matris accedētibus precibus, quodammodo compatiebatur: Rei nouitate attonitus vterque aliquot commilitiones in Templum aduocat: ostentum explorant: comperiunt eum liquorem ex oculis picti pueruli emanere: dubitationē eximebat summa per eos dies siccitas, & æstas in iis locis præferuida. Intingunt strophiolum eo liquore, in pignus veritatis. Concurrere mox quamplurimi, & rem obseruatam festa bombardarum maiorum & minorum explosione classiarii omnes celebrarunt, ramisque Templum satis alioquin despicabile inumbrarūt. Id contigit anno 1583; & hoc anno 1609, facta diligēti inquisitione á Patrib. nostris, veritas cōprobata est, cuius etiā vestigia imago ipsa retinet. Hac ergo visione cōpunct⁹ Goezius, de tota vita apud Patrē Societatis cōfessionē instituit: Religionis ingressū vouit & in no-

„ nostram anno insequenti, hoc est: 1584. admis-
„ sus est. Vere miserationes Domini super omnia
„ opera eius, qui vel minimum quærentes se & in
uitat, & trahit, & recipit.

5. Habitus gratiæ supernaturalis.

15. Vt autem iustificatus conuenienter statui suo operetur, necessarij sunt ei præterea vel fontes perpetui, vnde ad agendum vis continenter emanet: vel certe motio Dei continua: quæ necessaria non est, si fontes illi adsint, de quibus Dominus: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viuæ. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Nihilominus visitat subinde amicos suos ad proficiendum clementissimus Dominus, & nouo calore incendit, incitat, promouet, solatur, lacrymas ciet. *Quoniam sicut* in eius obsequio *abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra: & sicut socij passionum sumus ita & consolationis.* Omnia autē ista cœlitus veniunt, nec est qui gloriari possit, ni velit in Domino. Gratia enim gratia est, nō meritum, aut naturæ debitum.

Cōcil. Trid sess. 6. c. 16.
Ioan. 7.
Ioan. 4.
2. Cor. 1.
2. Cor. 10.

6. Perseuerantia non cadit sub meritum.

16. Adhæc perseuerantia opus est, ne in pristina relabaris. Nihil enim Perfectionis ita cursum impedit, vt relapsus in vitia: sicut iterata vulnera & maxime letalia sanitatem labefactant, mortemque conciliant. At perseuerantia sine gratiæ auxilio non habetur, eamque ex iustitia nemo mereri potest: Deus enim id nemini promisit certum aliquot opus facienti. Nec etiam pluribus operibus ea in præmiū respondet, sed singulis singula reddūtur præmia

Vnde

Vnde plurimi viri, iique sanctissimi, à perseuerantia exciderunt: vt Saul, etsi eo fuerit nemo, dum in Regem delectus est, melior: vt Salomõ, qui amicus Dei appellatus est: vt Nicolaus, de quo in Actis Apostolorum, qui inter primos & feruentiores discipulos Diaconus fuerat constitutus: Origenes quoque, olim virtutis exemplar, quique summo martyrij desiderio flagrauerat: Tertullianus, & multi alij, qui (vt ait S. Ioannes) fixi velut astra in cœlis videbantur, decussi sunt ac præcipites dati ab impetu ferientis caudæ draconis. Donum enim perseuerantiæ non est res aliqua vna, sed tota series auxiliorum quæ à Deo homini conferuntur, vsque in finem: idque variis temporibus, locis, occasionibus: quæ sane collectio congesta, sub meritum condigni (vt vocant) cadere non potest. Hinc D. Petrus nos hortatur cum timore & tremore salutem nostram operari. Nam *delicta quis intelligit?* & *quis potest dicere, Mundum est cor meum?*

1. Reg. 10.
2. Reg. 14.
Act. 6.
Apoc. 12.
1. Pet. 1.
Psal. 18.
Prou. 20.

17. Ex his colligitur, neminem perfici posse sine singulari Dei auxilio & gratia. Si vero gratia, Deus igitur minime obligatur. Cumque vires desint naturæ corruptæ, sequitur *non minus impossibile esse, hominem perfici naturæ viribus, quam saxum germinare, arborem ambulare, leonem loqui articulate, hominem volare, atque in aere medio consistere*: nosque ingenue fateri summa cum reuerentia, timore, ac tremore oportere, *Deum esse* PERFECTIONIS *auctorem*: qui nisi hominibus etiam iustis adsit, eximioque fauore ac protectio-

ne peccandi occasiones amoliatur, libidinis impetus frangat, dęmonis artes detegat, illecebras sæculi comprimat, passionum atque affectionũ vim coerceat, tentationum molestias propulset, illustrationes diuinitus immittat, animum ardentibus desideriis incendat, labilem voluntatem firmet, occasiones exercendæ augendæq; virtutis præbeat, certum exploratumque est, nos in PERFECTIONIS studio exiguos progressus, aut etiam nullos, esse facturos.

CAP. V.

Opportunitates PERFECTIONIS *adipiscendæ à Deo hominibus plurimas offerri.*

Deus auctor est nostrorum operum. Isaiæ 26. 1. Cor. 12.

DEo ergo concedendum est, (atque ideo ipsi plurimum obstricti sumus) quod operetur opera nostra, quod omnia operetur in omnibus : hoc est, quod potissima sit pars ac causa operationis PERFECTIONISque nostræ. Attamen fidelium omnium collectio non haberet vnde tantopere hanc gratiam extolleret, si pauculis Deus eam esse communicatam vellet, nullumque propensæ voluntatis suæ erga PERFECTIONEM nostram argumentum edidisset. Verum *apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus* : & se idipsum optare infinitis argumentis testari non desinit: quod ad excitandos ad

Tit. 2. Deus vult omnes esse perfectos.

dos ad ſtudium PERFECTIONIS veros Dei cultores momenti deberet habere plurimum. Solent enim ſubditi Regis ſui non dico mãdatum, ſed vel nutum ac propenſionem tanti facere, vt ſubinde in euidentia vitæ pericula ruere non reformident: quod ſacris profaniſque litteris exploratiſſimum eſt. Dauid optauit aquam de ciſterna quæ adhærebat portis Bethlehemiticis: quo loco ſtatio erat Philiſtinorum: nec cuiquam adferre mandauit: ſed in præſidio exiſtens ſitibundus in has voces erupit: *O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna quæ eſt in Bethlehem iuxta portam!* Quo dicto, *irruperunt tres fortes caſtra Philiſtinorum, & hauſerunt aquam de ciſterna, & attulerunt ad Dauid.* Vnicum Principis deſiderium hoc fecit.

Obedientia perfectæ ſymbolum.

2. Reg. 23.

Cum Scipionis Africani virtutem in rebus bellicis ac felicitatem multi mirarentur: quodque paucis militibus ardua quæque ſuperaret: *Quid mirum?* inquit ipſe Scipio: *nullus è toto numero militum eſt, qui paratiſſimus non ſit ad ſolius vocis meæ ſonum in mare ſeſe dare præcipitem.* Non inferioris obſeruantiæ argumẽtum, quod de C. Bloſio Cumano narrat Plutarchus: *In tumultu enim ciuili, poſt Reges extinctos, Tiberius legem Agrariam ferre auſus, a nobilitate, quæ id paſſa non eſt, trucidatus eſt. Poſt eius mortem Bloſius appellatus, ductuſque ad Conſules, quod legem promulgaſſet, reſpondit, ſe Tiberii iuſſu, viri prudentis, populi & Reipublicæ ſtudioſiſſimi, feciſſe. Adhæc Conſul Naſica: Quid ſi Capitolium incendere iuſſiſſet? an id quoque feciſſes? Numquam iuſſiſſet hoc, inquit: ſed, ſi iuſ-*

Plutarchus de ſite dictis Regum ac Imperatorum. In vita Tiberij & Caij Gracchi. Cic. lib de amicitia.

si iussisset, paruissem: nam pro vtilitate populi Romani, nec aliter vnquam erat iussurus. Magna vis est obseruantiæ subditi generosi in Ducem: quæ cæco animo in omnia, ne iusta quidem, nec satis explorata ratione, sola virtutis ac fidei nixa opinione, ruit ac præcipitat.

Luc. 16. 2. Enimuero *filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.* Deus omnia potens, fidelissimus in promissis, inuitat nos ad sui obsequium, promittit regnum, thronos, coronas, gloriam, ac beatitudinem, auxilia ad illa consequenda: mandat vt paucula mandata seruemus: nobis minatur sub interminatione æterni incendij, ni pareamus: & tamen pauci parent. Inuitat homines ad PERFECTIONIS solatia, voluptatem, securitatem: & vix vlli, non dico sequũtur, sed ne vix quidem audiunt: & si qui audiant, *Matt. 19.* capere nolunt. Clamat, *Qui potest capere, capiat:* multisque auxilium præstat vt capiant: nec capiunt tamen, nec capere volunt.

Indicia voluntatis diuinæ, quo ad Perfectionẽ nostram, in scripturis expressa. 3. Non mandat quidem Deus sub pœna amittendæ suæ amicitiæ alia, quam quæ præcepit ad salutem necessaria: consulit tamen viam excellentiorem, nihilque illi est optatius, quam vt omnes contendant & currant, brauium accepturi, quod Deus reddet vnicuique secundum opera sua: idque tot Scripturæ testimoniis inculcat, vt cæci simus, si non videamus: surdi, si non audiamus. *Genes. 6.* Noe placuit Deo pæne solus ante diluuium: quia *vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, & cum Deo ambulauit.* Ille certe familiaris Principi est, qui cum eo ambulat: & si Princeps

ceps sapiens est, debet & ille esse, quem ipse Princeps in familiaritatem suam admittit. Talem Deus habere quoque voluit Abrahamum, cui dixit: *Ambula coram me, & esto perfectus: ponamque fœdus meum inter me & te; & multiplicabo te vehementer nimis.* PERFECTIO enim in amicitia Dei fundamentum est omnium bonorum, & spiritualium, & temporalium, quæ exinde cælitus veniunt. Hortatur quoque Iosue, diuino actus Spiritu, filios Israel: *Timete Dominum, & seruite ei perfecto corde atque verissimo.* Regius quoque Propheta sibi gratulatur, quod Deus perfecerit sibi pedes tamquam ceruorum, & super excelsa deduxerit. Cerui enim inter animalia nobilissimi sunt: habitant solitarij: vagantur in montibus: fortissimis cornuum ramis non tam onusti, quã ornati: eorum carnes eduntur pæne solis Principum & nobilium mensis: celerrimi sunt ad cursum & saltum. Hæc perfectis conueniunt, qui ideo perfectissimi, quod ex Deo nati mundum spernunt ac fugiunt, Deoque familiares sunt: in excelso montium contemplationis versantur: contra hostium generis humani machinas virtutum robore fortissime dimicant: feruentissime currunt, vt cælum rapiant: eoque saliunt animo momentis singulis, & ad ardua quæque adnituntur; *& quemadmedum desiderat cerus ad fontes aquarum, ita desiderant ad Deum fortem viuum.*

Gen. 17.

Iosue 24.

Psal. 17.

Cerui, Perfectionis symbolum.

Psal. 41.

4. Nec tantum Deus prodere voluit sibi gratum esse PERFECTIONIS nostræ studium; sed etiam efficacissimis verbis nos inuitat ad illam ca-

Deus ad studium Perfectionis nos inuitat.

Prou. 1. pessendam ac sectandam. *Sapientia* (ait Salomon *foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens: Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes*
Prou. 8. *odibunt scientiam?* & alibi: *O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum. Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis, & omne desiderabile ei non potest comparari. Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia. Melior est fructus meus auro & lapide pretioso, & genimina mea argento electo.* Qui ergo inuitat, Sapientia est: omnes autem inuitat: nam locis illis id denuntiat, quibus oēs homines conueniunt: Res præclaras apponit: deniq; magna præmia promittit.

5. Et hæc quidem inuitatio generalis est. Descendit & Deus ad particularia consilia, quæ tamen magis nouæ quam veteris Legis temporibus conueniunt. *Non dicat* (ait Isaias) *Eunuchus, Ecce ego lignum aridum: quia hæc dicit Dominus Eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Inuitat his verbis Dominus ad continentiam voluntariam, metaphora sumpta ab Eunuchis, qui impotentes sunt ad generandū ideo continentes arido ligno merito comparantur: impotentia enim illa non à natura, sed à voluntate prouenit, vt ex his verbis, *Elegerint quæ*

Consilia ad Perfectionem spectantia in veteri testamento insinuata. Isaiæ 56.

quæ ego volui, colligit D. Hieronymus. Promittitur autem nomen melius à filiis & filiabus: quod Hebraica versio sonat, præ filiis & filiabus aliquid melius quam erunt filij & filiæ: aut, iuxta Septuaginta dabo illis, qui carebunt liberis, aliquid melius, quam sit habere liberos: vti interpretantur Diuus Cyrillus Alexandrinus, Augustinus, Basilius, Ambrosius, Gregorius, qui docent Deum nos excitare ad continentiæ amorem, propositis iis præmiis iam commemoratis. Addit Diuus Augustinus peracute: quod si quis contendat Isaiam loqui de veris Eunuchis, qui se continent, quia aliter non possunt: & illis promittitur maior gloria, quam iustis coniugatis: certe maiore ratione promittitur iis qui se continebunt, etsi possent non cõtinere. promittitur ergo *nomen æternum*: quod sic exponit Diuus Augustinus: *Quid tergiuersaris impia cæcitas? quid temporalem tantummodo vtilitatem promittis continentibus sanctis? Nomen æternum dabo eis. Et si forte hoc ipsum æternum pro diuturno conaris accipere, addo, accumulo, inculco nec vnquam deerit. Quid quæris amplius? Æternum hoc nomen, quidquid illud est, spadonibus Dei quod vtique gloriam quandam propriam excellentemque significat, non erit commune cum multis, quamuis in eodem regno & in eadem domo constitutis. Num ideo fortasse & nomen dictum est, quod eos, quibus datur, distinguat à cæteris?* Hæc Augustinus. Idem Sapiens prædixit, sed longe speciosioribus verbis. *Felix* (ait) *est sterilis: & incoinquinata, quæ nescinit thorũ in delicto, habebit fructum in respectione ani-*

In hunc locum.

In hunc locum.

Lib. de vera virgin.

In exhortat. ad vir.

In 3. p. Past c. 29.

Lib. de sancta virg. c. 25.

Sap. 3.

animarum sanctarum, & spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum (donum quoddam singulare, respondens fidei ipsius) *& sors in Templo Dei acceptissima. Bonorum enim laborum glorioſus est fructus, & quæ non concidet radix sapientiæ.*

Formula ac norma vitæ perfectæ à Christo institutæ.

6. Verum ne in re adeo difficili, incognita, arduaque deficeremus, nescientes qui fieri id posset, cum praxis fere nulla ab orbe condito visa fuerit: per Filium suum formam statumque vitæ perfectioris instituere dignatus est, collecta paruula discipulorum manu, quibus & *primitias Spiritus* cõtulit, & summam ab eis PERFECTIONEM exegit: nimirum omnia temporalia desererent; animo & corpore perpetuo continerent; animã denique, hoc est, voluntatem ac iudicium, Superioris Deique vicarij arbitrio subiicerent, quod vno verbo D. Petrus exprimit; *Ecce* (ait) *nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?* Tria enim sunt hominis bona; alia fortunæ, alia corporis, alia animi; quibus homo se priuat, vel etiam exonerat, vt expeditus Ducem suum in expeditione militiæ perfectioris sequatur. Nihil ergo homini supereſt, qui hæc omnia reliquit. His tribus respondent tria status perfectioris consilia ac fundamenta, quibus triplicia illa bona tamquam onera excutiuntur, & eis ex diametro repugnant, Paupertas nempe, Castitas, & Obedientia. Christus igitur studiosis PERFECTIONIS has virtutes proposuit, & etiamnum proponit; & quidem Paupertatem; *Si vis per-*

Rom. 8.

Matt. 19.

Bona triplicis generis dimittuntur cõsiliorum professione.

Paupertas primum

perfectus esse, vade, vende omnia *quæ habes.* Idipsum fecerunt omnes Apostoli; alij nauim & retia, alij domum, alij alia; deniq; nihil retinuerunt. Nec tantum Apostoli sua reliquerunt, repetituri cũ vellent, aut retenta potestate alia possidendi; nõ ita, sed multa dedit, (ait Gregorius) qui nihil retinuit, & longe plura, qui habendi voluntatem deposuit. Verum ille quam plurima & omnia dat, qui voto nuncupato potestatem quippiam habendi præscindit & amputat; quod Augustinus docet Apostolos fecisse, cum exponit, quomodo Petrus, qui pauciſſima habebat, omnia tamen se reliquisse confidenter asserebat, *Ecce nos reliquimus omnia.* Sed votum illud magis ex Actis Apostolorum & praxi huius instituti colligunt Patres. *Multitudinis* (ait Lucas) *credentium erat cor vnum, & anima vna; nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Quod clarius patet ex interitu Ananiæ & Saphiræ, qui communem hanc vitam vouerant, vt ex verbis S. Lucæ satis elucet, *Fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua, Ananias*; non enim fraudasse diceretur, nisi rem obligatam promissione surripuisset. Deinde dixit D. Petrus: *Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?* Quid est mentiri Spiritui sancto, nisi fallere fidem datam Spiritui sancto? Nec proprie dicti fuissent mentiti Spiritui Sancto quia Petro mentiti erant, in quo erat Spiritus sanctus; (quamquam & id aliquo modo dici posset) sed pœna sublecuta aliquid maius fuisse indicat, quam reatum

consiliorũ à Christo inductum. *Matth. 19*

Greg. hom. 5.

Aug. epist. 34.

Votũ Paupertatis ex Scripturis educitur.

Act. 4.

Act. 5.

mendacij, auaritiæ, ambitionis, aut hypocrisis. Fuisse vero voti violati sacrilegium, diserte testantur D. Chrysostomus & Hieronymus. Augustinus quoque, *Si Deo*, ait, *displicuit detrahere de pecunia quam vouerant Deo*, (nempe Ananias & Saphira) *quomodo irascitur quãdo vouetur castitas & non exhibetur*! Idem docet Fulgentius, & alij Patres. Gregorius ad Venantium ita scribit: *Ananias Deo pecunias vouerat, quas postea victus persuasione diaboli subtrahit: sed qua morte multatus est, scis.* Denique Arator.

Homil. 12. in Acta Apost.
Epist. ad Demetriad 8.
Serm. 27. de verbis Apost. & sermone 10. alias 12.
Epist 1. de debito coniug ca. 8.
Lib. 1. ep. 33.
In Act. Apost.

——— *Sed quod mutata voluntas*
Falsi crimen habet: cumque est iam cautio voti,
Stare decet, nec velle prius violare sequenti.
Ius proprium retinere magis quam demere fas est.
Omnibus exemplum sanxit vindicta duorum,
Ne quis dona vocet, quæ sponsio debita poscit.

Hæc de Paupertate.

Castitatis votum. Luc. 14. Matt. 19.

7. Omnes vero, quotquot habebant, vxores deseruerunt: quod ex eo colligitur: *Si quis* (ait Christus) *venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, non potest meus esse discipulus.* Et: *Sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum: qui potest capere, capiat.* Castrauerant ergo se voto Castitatis discipuli: nam solo voto facultas contrahendi matrimonium tollitur ac præscinditur. Ita Epiphanius, Hieronymus, Augustinus, & alii Patres hunc locum interpretantur. Tertia, Obedientia est, quam Christus his verbis comprehendit: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Perfecta abnegatio sui,

Hæresi 58. In hunc locum. Lib. de san. virg.
Obedientiæ votum. Matt. 16.

sui, perfecta Obedientia est: sed perpetua esse debet, idcirco votum accedat necesse est, ac spiritualis quædam crucifixio, ne valeat resilire. *Tollat*, ait, *crucem suam*; nam, vt Cassianus eleganter, *Verus & perfectus Monachus similis Crucifixo esse debet*: qui enim cruci affixus est, non solum non ambulat quo vult, nec facit quod vult, sed nec potest ambulare aut operari, nisi ab alio moueatur. Idem Augustinus confirmat. *Nemo* (ait) *positus in Monasterio dicat, Recedo de Monasterio: neque enim soli, qui sunt in Monasterio, peruenturi sunt ad regnum cœlorum: & illi, qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur ei: Sed illi non vouerunt, tu vouisti.*

Lib 4. de institutoCœnob. siue remunt. ca. 35.
In Ps. 75.

8. Constat igitur institutionem hanc à Deo promanare; iisque magna præmia promitti, qui sequentur. Quæ? *Habebis* (ait) *thesaurum in cœlo.* Deinde, *In regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Centuplum accipiet in hoc sæculo, denique vitam æternam. Hinc D. Hieronymus, *Proponit ἀγωνοθέτας præmium, inuitat ad cursum, tenet in manu virginitatis brauium, ostendit purissimum fontem, & clamitat: Qui sitit, veniat, & bibat: Qui potest capere, capiat.*

Præmia proposita Perfectionis studiosis.
Matth. 19.
Lib. 1. cont. Iouin.
Ioan. 7.
Matth. 19.

9. Verũ Deus sapientissimus sapientissima ratione PERFECTIONIS instrumenta delegit. Cum enim in caritate viatorum PERFECTIO consistat, & per has virtutes, Paupertatem nempe, Castitatem, & Obedientiam, diuini amoris omnia impedimenta remoueantur, ea nobis

Consilia hæc tria, instrumenta Perfectionis, cur à Deo delegantur.

nobis vt aptissima atque vtilissima ad PERFE-
1. *Tim.6.* CTIONEM acquirendam præsidia constituit. *Ra-*
Serm.12.de *dix enim omnium malorum est cupiditas* : quemad-
verb. Do- modum *radix omnium bonorum* , Augustino au-
mini.
1.*Ioan 2.* ctore, *caritas est.* Omnis autem malorum cupi-
ditas ad tria capita reuocatur, Luxuriam, Auaritiam, & Superbiam: *quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Est enim in homine duplex appetitus : quorum alter concupiscibilis, alter irascibilis. Sed & concupiscibilis appetitus duplex est: alius naturalis, alius animalis. Naturalis appetit ea bona quæ sunt necessaria ad naturam conseruandam, tam in indiuiduo, vt cibum & potum: quam in specie, qualis est actus generationis: & hic appetitus, cum est inordinatus, dicitur incontinentia, & à D. Ioanne *concupiscentia carnis.* Animalis vero dicitur ille, quo appetimus ea quæ sunt bona secundum æstimationem, vt pecunias, vestes, tapetes pretiosos, & id genus alia, quæ non appetuntur à bestiis, quibus non est appetitus, nisi naturalis: & hic appetitus, cum est inordinatus, dicitur auaritia, vel cupiditas; à Ioanne vero *concupiscentia oculorum* Denique appetitus irascibilis appetit excellentiam, quæ apprehenditur vt res maxime ardua: & cum est inordinatus, dicitur à Ioanne *superbia vitæ.* Hos igitur tres fontes impedimentorum obstruunt tres illæ virtutes ; concupiscentiam carnis, Continentia : concupiscentiam oculorum, Paupertas voluntaria : superbiam vitæ, Obedientia.

10. At

10. At praxin exemplaque nunc requirimus. Eius profecto adumbrationem videre est in Lege naturæ ante diluuium : maiorem deinde expressionem in Lege Moysis : PERFECTIO vero huius status, & vsus vulgaris, ab Apostolorum temporibus petendus est. Et quidem mundi initio de Enos dicitur : *Iste cœpit inuocare nomen Domini.* Ex quo loco colligunt Doctores, hunc Enos instituisse peculiarem aliquem cultum, & sublimiorem quam esset religio vulgi. Ante ipsum namq; etiam Adam, Abel, & Seth Deum inuocauerunt ; & tamen dicitur primus cœpisse inuocare nomen Domini. Nazaræi deinde, nuncupatis votis, seipsos Domino consecrabant : ad quorum exemplum Origenes etiam in Ecclesia quosdam seipsos totos diuino cultui deuouere solitos scribit. Elias quoque & Eliseus sine vxoribus & diuitiis, vt & filij quoque Prophetarum, vixerunt. De his ita Hieronymus : *Noster* (ait) *princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filii Prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula iuxta fluẽta Iordanis.* Hæc ille, & plura scribens ad Rusticum. Extat & apud Ieremiam insignis commendatio nepotum Rechab, qui cum eis pater, seu auus, præcepisset vt domos non ædificarẽt, agros non seminarent, vineas non plantarent, vinum numquam biberent, vitam durissimam quasi extra mundum agerent, omnia diligentissime obseruarunt : quos etiam Monachorum nostrorum figuram gessisse scribit quoque Hieronymus. Ioannes Baptista vt officio, sic sanctitate

Perfectionis primi magistri & exempla ex Lege naturæ scripta, & noua desumpta.

1. *Enos.* *Gen.* 4.

2. *Nazaræi* *Num.* 6.

Hom. 11. *in Leuit.*

3. *Elias & Eliseus.*

Epist. 13. *ad Paulin.*

Epist. 4. *Ierem.* 35. 4. *Filij Rechab.*

Epist. 13. *ad*

Paulin. 5. Ioannes Baptista. Mat. 11. & Maria Christi mater voto obstricta. Luc. 1.

tate ac PERFECTIONE omnes antecelluit. Satis id sit, quod de eo Sapientia diuina pronunciauit *Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista.* Sed prætermitti nõ debet Dei mater, quæ ante prolis conceptionem virginitatis voto sese obstrinxerat: audito enim nuntio concipiendæ prolis, respondit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Si enim voto non erat ligata, Angelus replicare poterat: Tu maritum habes, & adhuc iuuencula: quod iam actu non cognoscas, quid mirum? si enim iam non cognoscis, cognosces postea. Si ergo dicere velit se actu non cognoscere: inepta videtur esse interrogatio. Idem est ergo, ac si dicat quispiam in Quadragesima, Non vescor ouis aut carnibus: id est, mihi vesci non licet. Ita B. Virgo ait, *Virum non cognosco* Prohibeor cognoscere. Qua lege? diuina an humana? neutra sane, imo lege naturali iubetur viro reddere debitum. Non erat etiam impotens, aut sterilis, alioqui eam rationem attulisset: nec ætatem generationi aptam excesserat. Qua lege ergo virum cognoscere non potes, nõ communi: relinquitur ergo id fieri lege particulari voti, qua Deo sese obstrinxerat. Ita Gregorius Nyssenus late in oratione de natiuitate Domini, Augustinus, Beda, Anselmus, Rupertus, Bernardus. Iam ad Apostolos veniamus qui post Christi ascensionem formam illam, quam à Christo acceperant, mundo inuexerunt, & vbique gentium impressam reliquerunt. Constat ex Actis, *Omnes etiam*, ait Lucas, *qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia*

Lib. de san. virg. ca. 4. In c. 1. Luc. De excel. virg. ca. 4. Lib. 3. in Cant. Serm. 4. sup. Missus.

munia: possessiones & substantias vendebant & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Viuebant ergo in communi, & Paupertatem voluntariam profitebantur. Addit: *Neque quisquam egens erat inter illos: quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes adferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum, diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat.* Hæc sunt incunabula vitæ perfectionis, quę sensim adoleuerunt, & in ætatem perfectam deducta eam formam splendoremque acceperũt quem videmus spargi tot iam sæculis per orbem vniuersum, auctore Deo, qui Antonios, Basilios, Benedictos, & postea Bernardos, Franciscos, Dominicos, & ad hæc vsque tempora semper nouos excitauit: qui tamquam boni magistri, discipulis quam plurimis PERFECTIONIS regulam & exemplo proponerent, & instituto firmarent.

7. Apostolũ Act. 2. Act. 4.

Vocationes miraculosæ ad studium Perfectionis, Abraham. Gen. 12 Gen. 22.

11. Extiterunt quoque illustres vocationes ad sectandam viam perfectiorem: & in primis Abrahami, qui pater fidei deinde appellatus, iussus est patriam deserere, eique dixit Dominus: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi.* Sed quid, quod vnicum filium, spem suæ familiæ, quem susceperat effœtis & suis & vxoris viribus, immolare atque interficere iussus, vocanti paruit? Magnæ PERFECTIONIS fuit patriam deseruisse: maioris certe, filium, & talem filium, secare in partes, Deoque immolare. Alia vocatio est Ioannis Baptistæ in vtero existen

Ioannis Baptistæ.

existentis, cui merito hæc Ieremiæ verba congruere videntur: *Priusquam te formarem in vtero, noui te; & antequam exires de vulua, sanctificaui te & Prophetam in gentibus dedi te.* &quæ Propheta Isaias de seipso: *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris mei recordatus est nominis mei, & posuit os meum quasi gladium acutum.* Christus enim ex vtero matris suę Ioannem in vtero Elisabeth proprio appellauit nomine. Sensit ac cognouit Ioānes Christum Redemptorē suum vocantē, donatus nimirum ante tempus vsu rationis? & ad iustificationem cito quidem, sed vere sese disposuit: id enim significant verba illa, *Exultauit in gaudio infans*; gaudium enim est animi excitatio, proueniens ex apprehensione boni præsentis. Apprehendit Ioannes Redemptorem suum esse præsentem, audiuit vocantem; repletus est Spiritu sancto, exultauit; non instar emotæ mentis, sed in gaudio: vnde vocanti se, & ad statum pręcursoris ac prædicatoris perfectissimum deputanti, respondit: *A, a, a, Domine Deus; ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Et Dominus ad eum: *Noli dicere, Puer sum; quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis, & vniuersa, quæcumque mandauero tibi loqueris.* Cognouit id eius mater Elisabeth, quæ, repleta Spiritu sancto, secreta vteri sui detexit, dicens *Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Et pater filium recens natum intelligentem (vt testatur Origenes) allocutus est: *Tu puer, Propheta altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini, parare vias eius* Quot in hac vocatio-

Ierem. 1.

Isaiæ. 49.

Luc. 1.

Ierem. 1.

Luc. 1.

Hom. 7. & 10. in Lucā.

Luc. 1.

tione miracula! Profecto sanctitas & PERFECTIO viri subsecuta vocationem prodigiosam probauit, & vero PERFECTIONIS eminentia eidem respondit. Hæc omnia prolixe Chrysostomus & Ambrosius in Lucam. Sequuntur vocationes Apostolorum admirandæ, cum duodecim quidem, quæ immediate à filio Dei factæ sunt; tum vero maxime B. Pauli, quæ adeo efficax atque admiranda fuit, vt hominem blasphemum, persecutorem, ac iuratum Christiani nominis hostem, insanientem, minasque reipsa spirantem, in vas electionis commutarit, ad tertium cælum rapuerit, & Apostolum, doctorem, fidei ac religionis reddiderit. Taceo Mariæ Magdalenæ mirando modo vocatæ & conuersæ subsecutam PERFECTIONEM, cæterorumque quos scriptura commemorat. Historiæ sacræ plenæ sunt: Monasteria sexus vtriusque, totus denique orbis plura exempla produceret, quã humana capere literisque mandare posset industria. Tot vocati sunt ad PERFECTIONIS gloriam, quot ad Religionis statum vocati: at horum quis subducet numerum? Sed & sæculares excludi non debent, qui sane subinde multis Religiosis de sanctitatis & PERFECTIONIS laude nihil concedunt. Ne vero recentiores negligere videar, aliquot è multis illustriores hic attexam.

Apostolorũ

Maria Magdalena.

13. Initio Cisterciensis Ordinis, anno nimirum 1104. adolescens quidam Lugduni, & literarum & PERFECTIONIS, cuius incredibili desiderio flagrabat, admodum studiosus qua-

Vocationes recentiores I.

Vincent. in Specu. hist. lib 25. c. 106

quadam nocte visionem ardentissimis suis votis
1. congruentem habuit. In valle, vt sibi videba-
Vincent. in specu. hist. lib. 25. cap. 106. tur, constituto, ac circumspicienti, primum occurrit fluuius, qui arduum ac præruptum montem alluebat. Eleuans autem oculos, prospexit in eo monte ciuitatem tantis tamque variis ædificiorum, turrium, mœniumque ornamentis illustrem, vt illius aspectus oculos animumque intuentium raperet, teneret, videntem vero neutiquam satiaret. Subit & desiderium vrbis illius adeundæ, sed interiacebat ingens ille fluuius. Quid ageret? dum traiectum animo versat, videt duodecim pauperes, in ripa fluminis, lauantes vestimenta sua : quos inter quidam splendidissima veste, aliisque multum dissimilis, ceteros in ablutione vestium iuuabat, & quidem vicissim vnum post alium. Lætus adolescens ad hunc accessit, Quinam, inquiens, estis vos? quid agitis? ecquænam ciuitas illa superior, quæ sua pulchritudine adeo oblectat oculos mentesque mortalium? Respondit ille : Hi pauperes, pœnitudine ducti, peccata sua eluunt, & ego Filius Dei, Jesvs Christvs, eis opem fero, sine cuius auxilio nec hi, nec alij, aut ablui, aut quidquam boni operari possunt. Ciuitas hæc pulchra, quam cernis, paradisus est, in qua viuo & regno. Vbi vero quispiam vestes purgauerit, pœnitentiamque egerit, eum bene sperare iubeo : nam haud dubie in illam admittetur. Tu hactenus viam quæsisti : certo scias, præter hanc non esse aliam, quam hos pauperes

sectari

sectari tenereque conspicis. His dictis visio disparuit, mirante iuuene, sed quid sibi vellet ignorante. Absoluto ergo studiorum cursu rediens in patriam, Episcopo Cabilonensi, sibi familiari, visionem enarrauit. Suasit ille, mundo nuntium remitteret, & Ordinem religiosum, vitæ in posterum degendæ, deligeret: præ ceteris tamen exorientem Cistercienſem familiam commendauit. Venit Cistercium, locum incultum, desertum, siluosum, commorationem denique hominum inter feras. Ianua Monasterij, sed dicam potius tugurioli, ex viminibus confecta erat: malleus ferreus appendebat, cuius sonitu ianitor compellabatur ab intrare volentibus. Aduenit ille pulsu euocatus, & caput demittens adolescentem salutauit. Hic ianitorem intuitus agnouit, memor se eum inter lauantes vestimenta sua vidisse. Iussus est Abbatem totumque Conuentum accedere. Hi ipsi erant, quos ad ripam fluminis viderat, omnesque admirabundus agnouit. Abbatis illico pedibus aduoluitur, perfususque lacrymis historiam narrat: & pro admissione obtinenda supplicans, voti compos factus est: qui breui tempore vsque adeo virtutibus auctus est, vt ad Prioris officium assumi sit meritus. Addam alterum, sed recentius, nostrique temporis. Ioannes Nunnus, Hispanus nobilis, ex Gusmanorum familia, à qua & D. Dominicus oriundus, is est, qui primus Patriarcha in Indiam destinatus à Pontifice Maximo, multis confectus laboribus, magnam suæ virtutis veræque

2. *Vocatio recentior.*

sanctitatis opinionem posteris reliquit. Cum ergo iuuenis anxius de vitæ genere deliberans, integro anno à B. Virgine postulasset sibi à Deo certam viuendi viam ac rationem indicari, quã secure tenere sequique posset; apparuit dormienti Dei mater, augusta specie, comitata duobus Societatis Iesv Patribus, nempe Petro Fabro, vno ex primis decem, & Francisco Strada; is est, qui, mortuo Baccalaureo Hosio, B. Ignatio è monte Cassino redeunti occurrit, à quo in locum Hosii in Societatem suffectus est. Insistenti ergo coram Nunno ardentius pro certo vitæ cursu cœlitus designando, intulit cœli Regina; *Vis seruire filio meo vsque ad defatigationem?* Cui Nunnus: Omnino, Domina. *Sequere ergo*, ait illa, *hos viros*. Ostendit vero illi comites suos, Patres Fabrum & Strada, ac disparuit. Nunnus vero suspicatus est ex habitu viros illos esse Societatis Iesv, sed sibi prorsus ignotos: nec Domina indicauit quo eos loco inueniret. Quare partim anxius, partim lætus cœlesti visitatione, reliquum suæ patronæ Virgini Matri commendauit. Contigit vero vt iter facienti duo Societatis Patres temere occurrerent, visoque habitu eos aggressus est: cumque de admissione mentionem intulisset, tum Pater Faber, *Vis*, inquit, *seruire Christo vsque ad defatigationem?* Qua interrogatione perculsus, venit in mentem verborum Virginis Matris, quæ eisdem verbis vsa fuerat: *Vis seruire filio meo vsque ad defatigationem?* Ille, velut certam vocationis suę tesseram reputans, oculos in vultum vtriusque defixit,

Petrus Maffæus in vita B. Ignatij, lib. Ignatii, li. 2. c. 6.

fixit,& eos agnoscens,procidit eis ad pedes,obtestans vt se ad Societatem admitterent: narrataque totius vocationis serie, admissus est summa sua & Patrum consolatione. Haud absimile est, ac memoria dignissimum, quod P. Franciscus Ribera scriptis consignauit de Catharina Godinez, nobilissima virgine: quæ cum, mundi relictis illecebris atque honoribus, incredibili Religionis ineundæ desiderio æstuaret, visa est in somnis videre se in via arctissima constitutam incedere, vtrimque præcipitiis formidanda: dumq; horreret solitaria, Religiosus quidam occurrit ex improuiso, habitum Ordinis Carmelitarum Discalceatorum gestans; qui blande inuitatam consolatus, perduxit in domum haud procul dissitam. In ea Sanctimoniales magno numero visebantur: nullumque illic lumen apparebat, præterquam cereorum quos singulæ gestabant manu. Catharina ex illis scischitatur, cuius Ordinis sint. Tacuerunt omnes: leuatoque velo, quo facies tegebantur, earum vultus læti hilaresque apparuerunt. Accepta Catharinæ manu Prioriſſa, Te, inquit, hodie, filia, in sociam nostram deligo. Regulasque omnes & Constitutiones Ordinis eidem ostendit. Expergiscitur interea Catharina, tanto perfusa gaudio, ac si paradisi gaudiis interfuisset. Hanc visionem longo tempore silentio pressit: nec à quoquam, quæ esset illa Religio, cognoscere potuit: Regulas tamen nonnullas, quas legerat, memoriæ causa scripto mandauit. Intellexit postmodum ex quodam Patre Societa-

Inuita Matris Teresa, lib. 3. ca. 3.

„ tis noſtræ, illum Ordinem, quem depingebat,
„ eſſe Camelitarum Diſcalceatarum. Idcirco
„ quam primum Matrem Tereſam de ſua Mona-
„ ſterij exſtruendi reſolutione reddit certiorem;
„ eamque inuitat, quam citiſſime veniat. Occur-
„ rerunt interea grauiſſima impedimenta: & in-
„ ter cetera, cum Catharina in morbum periculo-
„ ſum incidiſſet, nec ſpes vlla foret humanitus
„ illius ad Religionem admittendæ, fuſa oratione
„ tantam ſpem concepit, vt à Deo de ſanitate re-
„ ſponſum interne accepiſſe videretur. Conua-
„ luit actutum: ſublatiſque diuinitus impedimen-
„ tis, Mater Tereſa aduenit, ſex alias Sorores in
„ nouam colonlam adducens. Aderat & laicus
„ quidam eiuſdem Ordinis Frater, Ioannes à Mi-
„ ſeria. Catharina primo conſpectu agnouit So-
„ rores omnes illas, & ex eis illas eſſe aſſeuerauit,
„ quarum vultus ante annos viginti viderat in
„ ſomnis. Fratrem vero Ioannem eundem videri
„ Religioſum, qui è viarum anguſtiis ſe ad Mona-
„ ſterium Virginum deduxerat. Collatis ergo
„ facultatibus omnibus Catharina cum ſorore in
„ fundationem Monaſterij, admitti petiit magna
„ inſtantia, ſed in gradu Conuerſarum. Admiſſa
„ eſt in gradu primario, ſed inuita: nec deſtitit à
„ proſecutione prioris gradus, donec Præſidiis ac
„ ceſſiſſet auctoritas. Denique ſancte admodum
„ vixit, ac Prioriſſa eiuſdem Monaſterii, quod
„ fundauerat, meritis plena ad beatorum domici-
„ lium commigrauit.

„ 14. Quæcumque hactenus dicta ſunt, ſum-
„ mum diuinæ bonitatis erga PERFECTIONEM homi-

hominis ſtudium arguunt, quæ non tantum *omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, ſed voluntatem eis ſuam ſacris litteris inſinuat, imo internis aculeis incitat & hortatur omnes vt ſimus *perfecti, ſicut & Pater noſter cœleſtis perfectus eſt*: & per Filium ſuum, Redemptorem noſtrum, modum ac normam quandam inuexit, ac magiſtros idoneos conſtituit ad illam perdiſcendam, poſteriſque tradendam, vocans innumeros interea, qui ſe excolendos magiſtris tradant: vt merito identidem fateri debeamus, *Deum vnicum eſſe* PERFECTIONIS *auctorem.* 1. Tim. 2. Matth. 5.

CAP. VI.

Etſi Dei perfecta ſint opera, nihil tamen naſci perfectum, ſed omnia acceſſione ac profectu indigere.

Dei & architecti differentia in opere conficiendo.

ILla differentia eſt inter Deum & architectum, quod hic, cum opus excitare diſponit, primum omnium ideam in mente concipit, ac format: & eam quidem ſæpe confuſam indigeſtam, quam mutare & variare ſubinde cogitur in operis progreſſu, quod omnes circumſtantias ac euentus mente complecti minime poſſit. Opus ei eſt poſtmodum materialibus: & hæc aptantur tanto labore, vt ſingulæ pæne particulæ plures operas & temporis

longa spatia requirant; antequam totum ædificii corpus coalescat, plures anni transeunt; subinde erecta dirui, ac errores reparari aliquoties opus est; non raro vel totum corruit, vel sane hiatus magni ac defectus ruinæ indices observantur: Deus vnico momento perficit opus suum, quantumcumque ingens, & si velit, in vltima sua PERFECTIONE constituit. Nec id ipsi difficile admodum est: nam esse rerum omnium est, & PERFECTIONES earum in se continet. Requiritur ergo tantum vt operi concepto esse suum communicet; nulla indiget præiacente materia; initia, progressus, & consummatio operis, solo eius nutu consummabuntur. Hinc Moyses: *Gen. 1.* *Dixit Deus, Fiat lux: & facta est lux: Fiat firmamentum in medio aquarum: Geminet terra herbam virentem: Fiant luminaria in firmamento cœli:* effectus illico secutus est. *Psal. 148* *Ipse* enim *dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt.* Cur ita? Est enim Deus vbique, rebusque omnibus intime præsens; & vt aliquid producat nullius ope operaque indiget; formã deinde ipse indere potest, & quidem ex nihilo productam. Quod si ex materia producta operari velit, omnes ipsi creaturæ obediunt ad nutum, *Psal. 148* *Ignis, grando, nix glacies, spiritus procellarum, Eccli. 18.* *quæ faciunt verbum eius.* Quæ quidem omnia Sapiens cum acutius considerasset; *In Genesin* *Qui viuit in æternum,* inquit, *creauit omnia simul.* Quod etsi verissimum est iuxta mentem Ruperti dicentis: *An omnia simul creata.* *Creauit Deus prius verbo æterno, quod postea faceret in opere: creauit in sua sapientia intemporaliter omnia, quæ sigillatim in tempore erat conditurus.* Non enim

enim tantum Deus mundum vnicum creare posset æterna præordinatione, mentisque conceptione, sed & mille mundos materiales vno eodemque momento; sicut D. Augustinus omnia, quæ distincte per dies sex in Genesi producta narrantur, vno eodemque die condita ac distributa opinatur. Et quamuis plurimi Patres teste D. Thoma aliter sentiant, nempe per dies singulos omnia à Deo distincta fuisse; tamen in hoc ipso Dei actiuitatem exactamque agendi rationem extollunt, quod eodem plane momento rerum inuisibilium essentia, & visibilium materia, condita sint. Ita enim Hugo de S. Victore cum diuersis locis, tum libro primo de Sacramentis in hæc verba: *Sed nec illud absurdum erit si credimus vnum & idem prorsus temporis momentum fuisse, quo in principio simul creata sit & rerum visibilium corporalium que materia, & inuisibilium in Angelica natura essentia. Et hoc est quod scriptura refert, omnia simul creata fuisse. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Nihilque postea factum est, cuius in ipso primordio aut materia, vt in corporibus; aut similitudo, vt in spiritibus; non præcesserit. Nam etsi nouæ quotidie creantur animæ, noua tamen creatura non fit: quia in Angelicis operibus iam tunc, quando creabatur, eius similitudo præcessit.* Hæc ille.

Lib 4 sup. Gen. ad lit. c. 22. & 34. & lib. 11 ciuit. c. 9. & in dial q. 65 ad Orosium c. 26. D. Thomas 1. p. q. 74. a. 2. Lib. 1. de Sac. p. 1. c. 2. & in annot elucid. in Gen. ca. 4. Lib. 1. de Sacr. p. 1. c. 5. Eccli. 18.

2 Non tamen nostro more Deus operatur, quo dum præcipitamus opus illud tantum: ex parte efficimus, fatetque mendis & erroribus. Deus perfectissime operatur, & in eius operibus nihil desiderari potest. *Date magnificentiam Deo nostro*, (id profecto ei soli competit) quia

Dei solius operationes perfecta.

Deut. 31

Dei perfecta sunt opera. Quod duplici modo videtur posse intelligi: eius nempe operationes in genere morum perfectissimas esse, easque omnem bonitatis rationem, quam aliquod opus bonum requirere posset, continere. Rationes enim quibus ad agendum mouetur: æternę sunt à lege æterna ac intellectu, infinito sapientiæ lumine instructo manantes: vnde nullus error contingere potest: ideoque merito Moyses vocat eum *Deum fidelem*, quod nec falli nec fallere
Ibidem. possit. Voluntati vero eius obuersatur essentialis bonitas: atque ideo Moyses, cum dixisset, *Deus fidelis*, addidit, *& absque vlla iniquitate, iustus & rectus*: malitia enim & iniquitas bonitati eius repugnant: quæ quidem bonitas in quo magis quam in ipso relucet? Haud frustra sane nomen benignissimum Patris vsurpat, & talis agnosci vult: quod Moyses consequenter expressit: *Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te?* Finis vero actionum illius est communicatio bonitatis suæ ad æternam suam gloriam, quæ certe ei absque controuersia deberur. Operationis vero materia vel ex se supernaturalis est, vt in toto beneficio redemptionis iustificationis, prædestinationis, remunerationis bonorum operum: vel certe eo, velut ad scopum, ab infinito eius amore refertur. Prudentia autem in eo tanta est, quę semper sufficiens & fuit, & est, eritque ad huius orbis gubernationem, & infinitorum aliorum. Scit omnia, prę-
Prou. 15. terita, pręsentia, & futura. Corda scrutatur, & renes: *Infernus* enim *& perditio corã Domino quãto*

magis

magis corda filiorum hominum! Non ergo præcipitantia interuenire valet, aut ignorantia, vbi consilium ac deliberatio deesse non potest, nec irrepere defectus aliquis circumspectionis aut circumstantiæ necessariæ. Et hic sensus esse videtur literalis illius sententiæ: *Dei perfecta sunt opera* Deut. 32. Agit enim Moyses contra falsorum Deorum cultores, & impios Iudæos: ipsorumque idolorum impotentiam, vanitatem, ac turpitudinem detestatur, ac cum Dei veri bonitate, iustitia, ac fidelitate confert, vt suos Iudæos cum ad fidem seruandam alliciat, tum in cultu diuino retineat *Dei* ergo *perfecta sunt opera*: non vitiosa, vt nostra: non iniusta, non inquinata peccato aliquo: subiungit enim, *& omnes viæ eius iudicia.* deinde, *Deus fidelis, & absque vlla iniquitate.* Sed quid Iudæi? *Peccauerunt ei, & non filii eius in sordibus.* Ex his conficitur, opera Dei perfecta esse; quia in actiones operationesque eius vitium nullum irrepere potest.

3 Nihilominus etiam de effectibus operatio nis diuinæ intelligi posse videtur, perfecta esse Dei opera: siue ea quæ sunt ad intra: & quidem si de internis Dei operibus quæstio sit, qualis cognitio suæ substantiæ, generatio Filij, amor mutuus, spiratio, & similia, sic perfecta sunt Dei opera, vt eis nihil adilci possit: siue ad extra; sunt enim infinitæ PERFECTIONIS, & immensæ durationis. Perfecta sunt & quæ libere circa rerum creatarum gubernationem facit: qualis creatio & productio rerum, generis humani redemptio, victoria de inferni principib. *Omnia Dei opera perfecta.*

è cruce

è cruce reportata, Legis antiquæ promulgatio, & id genus alia: quod D. Thomas diserte expo-

Lib. de diuinis moribus, circa fi.

suit. *Deus* (ait) *omnia opera sua in summo bene facit. Opus quippe cœli & terræ, Angelorum & hominum, & aliarum creaturarum, adeo benefecit, vt melius excogitari non posset. Similiter opus redemptionis (quod nemo alius, in cœlo, nec in terra facere potuit, sicut legitur in Apocalypsi) in summo bene fecit, prudenter vincendo diabolum in ligno quo vicerat, sub humana fragilitate semper celans diuinam potentiam: quia si dæmones cognouissent, vt dicit Apostolus, numquam Dominum gloriæ crucifixissent, id est crucifigi persuasissent. Similiter quidquid hodie facit, siue peccata vindicet, siue dissimulet propter pœnitentiam: siue gratiam subtrahat electis, siue conferat: siue fideli animæ quandoque se familiarem, quandoque alienum exhibeat: siue sit ventus, siue sit pluuia: siue aura frigida, siue calida: siue ficca sit via, siue madida: siue terræ fructus abundet, siue pereat: pro illo tempore melius fieri non posset: quia ex nimia caritate & benignitate, immensa sua sapientia singula debito tempore operatur. Opus vero remunerationis in summo bene faciet, cum singulis peccatis & singulis membris quæ fuerunt arma iniquitatis, reddet iustam pœnam.* Hæc ille. Soli ergo Deo conuenit adeo perfecte operari, vt nemo melius. Illius etiam est dicere: Creaui cœlum & terram. *Ego eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Ego vnxi te in Regem super Israel, & ego eruì te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui.* Tempus enim præteriti (vt aiunt) perfecti, PERFECTIONEM significat: vnde antiqui pingendi fingendique artifices,

Gen 1. *Exod.* 20 *2. Reg.* 12

vt

vt indicarent opera sua nondum esse perfecta, ea, pendente titulo, inscribebant verbo imperfecti temporis, Faciebat, Pingebat, auctore Plinio. *Ex illis* (inquit) *nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos inuenies, absoluta opera, pendenti titulo inscripsisse: vt, Appelles faciebat: aut, Polycletus faciebat: tamquam inchoata semper arte, & imperfecta: vt contra iudiciorum varietates supereſſet artifici regressus ad veniam, velut emendaturo quidquid desideretur, si non esset interceptus.* Hæcille. At *Dei perfecta sunt opera. Dixit & facta sunt: mandauit, & creata sunt.* Nos id vsurpare non possumus, vnico solo casu excepto peccati perpetrari. Vere enim dixit Dauidi *Peccaui*: & nos cum illo: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci*: id enim vere fecimus & perfecimus. *Concupiscentia* namque *cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem*: & illud solũ opus nostrum est.

In præfat. oper. de natur. hist. ad Vespasianum.

Deut. 32. Ps. 148.

2. Reg. 12. Psal. 50. Iac. 1.

4. Dei ergo solius perfecta sunt opera, etsi quædam ex iis, quæ fecit, inutilia & nociua esse videantur: quod Chrysostomus latissime demonstrat in hæc verba: *Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Considera* (inquit) *quomodo creaturas omnes verbo, omnia, simul complexus, omnes simul magna laude prosecutus est. Igitur cum Deus, qui res ex nihilo, vt essent, produxit, bonas & valde bonas dicit: quis tam insanus, vt vel os aperire, & contradicere Dei verbis audeat? Quoniam enim in visibilibus non solum lumen condidit, sed & tenebras aduersas luci: & non solum diem, sed & noctem contrariã diei: & in seminib. quæ ex terra nascuntur,*

Operum Dei quædã nociua videntur.

Hom. 10. in Genes. Genes. 1.

tur, non solum herbas vtiles, sed pernicioſas; & arbores non solum fructuoſas, sed & infructuoſas; & animalia non solum mansueta, sed & siluestria & truculenta; & in his quæ aquæ produxerunt, non solũ pisces, sed & cete, & alias marinas belluas: terra non solũ habitabilis, sed & inhabitabilis; & non solũ planities sunt & campi, sed & montes & colles; & inter aues non solum domesticæ & altiles, sed & feræ, nullum q; commodum per se adferentes, vt milui & vultures: præterea, in his quæ terra profert, non sunt tantum mansueta & innoxia animalia, sed & serpentes, & lacertæ, & dracones, & leones, & pardi; quin & in aere non solum pluuiæ & venti vtiles, sed & grandines & niues. Proinde sopiantur rationes nostræ, & nihil illis vltra præferatur. Idoneis autem & crebris argumentis persuasum sit, quod omnia ratione quadam & misericordia ad eo producta sunt, & in summa, nihil temere & absq; causa factum. Verum licet nos ob nostræ rationis imbecillitatem ignoremus factorum causam, ipse tamen iuxta suam sapientiam & potentissimam misericordiam omnia produxit. Hæc Chrysostomus, quorum rationem nullã adfert, sed vtitur testimonio Scripturæ, cui sine dubio credere conuenit.

Opera Dei perfecta. Si ornatum spectes vniuersi. Gen. 1. Gen. 2.

5. Mouere magis nos deberent defectus palpabiles, ac imperfectiones, quæ in cunctis rebus creatis inueniuntur: nihil enim perfectum nascitur, nihil quod non suppetias auxiliumque requirat; & tamen perfecta dicuntur esse Dei opera, vt reuera sunt. *Viditque Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona: & perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.* In rerũ enim generali pro-

productione etsi cuiusque rei naturam essentiamque, cum suo ornatu sensim augendo spectarit, vniuersi tamē rationē in primis Deus habere voluit. Hinc Plato agens de ordine vniuersi, *Optimi*, inquit, *ac perfecti opificis erat, optima adducere, & opus perfectum producere*, idoque mundum incomparabili pulchritudine decorari: pulcherrimus etenim rerum ordo, admiranda PERFECTIO rerum est, & vniuersa venustat. Velut in exercitu quisque seiunctus, inualidus imbecillique est, minoriq; fortitudine. Quod si capita capitibus iunxeris, infractū exercitū conflaueris, qui ex mutua decentiq; ordinatione præcipuū sortietur robur, & ornatū incōparabilem. *In Timæo.*

Hinc Caietanus in hæc verba. *Vidit que Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Iudicium (ait) diuinum circa totum vniuersum describitur: & cum singulares factæ visæ fuerint à Deo bonæ, ipsum non bonum, sed valde bonum visum describitur a Deo: apponitur aduerbium, ecce, ad demonstrandum, non futuram, non expectandam, sed præsentem haberi bonitatem summam ipsius vniuersi; & significatur per hoc quod vniuersum est ita bonum, quod nihil ei deficit, & quod nihil habet superfluum, quod nullam desiderat additionem. *In Genesim Gen. 1.*

Addit Glossa: *Approbauit Deus cuncta quæ fecerat, & ordinem ipsum rerum; & ideo bona erāt, & elegantia, & vtilia. Nihil enim temere & absque digna ratione factum est à Deo in toto mundo, etiamsi rationes causasue factorum pro fragilitate nostri intellectus ignoremus. Omnia siquidem Deo bona sunt, & vtilia ad finem quem intendit in rebus certe optimum, & omnibus qui vti illis norunt* *In Catena Aloisij Lippom, in hūc locum.*

nec

nec sunt desides. Hæc sane, Dei perfecta esse opera, persuadent, si mundi totius ornatum PERFECTIONEMque spectemus: si finem, quem sapientissimus artifex intendit, consideremus sed quid de PERFECTIONE singulorum operum? non enim tantum vniuersa hæc moles, sed & singula Dei perfecta sunt opera.

Singula Dei opera, tam quæ per se effecit, quam quæ per causas secundas, quomodo perfecta.

6. Illud igitur sciendum est, Deum initio mũdi genera & species rerum condidisse, rebusque singularibus vim quandam generandi producendique res nouas indidisse. Cum his in productione actioneque omni concurrit ac cooperatur: quia tamen non raro errores defectusque dum agimus, intercurrunt, sæpe etiam contingit manca, prodigiosa & monstrosa enasci. Quædam ergo à Deo solo auctore, quædam è causis secundis oriuntur: & quidem ea quæ per se efformat ac producit, non ita numeris omnibus absoluta censenda videntur, vt nihil accedere possit ad ornatum: soli enim Deo id competit, adeo completum perfectumque esse, vt ad eius essentiam nulla fieri possit accessio. Nec ita statuendum est, quæcumque à Deo fiunt, sic fieri, vt nulla PERFECTIONE indigeant, eo quod Dei perfecta sunt opera. Deus condidit cœlum: at illud non illico PERFECTIONES suas habuit: accessit lux, firmamentum stabilitum, diuisio aquarum sub firmamento & supra firmamentum, duo idem luminaria in firmamento cœli, & stellæ innumeræ. Creauit insuper Deus terram: at primum erat inanis & vacua, destituta omnibus ad quæ possidenda naturalem

Genes. 1.

Ibidem.

ralem aptitudinem & quasi propensionem habebat: interius carebat seminibus & mineralibus; forinsecus vero hominibus, brutis, arboribus, plantis, quibus habitanda, ornanda conserendaque: nondum distincta in colles & valles; nondum amnibus ac fontibus & venis irrigua; nondum extans & firmata super aquas, sed iis pressa & operta. Terra ergo verbo Domini facta est; & tamen non fuit vsquequaque perfecta. Quid? nonne & Legis antiquæ auctor est Deus? nonne ideo illa perfecta esse debuit? & tamen de ea dicitur: *Non potuistis in Lege Moysi iustificari* &: *Christus nos redemit de maledicto Legis*. &: *Nihil ad perfectum adduxit Lex* Denique Christus non venisse se inquit *soluere Legem aut Prophetas, sed adimplere*. Ergo plena non erat, aliquid PERFECTIONIS deerat. Quare huic argumento Diuus Thomas respondens ita ait: *Nihil prohibet, non esse perfectum simpliciter, quod tamen est perfectum secundum tempus; sicut dicitur aliquis puer perfectus, non simpliciter, sed secundum temporis conditionem: ita enim præcepta, quæ pueris dantur, sunt quidem perfecta secundum conditionem eorum quibus dantur, etsi non sint perfecta simpliciter: & talia fuerunt præcepta Legis; vnde Apostolus: Lex pædagogus noster fuit; vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo*. Deus ergo, iuxta temporis exigentiam, aliqua fecit sapienter & perfecte, quæ alio tempore perfectiora essent; & si perfectius tunc ageret, minus conuenienter facere videretur, minusq; perfecte: quia alia infantium, alia virorum est conditio. Addam & illud, Legem naturæ

Act. 13. *Gal.* 3, *Heb.* 7. *Matth.* 5. 1.2. *q.* 98. *a.* 2 *ad* 1. *Gal.* 3.

turæ habendam esse & reipsa perfectissimam & tamen Legem naturæ ab infantia studiose cu-

Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18. stodienti Christus ait: *Vnum tibi deest: si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus*: Denique *Lex spiritus vitæ*, quæ *nos liberauit*

Rom. 8. 1. Cor. 13. nonne & ipsa perfectissima? & tamen scriptum est: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Alia ergo incipientium, quique sese in Legis diuinæ obseruatione stabiliunt: alia proficientium, & in virtutum scalis conscendentium; alia perfectorum: quamquam huius vitæ progressus ad PERFECTIONEM terminum nescit: vtque Deus infinitæ PERFECTIONIS & bonitatis est ad communicanda charismata cœlestia, ita & animus hominis insatiabilis desiderij est ad illa quærenda, complectenda, & quodammodo infinite augenda. Denique PERFECTIO summa cuiusque rei, est extrema & finalis, cum scilicet ad centrum suum finemque peruenerit: & hanc PERFECTIONEM nullus assequitur, qui finem vltimum non attigerit. Cæterum nos imperfecti sumus, & defectuosi: & vt pueruli ad staturam grandiorem aspiramus. Quid mirum, cum Paulus dicat: *Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus*

1. Cor. 13. *sapiebam vt paruulus?* Qua de re ita Hugo de S.

In annotat elucid. in Genesin. c. 4. Victore: *Porro ad id quod Deus dicitur creasse aliquid imperfectū aut informe, respondemus non nocere, neque esse inconueniens, quia ad comparationem maioris* PERFECTIONIS, *aut pulchritudinis, quas ipsemet per se, quando oportuit, addidit, dici debet: sicut quotidie facit pueros imperfectos quantū ad*

augmen-

augmentum quod sequitur, sed tamen perfectos ad numerum partium manuum scilicet & pedum. caeterorumque membrorum. Hæc ille.

Sapientia Dei in creatura Perfectione relucet.

7. Addam, ad illustrandam Dei sapientiam, adeo perfecta esse ea, qualiacumque, quæ Deus condidit, nulla vt humana Angelicaue industria aut potentia nouæ alicuius speciei muscã (verbi gratia) vel flosculum, sed nec ex speciebus creatis excellentiorem, admirabiliorem, magisque in suo genere perfectam possit producere. Merito profecto exclamat Propheta Regius: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapiẽtia fecisti. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis. Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. Delectasti me, Domine, in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.* Admirandæ sane vel in flosculo Dei sapientia: quis artifex assequi poterit? Mirare in adeo exili flore tot varietates, odorem suauissimum, colorem eximium: quot sinus, quot recessus, quot denticuli, quot folliculi ex vna vagina collecti prodeunt! Sapiens nos ad formicam remittit, vt sapientiam discamus: in qua quid magis mirere, an corpusculi partiumque tenuitatem, an animi magnitudinem? De apibus habet Virgilius: *In tenui labor, at tenuis non gloria.* Earum amorem erga fœtus, fortitudinem animorum, industriam scientiamque rei militaris, belli apparatus, artem ædificij erigendi, disciplinã domesticam, teste Plinio, sedulitatem in melle colligendo, aliaque admiranda, quis non suspiciat atq; obstupescat? Quis hominis totã fabricã

Psal 103. Psal. 138. Psal 110. Psal. 91.

Prou. 6.

Vir. lib. 4. Georg.

Lib. 11. c. 1.

depingere, quis partes singulas, compagesque corporis, & singulorum membrorum compositionē describere valeat? In hoc vtiq; microcosmo, si in vlla alia re, Dei incredibilis eminet sapientia. Considerate vel vnicum oculum: quo artificio iudicioque capiti defixus est! & quidem in sinu quodam, velut caua pelui, vniuersus globus reponitur; tegitur vero, ne lædi possit acies palpebra tactu molliore, velut folliculo, quæ contrahi remittique possit cum velis; in cuius crepidine, cartilagine durata, cilia prodeunt, tamquam pilorum valli, arcendis iis quæ intime aperto oculo possent inuolare, & vt somno cōniuentibus, cum eo ad cernendum non egemus, tamquam inuolutus conquiescat. Ad latus hirquus seu angulus à natura eiiciendis excrementis, relictus est, ac limus vertendis torquendisque oculis oportunus. Naturæ præterea summus artifex eos mēbranis tenuissimis vestiuit & sepsit: quas primum perlucidas fecit, vt per eas cerni posset; firmas autem, vt continerentur. Sed lubricos fecit, & mobiles; vt & declinarent si quid noceret, & aspectum, quo vellent, conuerterent: acies que ipsa qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parua est, vt ea, quæ nocere possint, facile vitet. Colores qui pupillam sepiunt, idonei dati ad species recipiendas conseruandasque: nam in primis albumen iridem cingit; iris circulo pupillam ambit; pupilla denique subluſtris, speculi instar, adeo perfecte res obiectas exprimit ac repræsentat, vt eæ in illa vitam habere videantur. Quibus optime

Oculi humani descriptio.

sub-

substernuntur tunicæ quatuor: quarum prima cornea, quæ alba est; altera vuea, quæ vuæ acinum externo liuore repræsentat; tertia vitrea, ab humore vitreo; quarta crystallina. Natura iis conseruandis supercilia velut tegmen quoddam opacum suppeditauit, & ad dignitatem fronti conciliandam intercilium depile medium reliquit. Latent præterea oculi vtiliter, & excelsis vndique partibus sepiuntur: primum enim superiora superciliis obducta sudorem à capite & fronte defluentē repellunt: genę deinde ab inferiore parte tutantur subiectæ, leuiterque eminentes. Nasus ita locatus est, vt quasi murus oculus interiectus esse videatur. *Mirabilia opera tua*, Domine, *& anima mea cognoscit nimis.* Angustiæ capituli huius plura exprimere vetant: longe magis ea, quæ de cæteris corporis partib. dici possent, longius persequi. *Psal. 138.*

8. Eleganter, vt omnia, Cicero describit ex professo quæcumque rei natura (naturæ vero adscribit, quod Deo erat adscribendum, & quidem, ideo quod Deum ignoraret) attribuit; magnam occasionem præbens assurgendi in admirationem operum diuinorum, ac PERFECTIONIS singulorum. Vbi de cœlestibus egit, lapsus ad inferiora, *Principio*, inquit, *eorum quæ gignuntur è terra stirpes stabilitatem dant iis quæ sustinent, & è terra succum trahunt, quo alantur ea quæ radicib. continentur: obducunturque libro aut cortice trunci, quo sint & à frigoribus & à caloribus tutiores. Iam vero vites sic clauiculis adminicula tamquam manibus apprehendunt: atque ita se erigunt, vt animantes?* *Cicero lib. 2. de natura Deorū, circa finem Stirpium descriptio.*

quin etiam à caulibus brassicisque, si propter satisimi, vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere. Animantium vero quanta varietas est! quanta ad eã rem vis, vt in suo quæque genere permaneant! quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ : pluma, alias squamas videmus obductas? alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. & post multa similia: *Milui est quoddam bellum naturale cum coruo: ergo alter alterius vbicumque nactus est, ouа frangit. Illud vero ab Aristotele animaduersum, grues cum loca calidiora petentes maria transmittunt, trianguli formam efficere: eius autem summo angulo aer ab iis aduersus pellitur: deinde sensim ab vtroque latere tamquam remis cursus auium leuatur: basis autem trianguli, quam grues efficiunt, ea tamquam in puppi ventis adiuuatur, hæque in tergo præuolantium colla & capita reponunt: quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescat. In eius locum succedit ex iis quæ acquieuerunt, eaque vicissitudo in omni cursu conseruatur.* Quæ fiuit hic Ethnicus tribus libris Deum, cui hæc posset tribuere: non inuenit: naturæ attribuit, quæ vni, ignoto Deo, eiusque sapientiæ, accepta referre debuisset.

Animãtiũ varietas.

Grues in triangulũ digestæ auolant.

9. Nec refert quod res huiusmodi subsidia atque adminicula requirant, defectusque quãplurimos patiantur, *Perfecta* nihilominus *sunt Dei opera*; nam substantia earum integra est, atque perfecta, totamque speciei essentiam ac naturam participat, quæ potissima PERFECTIO est ; alioquin , ne ipsa quidem Sacramenta, à Chri-

Perfecta Dei opera ratione substantiæ ac speciei.

à Christo Domino instituta, ornamentis suis cæ-
rere possunt, ac solemnitatib. Et sane de Eucha-
ristiæ Mysterio differens Apostolus, *Cætera,* in- 1. Cor. 11.
quit, *cum venero, disponam.* & ipsum Verbum æter
num, in vtero Virginis conceptum, non eam sta
tim altitudinem cõsecutũ est, quam anno post-
modum trigesimo : ac de eo sic Lucas loquitur
JESVS *proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, apud* Luc. 2.
Deum & homines. Concludam hanc veritatem in-
signi testimonio doctissimi atque pientissimi
viri Dionisij Carthusiani. *Vnumquodque* (ait) *in* In Deut.
sua specie, & quantum ad suum substantiale, perfectũ c. 32.
est, quia species rerum consistunt in indiuisibili : quia se
habent vt numeri, in quibus quæcumque vnitatis ad-
ditio siue subtractio variat speciem. Itaque vnum-
quodque habet quod ad suam specificam requiritur ra-
tionem, atque essentialem PERFECTIONEM. *In accidentalibus autem oportet proficere.* Et ha-
ctenus quidẽ de his quæ Deo solo auctore pro-
ducta sunt.

CAP. VII.

Vt omnia imperfecta diuina ordinatione o-riantur: ea ipsa tamen ad augmentum PER-FECTIONEM *que assurgere, hominique profectum in spiritu suadere.*

NOn erit iam difficile probare, nihil ena- *Omnia na-*
sci perfectum, quod è causis secundis e- *sci imper-*
ducitur, omniaque accessione & profectu *fecta.*

indigere. Crescunt enim in terræ visceribus mi-
neralia inclusa venis quibusdam subterraneis,
alunturque terra molliori, seu defæcata quadam
materia, quæ duobus veluti muris compacta,
thesaurum illum abdit & asseruat; crescunt &
stirpes, quæ, à paruo ortæ germine, in immen-
sam altitudinem assurgunt: sed leo nullus vn-
quam annosus euasit, qui prius catulus non fue-
rit: & vrsus, informem fœtum ni lambat, vrsi fi-
guram non videbit. Nullus vir natus est, sed in-
fans in pueritiam migrauit, deinde adoleuit, i
Ierem. 31. iuuentute in virum mutatus est. Et licet olim
Isaiæ 9. *creauerit Dominus nouum super terram, quando fœ-*
mina circumdedit virum, hic tamen *paruulus natus*
est nobis, & filius datus est nobis.

2. Verum ex nullo principio euidentius id de-
monstrari potest, quam ex genesi ortuque re-
rum omnium: in quo Deus primum Adamo,
Gen. 1. & 9 ceterisque animantibus, deinde Noe post dilu-
uium, *Crescite*, ait, *& multiplicamini, & replete ter-*
ram, & subiicite eam: & dominamini piscibus maris,
& volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mo-
uentur super terram.

3. Quæ enim in hoc orbe inferiore à Deo con-
dita sunt, materia constant, cuius natura est, aptâ
esse ad formas diuersas, quas non illico conse-
quitur. Infans vnius diei non loquitur, non am-
bulat, non ratiocinatur, cibum non vsurpat. Ha-
bet quidem remotam ad illas operationes po-
tentiam: deest tamen forma, actualisque facul-
tas. Eadem ratio est de scientia: nam animus ho-
minis quædam tabula rasa est, apta ad diuersas

scien-

scientias recipiendas: iis tamen caret, donec imprimantur & exarentur.

Cur Deus voluerit omnia nasci imperfecta. 1.

2. Voluit Deus omnia nasci imperfecta, vt mortales agnoscerent vnicum esse Deum, in quo sunt omnia, cui nihil deest: se vero fateren-tur indignos, Deo subiectos, nec se Deos opina-rentur. Si enim tot malorum, infirmitatum, ca-lamitatumque segetibus, morti denique obnoxij, se Deos dixere plurimi: si longe plures sese extollunt pauculis naturæ muneribus præditi: quid facerent, si perfecti nascerentur? Tarde quidem, sed iuste Antiochus pronuntiauit; *Iustum est*, hominem *subditum esse Deo.* *2. Macha. 9.*

Deinde diuino consilio imperfecti nascimur, Ethnici aut Pagani, imo & ingrati fideles opinarentur, aut æternum esse mundum, aut certe à seipsis habere omnia: quod eleganter expressit Hugo de S. Victore. *Propterea ceteris rebus prius informis materies facta est, ac deinde formata: vt eo ipso demonstraretur, quod ab illo prius non existentia accepissent essentiam: sine quo modo formam & ordinem non poterant habere confusa. Eodem modo ipsa rationalis creatura quodam suo modo prius informis facta est, postmodum per conuersionem ad Deum creatorem suum formanda. Et idcirco prius foris demonstranda informis materia, postea formata: vt, quanta foret inter esse & pulchrum esse distantia, discerneret. Ac per hoc admonita est, ne contenta esset, eo quod per conditionem esse à creatore acceperat, donec pulchrum esse atque beatum esse adipisceretur, quod per amoris conuersionem à creatore acceptura erat.* Diuus etiam Ambrosius tractans illa verba, *Terra autem erat ina-* *Lib. 1. de Sac p. 1. ca. 2.* *Lib. 1. Hexameron, ca. 7.*

nis & vacua, Quid est, ait, erat, *nisi ne forte in infinitum & sine principio extendant opinionem suam, & dicant : Ecce quia materia, id est, hyle, sicut Philosophi dicunt, etiam secundum Scripturam diuinam non habuit initium? Verum hoc dicentibus respondebis, quia scriptum est, Erat autem Cain operans terram. Desinant ergo quæstionem mouere, cum præmiserit Moyses quia fecit Deus terram. Erat ergo, ex quo facta est. Terra ergo erat inuisibilis & incomposita.* Hæc ille. Merito igitur Deo tribui debet non modo omnis PERFECTIO, sed quidquid in nobis est : quia si inuestigemus auctorem omnium quæ in nobis sunt, enumerando singula, deueniemus ad materiam primam, vltra quam nihil reperies.

3. 3. Voluit deinde Deus omnia oriri imperfecta, vt ipsæ creaturæ creatorem suum agnoscerent, & in necessitatib. suis ad eum recurrerent; quod certe insensibiles faciunt: quid enim súmis caloribus terra arida fissuris suis aliud anniti videtur, quam Deum inuocare pluuiæ parétem ? Plantulæ enimuero atque arbusta crescunt cœlumque petunt ascensu; ramos & brachia expandunt in amplexũ conditoris sui, quasi gratias agere niterentur. Quid de bobus dicam?

Psal. 144. *Oculi omnium* (ait Propheta) *in te sperant, Domine; & tu das escam illorum in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.*

Psal. 146. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Solus homo, qui cuncta quę in oĩb. creaturis sunt participat, ab infimis euectus ad summa, ingratus conditorẽ suũ

non

non agnoscit. Cur ita? *Quia incrassatus est dilectus, & ideo recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deũ factorẽ suum, & recessit à Deo salutari suo.* Quid ergo feciſſet, ſi omnia ſimul, quæ forent ei neceſſaria, proximo ſuo ortu accepiſſet? Vult ergo Deus vt tu ipſum conditorem agnoſcas, ad ſe tamquam ad patrem recurras, eum, beneficijs acceptis, impenſius diligas; ipſe tuo recurſu gaudeat, te complectatur, & vt filium obſequentem, præſentem, & aliquid poſtulautem perpetuo videat, quia *eius deliciæ* ſunt *eſſe cum filijs hominum.* *Deut. 32.* *Prou. 8.*

4. Vult denique hominem creſcere animo & virtute, exemplo deſumpto ex omnibus creaturis: & hoc eſt vnicum eius deſideriũ, hæc vnica creationis hominis redemtioniſque humani generis cauſa; hæc ratio è cœlo Deum ipſum inſtabulum, in omnia pœnarũ genera, in crucem ipſam ignominioſam egit: vbi *ſicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, eoſque portauit in humeris ſuis.* Hoc ergo voluntatis ſuæ beneplacitum poſt diem ſeptimum, rebus omnibus conditis, denuntiauit, dicens: *Creſcite & multiplicamini.* *Deut. 32.* *Profectus ſeu accretio ſpiritualis ac multiplicatio à Deo præcipitur. Gen. 1. Lib. 14. ciuit. Dei, c. 21. 22. Pſal. 137. Hom. 1 in Geneſ. ſub finem.* 4.

Idipſum quoque intelligi voluit de augmento & profectu virtutum, vt nonnulli Patres interpretantur, teſte D. Auguſtino. *Quidam* (ait) *voluunt hæc verba non ſecundum carnalem fœcunditatem intelligi, quia ſecundum animam legitur tale aliquid dictum, Multiplicabis in anima mea virtutem.* Hæc ille. Certe Origenes elegantiſſime ad animam transfert. *videamus* (ait) *quomodo ad imaginẽ*

Dei

Dei homo factus sit masculus & fœmina. Interior homo noster ex spiritu & anima constat. Masculus spiritus dicitur: fœmina autem anima potest nũcupari. Hæc si concordiam inter se habeant, & consensum, conuenientia inter se crescunt & multiplicantur, generantque filios sensus bonos, & intellectum vel cogitationes vtiles. per quæ repleant terram, & dominentur in ea: hoc est, subiectum sibi sensum carnis ad meliora conuertunt, & dominantur eis, scilicet cum in nullo carni contra voluntatem spiritus insolescit. Hæc ille.

Ad profectum spiritualem auxilia promittũtur.

5. Nec mirum si animus crescere debeat, cum omnia corporalia, quæ in eius gratiam condita sunt, crescant & perficiantur. Paratus enim Deus, vt terris pluuiam, animalibus alimenta aliaque subsidia, ita & nobis gratiam suam ad augmentum præbere. Ita enim scribit Apostolus:

2. Cor. 9. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi. Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ: vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.* Quod exemplo demonstrauit idem Apostolus alibi. *Ego* (ait) *plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.* Idem Deus promiserat per Sapientem: *Radix iustorum proficiet.* Nec mirũ: illa enim defixa *secus decursus aquarũ, fructum dabit in tempore suo: foliũ eius non defluet, & omnia, quæcumque faciet, prosperabuntur.*

1. Cor. 3, Prou. 12. Psal. 1.

6. Ad

6. Ad hunc profectum nos hortatur Apostolorum Princeps in fine epistolæ suæ, loco epiphonematis. *Crescite* (ait) *in gratia & in cognitione Domini nostri & Saluatoris* IESV *Christi.* Modũ vero crescendi proponens alibi, *Sicut modò*, ait, *geniti infantes lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem.* insinuans nos in profectu spirituali similes esse debere infantibus, qui lachrymis, eiulatu, voce qua possunt fracta, mammillas exposcunt, summo impetu atque ardore in papillas irruunt. Longe etenim nobilius suauiusque est lac quod è Christi hauritur mamilla, cum ad nos paruulos alendos, tum vt crescamus in salutem ætatemque perfectam. Illud prætermittendum non est, B. Petrum velle nos crescere in gratia & cognitione IESV. Idipsum & D. Paulus inculcat. *Ambuletis* (inquit) *digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei.* Sicut enim in beatitudinis statu visio Dei, eiusque beatificus amor, hominis desiderium complent & satiant: ita etiam sitis acquirendæ gratiæ per bona opera, ac illustrior quædam Dei cognitio, hominem incredibiliter promouent, & quodammodo in statu beato atque perfecto constituunt: qui in hac vita est, semper crescere ac currere, si quo modo apprehendere possit.

Profectus spiritualis suadetur. 2. Pet. 3. 1. Pet. 2. Col. 1.

Mirum autem hic forte alicui videbitur, quod vterque Apostolus scientiam quæ operationis ac dilectionis causa esse solet, easque præcedit, gratiæ & operibus postponat, velitque nos primũ in gratia & multiplicatione bonorũ ope-

operum crescere quam scientia. Ita est sane: etsi enim ex fidei lumine opera virtutum procedãt; scientia tamen experimentalis, lumenque sapientiæ, ex caritatis ardore & operum fulgore oritur, & à Deo, qui liberalitate vinci non vult, in præmium meritorum infunditur.

7. Efficacissimo vero argumento vtitur Apostolus Paulus ad nos impellendos ad hoc studium virtutis, eum nos esse de corpore Christi declarat, & augmento nostro Christi corpus dilatari, ampliari, ac perfici; deformitatem vero magnam videri, si crescant alia membra, verbi gratia digiti quatuor, quintus vero contrahatur; aut brachium alterum extendatur, alterumque curtũ maneat, ac primo natiuitatis die. Sic enim Paulus loquitur: *Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vnius cuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate.* Item in ædificio Ecclesiæ nos lapides desiderari, hiatumque inueniri, quod nondum expoliti simus, locusque expectet nostram expolitionem. *Iam* enim *non estis* (ait) *hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetharum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu: in quo omnis ædificatio contracta crescit in templum sanctum in Domino; in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.* Ex quibus omnib. patet, in primis, vt quis crescat & proficiat, vitiis

Ephes. 4.

Ephes. 2.

Condiciones accretionis.

vitiis omnibus exuatur opus esse, (quod est primum officiū iustitię Christianæ) maxime iis quę Dei amicitiā excludunt. Ne crescat vrtica, sed, vt ait Propheta, *pro vrtica myrtus*; fructus nimirum pretiosus, & boni odoris. Deinde solicite Dei gratiā quærat, conseruet, & augeat. Denique frequenti operum multiplicatione virtutes acquirat & amplificet, quib. & se perficiat, & Christi corpori ædificioque Ecclesiæ splēdori sit & honori. Quid? parumne tibi est, membrum esse corporis Christi, qui Deus est, qui regnat in cœlis glorioſus? parumne, non hospitem esse, sed ciuem sanctorum, & domesticum Dei, supra fundamentū Apostolorum, imo super ipsum lapidem angularem collocari? crescere inhabitaculum Dei in Spiritu sancto? Verum corpus Christi crescere debet. Si membrum vnum non crescat toto corpore crescente, amputari debet, aut deformitatem adferet corpore adeo perfecto. Crescere debet & Dei templum. Si ædificationi te subtrahis, caue; & *tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*

1. *Isaia. 55.* 2. 3. *Apoc. 3.*

CAP. VIII

Profectus spiritualis suadetur exemplo Ioſephi Patriarchæ.

EXemplo nobis erit Ioseph Patriarcha; cuius nomen incrementum, accretionem, seu accessionem significat; cui parens moti-

morituru in hæc verba benedixit: *Filius accrescens Ioseph: filius accrescens, & decorus aspectu.* Carus enim in adolescentia parenti, & ipsi præceteris in deliciis fuit: toga donatus est polymita, singularis beneuolentiæ indice: quæ fratribus magnum inuidiæ odiique fomitem ministrauit. In Ægyptum venditus, vxoris Putipharis salacioris incontinentia in carcerem compactus est. Profuit ipsi depressio hæc, & ad statum sublimiorem prouexit. Expositio namque Pharaonis somnio, pater patriæ, regni œconomus, & seruator mundi, præconio publico appellatus est. *Filius* ergo *accrescens Ioseph.* Creuit quoque in filiis suis Ephraim & Manasse, qui inter filios Iacob, seu duodecim Patriarchas, annumerati sunt sicut Simeon & Ruben. His ergo & *conditionis profectus spiritualis, & modus proficiendi, & consummatio seu apex ac gloria accretionis colliguntur atque exprimuntur.*

Gen. 39. *Gen. 41.* *Gen. 48.* *Tria accretionis capita.*

Caput. 1. Conditiones tres. *1. Conditio. Vita spiritualis, eaque constans.*

9. Conditiones porro profectus tres sunt: quarum prima est, vt, qui crescere ac proficere vult, carus sit parenti, & si fieri potest, vulgaribus longe superior: id est, præter gratiam, quæ Deo hominem amabilem reddit, desiderium habeat incensum Deo placendi, ac proficiendi. Vt enim nemo crescere augerique possit destitutus vita: sic qui in peccato est, spiritu vitaque cœlesti destitutus, vitales actiones exercere, ali, augeri, ac proficere nullo modo potest: sed nec is, qui adeo languidus, vt labi se identidem in mortem animæ patiatur. Is non fallatur: nemo proficere, nemo crescere potest, qui constans non steterit.

Iustus

Iustus enim *vt palma florebit*, sed *plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei nostri*. Hinc versio Hebraica ita sonat, *Filius Frugifer Ioseph filius frugifer iuxta fontem*: quasi velit parens eum crescere ac proficere ad similitudinem fontis, aut instar arboris iuxta fontem aquarum plantatæ. Debet igitur esse arbor, & viua quidem: alioquin etiam iuxta decursum aquarum immensum putresceret. Plantata sit necesse est, ac fixa: alioquin alimentum non suget, sed arescet, fietque idonea flammæ materia. *Quid existis*, ait Christus, *in desertum videre? arundinem vento agitatam?* an vero robur altissime defossum? etsi enim non obsit ramis agitari, radix tamen concuti non debet, sed d fig, vt ne moueri quidem possit. Constantiam h c ind cat in eo qui crescere vult. Verum quid si humorem non habeat, etiam plantata, fixa, alte lateque in terram protensa? vbertim non crescet, non profusè, non fructuose: quia sine gratiæ Dei præsentia, ac cœlesti rore, accedente tentatione, rami radixque morientur: sed si fons limpidus ac copiosus transcurrat, & subinde idem fontis riuus accrescat, infletur, augeaturque, vires radici accedent maiores, succus per corpus & brachia arboris diffundetur, vnde fructus vberrimus oborietur. Ita D. Paulus, qui aruerat huius aquæ defectu. *Gratia Dei (ait) sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem sed gratia Dei mecum.*

Psal. 91.

Matth. 11

1. *Cor.* 15.

10. Altera cõditio desumitur ex tota polymita, diuersiq; coloris. Qui enim crescere vult, ne-

2. *Conditio Virtutum*

Omniū radices seu habitus.

cesse est habeat omnes virtutes Theologicas Cardinales, Morales animæ inhærentes, designatas per illam coloris varietatem: quæ varietas adeo connexa est gratiæ habituali, vt hæc ne illa numquam infundatur, sicut indicat Regius Propheta. *Astitit* (inquit) *Regina à dextris in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Vestitus iste est vestis nuptialis caritatis, qua induimur baptismo. *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Certe per Ioseph Christus designatus est, qui, si quis alius, filius accrescens & frugifer fuit, habuitque togam hanc polymitam ab initio conceptionis suæ; quam & in baptismo nobis communicat, cum, exuentes primum hominem cum actibus suis, Christum induimus cum omnium virtutum elegantissima varietate. Dico hanc virtutum complexionem præsupponi: nam omnis industria ac studium profectus desudat in augendis virtutum habitibus: qui sane augeri non possunt, nisi existant, & à studioso virtutis possideantur.

Psal. 44.

Gal. 3.

3. Conditio Proficienti multa toleranda.

11. Verum hæc inuidiæ & odij sæculi huius sumatoribus non exiguum fomitem submini-strant. Acris enim reprehensio vitiorum est vita immaculata: in ea, vt in fonte limpido, facies maculosas praui intuentur: quarum etsi maculas probent & diligant, eas tamen ferre non possunt, nec videre, & ab aliis videri nullo modo volunt: ideo virtutis odere studiosos, ac persequuntur: &, cum possunt, eos in exilium mittunt. Hoc Christus sapienter, vt omnia, expressit. *Trademini* (ait) *à parentib., & fratribus, & cognatis & ami-*

Luc. 21.

& amicis, & morte afficient ex vobis. & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Cuius alibi reddit rationem: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Ioan. 15.

NON reputet ergo, quicumque ad PERFECTIONEM aspirat, se præter virtutis suauitatem ac delicias aduersi nihil inuenturum. Aliter res se habet. *Omnes qui pie volunt viuere in Christo* IESV, *persecutionem patientur. Non est seruus maior Domino suo.* 2. Tim. 3. Ioan. 15. Si vero sponte non occurrant aduersa, omnino quærendæ sunt occasiones subiiciendæ carnis, & Putipharis salacem vxorem domandi fugandique, etsi in carceres religiosos compingi, aut pœnas graues quisque sibi infligere debeat: *non* enim *inuenitur sapientia in terra suauiter viuentium.* Iob 28.

Caput 2. Proficiendi modus variis metaphoris ac similib. expressus.

12. Modus vero proficiendi exprimitur pulcherrimis hisce metaphoris, fontis intumescentis, arboris iuxta riuum plantatæ, eiusdemque frugiferæ: *filius* enim *frugifer Ioseph, filius frugifer.* Vult enim Deus frugiferas arbores, non infructuosas: non homines quibus satis est corpus alere, & instar ligni ampliari ac dilatari: sed qui in sese crescant, & seipsis in dies maiores euadant, atque veluti alter Ioseph crescant in mille millia, Christo filios parientes, in se bonorum operum, & in aliis veros Dei cultores, qui Christum patrem cognoscant, colant, eumque obseruent. Reprobantur enim infrugiferia D. Iudæ 1. *His* (ait) *inepulis suis maculæ, conuiuantes sine timo-* Epist. Iudæ.

timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, sidera errantia.

2 Quod ad fontis incrementum attinet, et in potestate nostra est fontis illius seu gratiæ venas augere. Certe Diuus Iob se hoc fecisse testatur. *Iob. 31.* *Ab infantia* (inquit) *mea creuit mecum misericordia, & de vtero matris meæ egressa est mecum.* Quomodo creuit? Hac ratione, multa nempe opera misericordiæ exercendo. *Ibidem.* *Si negaui* (inquit) *quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci: si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.* Docet enim D. Thomas *D. T hom. 2. 2. q. 114. art. 8.* quod, quotiescumque onus aliquod meritorium iustus operatur, augeatur gratia habitualis & simul habitus illius virtutis, quam exercemus: quod Sapiens diserte significat, dicens: *Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectum diem.* *Prou. 4.* ducta metaphora à sole oriente & procedente, qui quo magis ad meridiem accedit, eo maiorem mundo adfert splendorem: sic & iustorum virtus, procedens operum iustitiæ multiplicatione, vsu, atque exercitio, & gratiam reddit auctiorem, & habitum intensiorem; vnde lumen quoddam animi & agendi facilitas amplior acquiritur.

3. Alia crescēdi ratio ab arboris, quā riuus alluit augmento, atq; progressu, ascensuq; desumitur. Cum enim plantula è germine prodit, exigua est, atq; humillima; accretione fit altior, & in arboris celsitudinem assurgit: diciturque creuisse,

quan

quando summitas seu vertex remotior fit à terra, cœloque propinquior. Sic & puer grandior factus dicitur, cum à terra recessit, & vertice cœlis vicinior est. Ita etiam hominem profecisse tum demum arbitrare, si à terrenis affectibus cupiditatibusque abscesserit, eas oderit, graue illi fuerit gustare, tangere, delectari, ne dicam repenti ventre serpere, in iis volutari & acquiescere: animo vero sit cœlo vicinior, & dicat cum Apostolo: *Nostra conuersatio in cœlis est. Quæ retro sunt obliuiscens, ad priora meipsum extendo: quæ sursum sunt quæro, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapio, non quæ super terram.* *Phil. 3. Ibidem. Colos. 3.*

Caput 3. Gradus accretionis seu profectus eximius in iis qui præsunt de quo cap. seq.

13. Ioseph fuisse accrescentem, dum in oculis suis paruus nullam habebat superbiendi occasionem, non admodum magnum videri: sed omni tempore nominis sui significationi respõdisse, summum reputari debet. Creuit dignitate, hominum opinione, honore, & gloria, prolisque propagatione: creuit & sapientia & virtute, qua & Ægyptum sapientissime rexit, & patri sanctissimo admirationi fuit. Testatur id benedictio quam ei & filiis impertiuit. Ex quo discimus, eos demum ad dignitatum honorumque apices euehendos, qui impense PERFECTIONIS studio & crescendi in virtute desiderio singulari tenentur. Cum enim alios regere atque incendere debeant: id numquam facient, si languidi frigidique sese ipsi nequeant accendere ac promouere. Quomodo enim à vitiis auocare subditos poterũt, quibus ipsi illigãtur? quomodo ad virtutẽ incitare, quam nec

Proficientes demum idoneos esse ad gubernandum.

habent ipsi, nec habere conantur? quomodo ad ardua capessenda inflammare, si flamma careā? si igne? si calore? imo si intus gelidi sint? si nihil exterius, præter zeli simulacrum, affectatæque sanctitatis similitudinem appareat? Illis Iacob non benedixit, vt filio Ioseph, sed maledictionem impertiuit, dicens: *Ruben primogenitus meus, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* Fœdauerat Ruben cubile patris: ij fœdant Dei cubile, qui animum, vbi Deus requiescit, vitiis inquinant: exterius ornamenta virtutis ostentant, interius excludunt. Ascendunt vitiorum cubilia, à virtutum vero culmine ruunt præcipites.

Cap. IX.

Idem profectus & accretio suadetur testimoniis sanctorum Patrum.

Eum qui non proficit deficere. Past. parte 3. c. 35.

14. ILlud namque cum sanctis Patribus statuendum videtur, *Eum qui non proficit, deficere: & qui non graditur, retrocedere.* Quod sapienter suo calculo confirmat D. Gregorius. *Admonendi sunt* (ait) *qui inchoata bona minime consummant, vt cauta circumspectione considerēt, quia, dum proposita non perficiunt, etiam quæ fuerant cœpta conuellunt. Si enim quod videtur gerendum, solicita intentione non crescit, etiam quod fuerat bene gestum decrescit.* Addit appositam similitudinem. *In hoc quippe mundo humana anima, quasi more nauis contra ictum fluminis*

fluminis condescendentis, vno in loco nequaquam sta-re permittitur; quia ad ima relabitur, nisi ad sūma co-nerur. Origenes vero in illa verba, *Crescite & mul-tiplicamini*, longe grauius eos, qui non proficiūt, inculat. *Iam vero* (ait) *si anima coniūcta spiritui, atq; eius* (*vt ita dicam*) *coniugio copulata, declinet aliquā-do ad corporeas voluptates, sensumq; suū in delectatio-nibus carnis inclinet, & aliquando vero videatur obtemperare salutaribus monitis spiritus, aliquando vitijs carnalibus cedat, talis anima, velut adulterio corporis maculata, neque crescere neque multiplicari legitime dicitur; quoniam filios quidem adulterorum imperfectos scriptura designat. Talis enim anima, quæ spiritus coniunctione discreta, sensui se carnis & desideriis corporalibus totam prosternit, velut auersa à Deo imprudenter audiet: Quia facies meretricis fa-cta est tibi sine pudore affecta es ad omnes.* Vis argu-menti Origenis est, eos proficere non posse, qui perpetua inconstantia agitantur; nunc spiritua-les, nunc animales; nunc calidi, nunc frigidi; & à spiritu incipientes, in carnem degenerant; de quibus ita Deus queritur: *Vtinam frigidus esses aut calidus! sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* Verum D. Bernardum audiamus ma-gistra doctum experientia differentem. *Quod si* (ait) *studere* PERFECTIONI *est esse perfectum; pro-fecto, nolle proficere deficere est. Vbi ergo sunt qui dicere solent, Sufficit nobis, quia nolumus esse perfectiores quam patres nostri? O Monache non vis proficere? Non. Vis ergo deficere? Nequaquam. Quid ergo? Sic mihi* (inquis) *viuere volo, & manere in quo perueni: nec peior fieri patior, nec melior. Hoc*

Hom. 1. in Genesin.

Apoc. 3.

Epist. 253. ad Abbatē Guarinum Alpensem.

Ergo vis, quod esse non potest: quid enim stat in hoc sæculo? & recte de homine specialiter dictum est, Iob. 14. *Fugit velut vmbra.* Et paulo post: *Quid prodest Christum sequi, si non contingat consequi? Ideo Paulus aiebat: Sic currite, vt comprehendatis. Ibi tu, Christiane, siste tui cursus profectusque metam, vbi Christus posuit suam. Factus est obediēs vsque ad mortem.* Phil 2. *Quantumlibet ergo cucurreris, si vsque ad mortem non perueneris, brauium non apprehendis. Brauium Christus est. Quod si illo currente tu gradum sistis, non Christo appropias, sed magis elongas; timendumque est tibi quod ait Dauid:* Psal. 73. *Ecce, qui elongant se à te, Domine, peribunt. Itaque si proficere, currere est: vbi proficere, ibi currere desinis; vbi vero non curras, ibi & deficere incipis. Hinc plane colligitur, quia nolle proficere, non nisi deficere est. Vidit scalam Iacob, & in scala Angelos vbi nullus residens, nullus subsistens, apparuit, sed vel ascendere vel descendere videbantur vniuersi: quatenus palam daretur intelligi, inter profectum & defectum, in hoc statu mortalis vitæ, nihil mediū inueniri; sed quomodo ipsum corpus nostrū continuo crescere constat, aut decrescere, sic necesse est spiritu aut proficere semper, aut deficere.* Eadē pœne repetit de scala, scribens ad Abbates Epist. 91. Suessione congregatos, & addit: *Non habemus hîc manentem ciuitatem, nec futuram possidemus, sed inquirimus. Aut ascendas necesse est, aut descendas: si attentas stare, ruas necesse est. Minime, pro certo, est bonus, qui melior esse non vult; & vbi incipis nolle fieri melior, ibi tum desinis esse bonus.* Hæc Diuus Bernardus.

15. Redeamus ergo ad præceptum illud gene-

generale, quod viuentibus omnibus initio mũdi denunciatũ est: *Crescite & multiplicamini.* Crescite in vobis, multiplicamini in semine: vos ipsos primum promouete, virtutum deinde vestrarum semina in aliis multiplicate. Et quidẽ de profectu nostro in primis cogitandum nobis est, vbi cuncta Dei mandato augeri aduertimus. Frumenti namque semen terræ mandatur, mortuum deinde in culmun assurgit; nec quiescit, donec spicam semenque profuderit. Ad quod imitandum Gregorius nos hortatur, dicens, quod cum bona desideria concipimus, semen in terram mittimus; cum vero operari recte incipimus, herba fumus; cum autẽ ad profectum boni operis crescimus, ad spicam peruenimus; cumque in eiusdem operationis PERFECTIONE solidamur, iam plenum frumentum in spica proferimus. Dicit eodem loco, virtutum gradus gradibus portæ Orientalis adũbrari. *Quid gradus sunt huius portæ,* (ait) *nisi merita virtutum? Nemo enim repente fit summus, sed in bona conuersatione à minimis quisque inchoat, vt ad maiora perueniat.* Denique Bernardus: *Numquam iustus existimat se comprehendisse; numquam dicit, Satis est; sed semper esurit sititque iustitiam: ita vt, si semper viueret, semper, quantum in se esset, iustior esse contenderes, semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Non enim ad annum, aut ad tempus, instar mercenarii, sed in æternum diuino se mancipat famulatui.* Hæc Diuus Bernardus.

Gen. 1. Accretio & multiplicatio duplex. 1. Inse.

Greg. li. 2. in Ezech. hom. 15.

Epist. dicta ad Guarinum.

16. Vehementer incitari deberemus ad profectum ex hoc capite: quod sicut agricolæ nihil

gratius est, quam laborum suorum messem fructumq; percipere; ita nihil gratius Deo præstari potest, q̃ vt immensis eius laboribus, quos in promerēda nobis gratia, sustinuit, cooperamur, eiusque studia in nobis promoueamus. *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio nostra.* Quin etiam sanctificationem nostram cibum suum, quo reficitur, esse reputat. *Meus cibus est,* (inquit) *vt faciã voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius.* Quod Bernardus, tractans hæc verba, *Qui pascitur inter lilia*, eleganter prosequitur. *At pascens* (ait) *ita puto nihilominus pascitur & ipse, & quidem escis quibus libenter reficitur, profectibus nostris. Cibus eius pœnitentia mea, & cibus eius salus mea, cibus eius ego ipse. An non cinerem tamquam panem manducat?*

1. Thessal. 4.

Ioan. 4.

Serm. 71. in Cant.

Psal. 101.

17. Vult Dominus nos crescere, sed non tantum; vult etiam & multiplicari. Non enim est satis, nos esse Christianos, fidem in nobis esse, spem, si velis, & caritatem; vult, inquam, in omni virtutum genere augeri ac multiplicari. Quomodo augeri? *Beatus vir* (ait Propheta) *cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus deorum in Sion.* Quomodo multiplicari? D. Augustinus non minus copiose quam pie explicat hanc multiplicationem, exponens hæc verba Psalmistæ: *In quacunque die inuocauero te, exaudi me, multiplicabis in anima mea virtutem*: vel (vt ipse legit) *cito exaudi me; multiplicabis me in anima mea virtute.* Sic ergo ait: Mul-

Multiplicatio duplex. 1. In se.

Psal. 83.

In Psal. 137

Multipli

Multis modis multiplicatio intelligi potest. Est multiplicatio terrenæ generationis, secundũ primã generationis naturæ benedictionem, q̃. audiuimus: Creſcite & multiplicamini, & implete terram, & dominamini ei. Sic ne ille volebat multiplicari, qui dicebat, Cito exaudi me? & iſta multiplicatio fructuoſa eſt, & non venit niſi benedictione Domini. Iam quid dicam de aliis multiplicationibus? Multiplicatus eſt ille auro, ille argento, ille pecoribus, ille familia, ille poſſeſſionibus, ille his omnibus: cum ergo ſint multæ multiplicationes, quã multiplicationem quærit, qui dicit, Cito exaudi me? ait enim, Multiplicabis me. Expectamus audire in quibus. Audi ergo: In anima mea. Non in carne mea, ſed in anima mea. Eſtne adhuc quod addatur, ne forte & multiplicatio in anima non continuo felicitatem ſignificet? Etenim curis & furijs homines in anima multiplicantur: multiplicatus videtur in anima, in quo etiam multiplicata ſunt vitia. Ille tantummodo auarus eſt, ille tantummodo ſuperbus, ille tantummodo luxurioſus; iſte & auarus, & ſuperbus, & luxurioſus: multiplicatus eſt in anima ſua, ſed malo ſuo. Multiplicatio iſta egeſtatis eſt, non vbertatis. Ergo quid tu, qui dixiſti, Cito exaudi me, & te abſtuliſti ab omni corpore, & omni terrenare, vt diceres Deo, Multiplicabis in anima mea? adhuc explana quid deſideres. Multiplicabis me (inquit) in anima mea virtute. Expreſſum votum, expreſſum deſiderium. Si diceret, Multiplicabis me; terrena neſcio quæ cogitares: addidit, In anima mea. Rurſus, ne in anima vitia cogitares, addidit, Virtute. Hęc Auguſtinus.

catio varia.

1. *Corporea.*

2. *Temporalis.*

3. *Vitioſa ſeu terrena.*

18. Dixit poſtremo Deus hominibus: *Replete terram, & ſubiicite eã, & dominamini piſcibus maris,* *Gen. 1.*

& va-

& volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Subiiciendam in primis mandat terram corporis nostri, rationis imperio. Significant deinde animantium genera diuersa & ferocia passiones efferas & vitia indomita in nobis, quib. homines dominari præcipit; quod diserte Chrysostom. explicat. *Quemadmodū* (inquit) *in terra hac spatiosa & lata animantiū alia māsuetiora, alia ferociora: ita in latitudine animæ nostræ cogitationes aliæ sunt magis pecuinæ & irrationales, aliæ ferociores & agrestiores: domandæ igitur illæ sunt, & rationis imperio magistrandæ. Et quomodo quis cogitationem ferociorem compescet? Quid dicis homo? leonibus imperamus, & eorum animos mansuetos reddimus: & dubitas num mētis ferociam in mansuetudinem mutare possis? Quamuis natura bestiæ feroces sint, & præter naturam mansuetæ: contra tu præter naturam ferox, natura autem mitis. Et quibe stiis id quod natura eis inest auferre, & quod eorum naturæ aduersum inferre potes, id quod natura tibi præstitit conseruare non potes? Iam, quod his admirabilius est, leonum naturæ & alia difficultas inest. Rationis participes non sunt, & nihilominus sæpe videmus eos duci mansuetos per forum, multique ex officinis nummos vt mercedem artis & industriæ mansuetario numerant. Animæ vero tuæ ratio concessa est, & Dei timor, & alia vndequaque adminicula. Ne igitur prætextus & causationes adfer: potes enim, si vis mansuetus esse, & placidus, & æquus:* & cæteris virtutum generibus pollere, vt deinceps docet Chrysostomus.

Homilia in Genes. ibidem.

1. Gen. 1.2

19 Refert Isidorus dominium istud ad ordi-

nem

nem hieratchicum, quo alij aliis subiiciuntur. Et sane in republica Christiana diuersi generis homines sunt: quidam vt pisces maris peccata sua deflent, & pœnitentiam agunt: quidam instar pecorum & iumentorum colla perpetuo in terram demittunt, corpori alendo quærendisque diuitiis occupatissimi. Hi cornua habent, & nonnumquam in suos familiares sæuiunt, & indomitis passionibus indulgent: arma denique comparant, quibus aliis interitum adferant. Sunt & volucres cœli homines spirituales, qui ab huius corporis colluuie segregati, altius auolant, res omnes caducas sub se intuentur, & in cœlum, cœlorumque æternitatem, quam animo præcipiunt, infatigabiliter aspirant. Vult ergo Dominus hominem huiusmodi præesse, dominari, regere imperio, solari mœstos, excitare tardiores, pecorumque more viuentes. Vult enim & hos à terrenis fæcibus auocari, erigi, ac diuinis legibus conformari, auctore Psalmista: *Homines & iumenta saluabis, Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.* Sed & aues cœli tegi debent, præsertim pulli clamantes, *Sub vmbra alarum tuarum protege nos,* ne à miluo rapiamur: addit enim Propheta, *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt.*

Accretiò & multiplicatio secunda erga alios.

Psal. 35.

Psal. 16.

Psal. 35.

20. Illud tamen exploratum est, eum qui hisce præesse volet, & multiplicare semen, crescere & ipsum omnium primum oportere: nam prima benedictio cadit in parentem. *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron,*

Proficere oportere, qui aliis præsunt.

Psal. 132.

Aaron, & in oram vestimenti eius. Qui enim alios regunt, Deo debẽt esse ceteris cariores ac familiariores: vt facile ab eo obtineant, quod suis volunt impertiri. Ij vero sunt studiosi PERFECTIONIS, qui ea quæ retro sunt obliuiscentes, ad anteriora se conuertunt, & insigniter proficiunt. Iidem quoque aliis magno sunt incitamento: cumque maxima sit vis exemplorum: sola insitæ virtutis opinione plus persuadent, quam alij lõgo verborum circuitu. Irati deinde numinis plagas eorum qui præsunt est à subditis auertere, Deique conciliare beneuolentiam. Quod ceteris efficacius faciunt, qui PERFECTIONI dant operam, vtpote Deo gratiores. Denique, quidquid sit de aliis, cum prima salutis suæ cura ac ratio habenda sit. *Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* verum *quis est hic? & laudabimus eum. Quæsiui,* ait Ezechiel. *de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ut dissiparem eam: & non inueni: & effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos.*

Phil. 3. *Matth. 16.* *Eccl. 31.* *Ezech. 22.*

21. Certe de Isaac scripsit Moyses quod *benedixit ei Dominus, & locupletatus est: & ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est: habuit quoque possessiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum.* Egregia hæc figura est, adumbrans ordinem quem in Ecclesia Deus seruari voluit: vt qui ad regendas oues & armenta assumuntur, ad regendam nimirum CHRISTI familiam amplissimam, hi primum omnium benedi-

Gen. 26.

nedicti sint à Deo, gratiaque eius excellenti donati, atque Deo sint quam amantissimi. Tum eant proficientes & succrescentes de virtute in virtutem: efficiantur in gratiæ amplitudine & virtutum gloria magni vehementer: & censebuntur idonei qui ouium & armentorum habeant & familiæ plurimum. Nihilominus, quãtumcumque profecerint, adhuc hic sistere non debent, necesse est cum Paulo dicant: *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à* CHRISTO JESV. *Ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis Dei. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte, cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* O vita beata, quæ ea alacritate currit ad pugnam, à pugna ad victoriam, vt pugnam denique ac victoriam cum æterno triumpho commutet! *Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus, inuenerit ita facientes: amen dico vobis, quod* suprema illa Maiestas *præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si in secunda & in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit,* iterum *beati sunt serui illi, quoniam super omnia bona sua constituet eos.*

Phil. 3.

2. Cor. 9.

Luc. 12.

Matt. 24.

CAP.

CAP. X.

Plurimum adiumento esse acquirendæ PERFECTIONI, *Temperamenti & Complexionis bonitatem.*

Difficultas seruiendi Deo ex parte mortalis corporis.

INter afflictiones, quæ vrgent & premunt anhelantes ad Dei conspectum & complexum, ea non est minima, quod nec animus per se Deo obsequi pro voto valeat, nec corporis status atque condicio animi votis respondeat: cogaturque pius animus, mixto lacrymis gemitu, sæpe suspiria imo corde promere, ac dicere: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* *quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Hæc suspiria & animorum & corporum lamentantium graphice expressit D. Paulus sub nomine creaturæ gementis, & ad supremam suam PERFECTIONEM aspirantis. *Exspectatio*, inquit, *creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat*; quæ reuelatio manifestabitur in die resurrectionis vniuersalis. Quare expectãdo exspectat? Quia *vanitati creatura subiecta est non volens*: & tamen patitur se esse subiectam, *propter eum qui subiecit eam in spe*: & merito sperat, *quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertate gloriæ filiorum Dei, Scimus enim q̃ omnis crea-*

Psal. 119.
Psal. 41.
Sap. 9.
Rom. 8.

creatura ingemiſcit & parturit vſque adhuc. Non ſolum autem illa, & homines vulgares; imo & Chriſtiani quidem, *ſed & nos ipſi primitias Spiritus habentes; & ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri.* Multa ergo impedimenta à corporis mortalis condicione naſcũtur, quibus animi acies ac feruor retunditur, ne ad ſuperiora tranſuolet & pro deſiderio ſtudium PERFECTIONIS arripiat atque exerceat.

Temperamentum & Complexionem à Deo conuenientem nanciſci, ſingulare beneficium eſſe.

2. Quapropter, etſi ſolius gratiæ ſit, meritorias operationes, aut etiam quæ nos ad iuſtitiam & ſalutem deducunt, moliri; necipſa natura vim vllam ad ea præſtanda in ſe habeat, vti late ſuperius oſtendimus; *inter ſingularia tamen Dei beneficia id quoque referri debet, ſi cui naturam ad virtutem idoneam ſi Temperamentum conueniens, ſi complexionem temperatam, ſi paſſiones moderatas in ipſius formatione tribuat.* Fit enim plerumque, vt in ijs edomandis vires omnes tota vita inſumi debeãt: quæ ſi in virtutum acquiſitione, paſſionibus iam compoſitis atque ordinatis, conferrentur, breui ad apicem magnæ PERFECTIONIS poſſet peruenirì. Vt enim, qui in ſilua ædificare, vult, debet in primis excelſas arbores euertere, aquas vel temerarias, vel ſtagnantes, aut etiam fontes errantes diuertere, impedimenta amoliri, fundum ſtabilem quærere; quod magnæ impenſæ atque operæ eſt, ſitque ſubinde vt ſtructura ſtans fulciri debeat, nouaque ſemper indigeat reparatione, quod fundamentum minime ſano loco ac conſtanti pro ædificij dignita-

1. *Similitudo accõmoda.*

te iactũ sit: ita plane nobis accidit, si quando C
plexionem incommodam, Temperamentu
sanitati aduersum, passiones incompositas h
beamus: quas vel domare toto vitæ decursu o
porteat, vel certe omni tempore cum rebelli n
tura luctari, & quidem ea non raro victrice, &
nullo aut paruo in virtutis decursu incrementi
ac progressu.

2. *Figura.* *2. Esdra 4.* Longo tempore durauit restauratio muroꝝ ciuitatis Ierusalem post captiuitatem: quia dum Iudæi ædificarent, continuum eis negotium erat cum aduersariis, qui impedire omni ratione nitebãtur: vnde manu altera trulla opus pro mouebant, altera vibrabant gladium. Molestum id quidem, & diuturni temporis opus: nec omnibus tanta constantia est, mensque fatigata importunis aut precibus aut obstaculis languescit aut frangitur. Idem nobis euenit, ruinas ædificij nostri spiritualis restaurantibus: si obstent morbi continui, aduersa valetudo, propensio ingens in alteram partem trahentis naturę, vis propellentium passionum, idque annis quinque, decem, viginti, quinquaginta: quis animus adeo adamantinus, qui vel sustineat impetus, vel etiam in aduersum nitatur, omnesq; illas difficultates perrumpat?

3. Quapropter inter eximia ea dona, quæ De mortalibus largitur, illud reputari haberique in primis debet, in ortu suo nanciscI Temperamentum consentiens: Complexionem item temperatam, vnde passionum moderatio exur-

Deum sin- git à Deo accepisse. Et vero *subinde Deum re-*

rum

rum omnium architectum, singulari prouidentia concurrere ad naturæ ad virtutem idoneæ ac temperatæ fabricam, præsertim si quando quempiam ad singularis sanctitatis fastigium aut officij præclari dignitatem destinare voluerit, mihi omnino persuadeo.

gulari prouidentia subinde ad formationem corporis concurrere.

Adamum primum parentem, eiusq; sociam Euam, optime temperatos, ac principum humorum coalitione atque harmonia compositos, nemo in dubium vocabit, qui meminerit eos manu supremi artificis esse compactos; illum quidem ex luto hanc vero summo miraculo ac mysterio è costa sui coniugis eductam: illũ tamquam protoplastum, seu primum omnium qui futuri erant, hominum genitorem, quique in eos naturam, quam acceperat, transfunderet: hanc vero, quæ & mater viuentium appellari, & vero debebat esse. Et sane primus homo, mortalis vitæ parens, secundum hominem, qui cœlestem quandam animis vitam cœlitus inuexit, reptæsentabat. Huic autem secundo parenti vitæ transfundendæ in filios, PERFECTIONES omnes absque dubio inerant excellentissime. Erant ergo in Adamo PERFECTIONES omnes, quæ in natura perfecta ad huiusmodi officij dignitatem sustinendam desiderari poterant. Hanc veritatem suo calculo prima veritas comprobauit. *Vidit Deus*, ait Moyses, *cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.*

1. *Adami & Euæ.*

Gen. 1.

2. *Abrahami.*

Eadem gratia ac priuilegiũ Abrahamo negari non debuit; quem Deus ad eam dignitatem prouexit, vt figura esset Saluatoris, pater fidei,

parens multarum gentium, caput nominatissimum gentis Iudaicæ.

3. *Isaac, Iacob, Moysis*

Quid ni idem dixerimus de Isaac, Iacob, & Moyse? & sane si de officij dignitate quæstio sit, cessabit omnis difficultas; si de sanctitate, multo magis. Quid, quod in duobus filijs Isaac, nempe Iacob & Esau, quos mater vno partu fudit, totius orbis nationem in fideles & infideles, Iudæos & Gentiles, partitio; bonorum complexio ac benedictio, malorum reprobatio ac maledictio designatur? Quid, quod Moyses, Deo familiarissimus. loqueretur *facie ad faciem*, tanquam amicus ad amicum; vir mansuetissimus ac in omnes beneuolentissimus? Et sane si horum omnium mores ex sacris litteris explorare voluerimus, summe compositos & ad virtutem natos reperiemus.

Num. 12.

4. *Iob.*

Iob 1. & 2.

4. De moribus Iobi Prophetæ Deus summi tulit testimonium. *Numquid* (ait) *considerasti seruum Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam?* Verum etsi hæc commendatio ante omnes eius dolores, afflictiones, summasque calamitates pronuncia-ta sit; tempore nihilominus toto suæ calamitatis *non peccauit Iob labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est.* Amicis eius, qui ei multa improperauerant, pœnam Deus irrogauit, cum acri stultitiæ exprobratione. *Quoniam non estis* (ait) *locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob.* Illud etiam prouidentiæ specialis in formatione naturæ Iob argumento esse potest, quod

Iob. 1.

Iob. 42.

de se

de se Domino dixit : *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repente præcipitas me?* Non esset quid profecto mirandum, si communi naturæ opera formatus in vtero, post ætatis annos plurimos (nam proles multas susceperat) precipitaretur in tot calamitates: nec dicere deberet, *& sic repente præcipitas me?* Quid dicis, *repente?* Moriuntur aliqui in vtero matris: alij non citius fusi quam mortui: denique illi diu vixisse putantur, qui annum quadragesimum attingere potuerunt. At ad ea perficienda, quibus formatus Dei manu ac deputatus fuerat, parum temporis fluxisse videbatur: ideoque dicit, *& sic repente præcipitas me?* Aſt alibi longe clarius. *Numquid non in vtero fecit me? qui & illum operatus est: & formauit me in vulua vnus.* Denique *Memento quæso quod sicut lutum feceris me.* Et hoc quidem de primo hominum ortu. De singulari vero sua plasmatione subiungit. *Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me? ossibus & neruis compegisti me!* Sola animæ creatio, infusio, ac vita naturalis, quæ ex vnione animæ & corporis resultat: supernaturalis denique, eiusdemque conseruatio exprimenda erant. Ideo addidit. *Vitam & misericordiam tribuisti mihi: & visitatio tua custodiuit spiritum meum.* *Iob.* 31. *Iob* 10.

De Dauide vix relinquitur etiam dubitandi locus: is enim fuit vir secundum cor Dei, caput regni stabiliendi: cuius mores ij fuerunt, vt nihil mansuetius, benignius, patientiæ laude illustrius inueniri potuerit. Sed & illud non con- *5. Dauidis.* *Psal.70.*

Psal.70. temnendum, quod cecinit: *Spes mea à iuuentu*
mea, in te confirmatus sum ex vtero: de ventre matr
meæ tu es protector meus. & alibi: *Possedisti me fusc*
pisti me de vtero matris meæ. denique: *Quoniam tu*
Psal. 138. *qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus ma*
Psal. 21. *tris meæ: in te proiectus sum ex vtero: de ventre ma*
tris meæ Deus meus es tu Cœpit enim Deus tun
temporis peculiarem in eum prouidentiam ex
ercere, quoniam ipsi Complexionem ac Tem
peramentum conflauit, quod virtuti capessen
dę, in eo officio ac dignitate ad quam deputabe
tur, opportunissimum esset. Denique non tan
tum id verum esse de se ipse affirmauit, sed & de
alijs. *Scitote* (inquit] *quoniam Dominus ipse e*
Psal.99. *Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.* & alibi: *Finxit s*
Psal. 32. *gillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eo*
rum.

6. Salomonis. Salomonis Cõplexio ac naturalis ingenij vis,
animi magnitudo, cor instar, marini litoris am
plissimum, ingens rerum naturalium scientia,
aliquid in natura præter consuetum fuisse de
monstrant. Illud quoque quod prę ceteris in
matris vtero diutius hæserit. *Sum quidem* (ait) *&*
Sap.7. *ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terre*
ni illius qui prior factus est, & in ventre matris figura
tus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum
in sanguine. Vnde Origines asserit hominem
Homil 4. in lib. Num ad partum moueri, cum decimus mensis cum
triduo excesserit.

7. Ioannis Baptistæ. Omitto Ioannem Baptistã, qui ex matre steri
li & annosa susceptus est: nec sanctitas vitæ, &
quæ de eo supra attulimus, aliud possunt ar
gue-

guere. Quod de omnibus qui miraculoſe formati exſterili, vel ſupra naturæ vires, aut ſanctificati in huius lucis vſuram venerunt, ſtatuendum puto. Omitto ergo Deiparam Virginem, quam ipſemet eius filius ſuis manibus adaptauit, eamque naturæ ac Complexionis PERFECTIONEM attribuit, ex qua ſibi corpus poſt modum formare conſtituerat, Superuacaneum eſt de Chriſto diſputare, cuius corpus Spiritus ſanctus, imo tota ſanctiſſima Trinitas coagmentauit, compegit, ac formauit, *ſpecioſum forma præ filiis hominum.* *Pſal. 44.*

8.

5. Ex his confici poſſe videtur, conditorem rerum ſpeciali concurſu adeſſe ſolere formationi corporis eorum, quos ad inſignis alicuius ſanctitatis aut dignitatis gradum deſtinauit. Si enim ſucceſſu temporis excellenti gratia, cum vocãdo, tum iuſtificando, tum deinde plurimis ſanctitatis indicijs, illuſtrationibus, viſitationibus, conſolationibus eximijs perfundere Deus cõſtituit eum quem adciſcit ad ſuum obſequiũ, & perſeuerãtiæ cumulo ac ſingulari protectione toto vitæ decurſu dignatur: ſi denique ei in cœlo ſuę Immenſæ Maieſtatis complexũ ac beatam poſſeſſionem decreuit, perfectamque fruitionem bonorum omnium: quæ omnia & ſumma & incomparabilia ſunt præ bonis corporalibus: quid mirum ſi ei corpus adaptet conueniens, quo ea, ad quæ deſtinatur, conuenienter quoque exercere valeat? vt enim ſpiritualia illa eo largitur, quo animam capacem reddat, idoneam ac prõptam ad exequẽdá ſuam diuinã

Oſtenditur ratione, cur Deus peculiari prouidentia concurrat ad naturæ formationem.
1. Ratio.

voluntatem, cum facilitate, alacritate, & gaudio quid mirum si corporis partes omnes ac Complexionem ita disponit, vt promptæ ac paratæ nunc voluntati obsecundent & pareant? alioquin frustra gratia tanta opus esset, si pervirem corporis cavti non liceret. Accedit quod beatis corporibus largiturus est qualitates ac conditiones conuenientes statui beatorum: nempe impassibilitatem, vt iugiter atque indefessi in cœlo beati Deo seruiant: gloriam & splendorem quem loci & personarum status requirit; agilitatem & subtilitatem, vt tantæ Maiestatis voluntatem ad nutum exequantur: quid ni opus erit, vt eidem Maiestati seruituri in hac vita, corporis ac Temperamenti eas conditiones accipiant, quas status atque officium cuiusque desiderat, ad Domini sui voluntatem exequendam: si non adeo perfecte, saltem quantum officij ratio & viatorum condicio postulat? Qui tam ingentia in patria largiturus est, quid ni in via gradientibus: cum eadem corpora ad gloriam illam destinentur: & ideo ea Deus efformet, vt suo tempore ad immortalitatem æternitatemque capessendam transformentur?

2. Ratio.

3. Ratio.

Temperamentum hominis iuxta tres status considerantur: nempe, innocentiæ, beatorum, & naturæ reparatæ.

Tres enim status sunt, in quibus hominum corpora Dei auxilio supernaturali indigent, ad promptam expeditamque voluntatis diuinæ executionem. Primus est innocentiæ; in quo corpus hominis adeo conuenienter temperatum erat, vt nulla intēperies, nullus morb. oriri posset; accedente nimirū Dei assidua protectione, ex qua homo impassibilis omnino reddebat.

Alter

Alter ſtatus, extremus, beatorum eſt; quorum corpora nullus qualitatum primarum exceſſus defectuſque mutare, nec vlla humorum exuberantia compagem vinculumque illud animæ & corporis ſoluere alterareque poterit; vnde optime D. Ioannes: *Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt.* Erunt enim beatorum corpora impaſſibilia: non tantum ratione diuinæ protectionis, vti fiebat in ſtatu innocentiæ; ſed quia omnia, quæ eis nocere poterunt inuadẽt ac penetrahunt. Nec patientur ab intemperie qualitatum; quia nulla intemperies vel qualitatum vel humorum illic erit: quidquid enim terrenũ aut mutabile in illis eſt, abſorbebitur noua quadam formatione animæ beatæ, ac vnione cum corpore. Nam vinculum illud, quo nunnc omnes corporis qualitates, & Temperamentum, animaque ipſa cum corpore colligata ſunt, (quod quidem diſſolubile eſt) in aliud longe ſublimius mutabitur; accipient enim corpora glorioſa cum anima vinculum & vnionem quãdam ſupernaturalem, ratione cuius immutabiliter & inſeparabiliter cohæreãt: hoc enim poſtulat ſtatus illius æternitas. Neq; ad hæc neceſſaria eſt qualitas quædam realiter ab anima diſtincta, vt* quidam voluerunt; ſed ſufficit nouus quidam modus vnionis, ſeu nouus modus informandi ex parte animæ & Temperamenti, & noua ratio recipiendi ex parte corporis. Nec obeſt, q̃ anima nũc tota, ſeipſa informet

1. *Status innocentiæ.*

2. *Status beatorum. Apoc. 21.*

Capreolus. Paludanus Richardus à S. Victore.

corpus quantum potest, nec possit perfectius informare vel viuificare; absurdumque videri hominem essentialiter perfectiorem esse post resurrectionem quam modo sit: nam etsi anima seipsa tota, & quantum potest naturali virtute corpus suum informet; non tamen quantum diuina virtus sese extendit: potest enim etiam alio modo se tota illud informare, ita vt duplici vinculo cum corpore sit colligata, naturali nempe & supernaturali. Non est quoque absurdum hominem esse quodammodo perfectiorē post resurrectionem: non quod anima vel corpus essentialiter perfectiora futura sint; sed vnio erit perfectior, vnde & ipsum corpus perfectius viuificabitur.

3. *Status naturæ reparatæ.*

6. Tertius status est medius; eoque pluribus indiget, quo maiora impedimenta in ipsis corporibus morti adiudicatis inueniuntur: ipsique animæ tantum negotij facessunt, vt multis passionibus irretita, non iam libertate sua omnino donata, sit sed velut ergastulo inclusa, vel densis veprium dumetis immersa, sine cruentis pungentium spinarum aculeis sese mouere vix, ac ne vix quidem, possit. His curandis opportuna veniunt virtutum habitus, frequens diuinæ visitationis, illustrationum, excitationum auxiliorumque cœlestium influxus, & max me Omnipotentis manus protectio, ne concupiscentiæ flamma, virtutum seueritate veluti quibusdam cineribus concluſa, fomitem sæpius exerat; quo animus totus cōflagret, & de eius salute cōclametur. Sed hæc non nisi longo labore obti-

neri

neri possunt. Iuuat vero quam plurimum naturæ compositę moderatio, ipsumque Temperamentum: quod vel ferocientis naturæ impetus excludit: vel molliores affectionum motus cōstantia sua frenat & cohibet.

CAP. XI.

Valetudinem corporis animique sanitatem, magno præsidio esse studioso PERFECTIONIS. *Quid Temperamentum, & eius partes.*

7. COmponitur namque corpus humanum ex quatuor elementis, vti eleganter Augustinus libro de spiritu & anima describit. *Humanum* (inquit) *corpus ex quatuor elementis compositum est: sed in carne & ossibus maxime terra apparet, propter terrenam soliditatem. Aqua in humoribus, aer continetur in pulmone: idcirco semper in metu est, quia ventilabrum cordis est, ne nimio calore consumatur cor, & dissoluatur. Sedes ignis est in corde: & ideo inferius est latum, & superius acutum, quam formam ignis retinet. Quædam vis ignea aere temperata à corde ad cerebrum ascendit, tamquam in cœlum corporis nostri: ibique purificata & colata, per oculos: aures, nares, ceteraque instrumenta sensuum foras progreditur, & contactu exteriorum formata quinque sensus corporis facit, visum videlicet, auditum, gustum, odoratum, & tactum: qui tangendi sensus ab anteriori parte cerebri ad poste-*

Aug lib de spiritu & anima. ca. 33.

Corpus humanum componi ex quatuor elementis.

posteriorem transiens, & inde per ceruicem ac medullam spinæ descendens, per totum corpus diffunditur. Hæc & plura Augustinus, quibus docere nititur, humanum corpus ex quatuor elementis conflari, & singulas partes prædominantis alicuius elementi vim naturamque continere. Et quamuis elementorum formæ in eo reipsa non conspiciantur, virtute tamen continentur: & maxime per principes qualitates, quibus elementa singula operationes suas exercent. Ignis est calidus & siccus: aer eidem vicinior, aliquid de eodem participans, calidus est, & humidus: aqua vicissim humida & frigida: terra denique frigida & sicca. En ergo in vniuersum quatuor principes qualitates, calor, siccitas, humiditas, & frigus. Hæ perraro qualitates vsquequaque, sæpius autem quodammodo pares confluunt; nempe mediocritate quadam, quæ non vtique indiuidua, verum latitudine definita limitibus coercetur, in quorum ambitu mixtio continetur. Hos autem vltra citraque interitus est, atque dissipatio. Quę itaque intra mediocritatis huius limites inciderit principum qualitatum concursio, vt mixtionem, sic & continuo Temperamentum gignit. Est autem Temperamentum, non ipsa mixtio, sed mixtionis ratio: poteritque id *earum quæ in mixtis elementis sunt principum qualitatum harmonia & concentus definiri.* Quocirca Temperamentum concentus quidam est quatuor principum qualitatum ex omnium elementorum permixtione. Harum quatuor naturarum cum æquales vires in vnũ coierint,

Qualitates primæ quatuor.

Temperamentum quid.

rint,& calidi, frigidi,humidi,ſiccique pares ſint portiones:temperies illa conficietur,quam Tẽperatum iuſtumque Temperamentum dixere, cæterorum normam & regulam quodcumque autem ab hoc deſciſcit,&diſparibus inter ſe elementorum viribus continetur, intemperatum immoderatumque appellatur, & intemperies. In ea diſpari copulatione fit, vt vnũ reliquis tribusexcellat,aut ad ſummum duo præ aliis, nũquam autem tria dominentur.

8. Quia vero de varietate Temperamentorum agimus,quæ Deus in ſingulis molitur:totque Temperamentorum differentię ſunt,quot hominum facies : attexam quæ de hac re Ioannes Farnelius,doctiſſimus medicus,ſcribit. Cũ quatuor (ait) ſint ex quibus Temperamentum abſolute conficitur, ſingulorum exuperatione *ſimplices quatuor creantur Temperaturæ. calida* quidem,in qua calor frigori antecellit humoris autem & ſiccitatis æqualitas eſt:*frigida*,in qua frigus vincit & dominatur: *humida*, cuius humor primas obtinet : *ſicca*, vbi humore ſiccitas potentior eſt,paribus iis, quæ in altera oppoſitione ſunt, contrariis. *Quatuor ſunt & coniugatæ Temperaturæ*, quæ duorum ſimplicium exuperantia proceſſerunt, ſeque extulerunt. Hæ duæ cum ſint oppoſitiones limitibus quatuor concluſæ, neque vnius vtraque extremitas poſſit principatum obtinere, fit neceſſario,vt non plures duabus excellant. Eodem rationis momento fit,*vt quamuis ſex percenſeantur coniugationes, illarum tamen quatuor duntaxat poſsit natura conſiſtere.*

Lib. 3. de Temperã. c.3. Simplicia quatuor Temperamenta Calidum. Frigidum. Humidum Siccum. Coniugata Temperamenta quatuor.

re. Hæ sunt calida & humida, frigida & sicca: calida & sicca, frigida & humida: quas coniugatas aut com-

Innumeras esse Temperamentorũ differẽtias.

positas Temperaturas appellant. *Nouem igitur sunt Temperamentorum genera*, quæ permixtionis differentias & proprietates consequuntur. „ *num temperatissimum*, quod paribus omnium co„ flatum portionibus, medium possidet. *Intem„ perata octo. Eorum simplicia quatuor, totidem compo„ sita. Temperatissimum, quod est indiuiduum, & omn„ expers latitudinis, quasi punctum intelligitur.* Cæteræ „ quę ab hoc recesserunt, longe lateque fusa sunt: „ neque enim, quæ calida dicimus, omnia pa„ ri à mediocritate interuallo distant, neque ar„ frigida, aut humida, aut sicca vno eodemque o„ mnia sunt ordine. *In compositis porro euiuscu„ tium qualitatum aut par est recessus, aut alias alia„ tecellit.* Etenim calidum siccumque appellamus „ siue illa pari suo ordine, siue calidum sicco præ„ stat, siue contra siccum calido. *Vnde intelligitur, „ octo cum sint imparia Temperamenta, vniuscuiusq„ tamen ex maiore minoreque recessu innumerabil„ fieri discrimina*, ex quorum proprietatibus, tum „ similium partium, tum infinitæ corporum na„ turæ & proprietates consurgunt atque con„ stant. Hæc ille. Ex quibus omnibus, quid Temperamentum, quotque eius sint genera ac partes, sat euidenter declaratur.

Boni Temperamenti vtilitates in ordine

9. Quod eo maxime spectat, vt intelligamus, pro cuiusque Temperamenti præstantia cuiq; naturæ conditionem meliorem ac præstantiorẽ emicare: quod nõ tantũ de vniuersa corporis harmonia, sed & de singulis, vt cerebro, corde, hepate

hepate, cæteriſque compoſiti partibus intelligendum venit. Hinc ille memoria, iſte iudicio preſtat: hic ingenio celeri, leuiori iudicio: generoſus vnus, alius timidus, aridus, tardus, tenax, hebes, & obtuſus: qui morbi animi ſunt, & defectus grauiſſimi.

ad Perfectionis ſtudium. 1. 2.

Morborum origo.

Accedit quod qualitatis alicuius primarię exceſſus aut defectus ſufficiat ad ſoluendam harmoniam: quorum altero qui laborat, ad uerſam valetudinem ſubinde tota vita ſua patietur, morboſque ex vno fonte innumerabiles, qui ſæpe ante ætatem cum morte commutantur. Quod ita declarat Auguſtinus: *Corpus conſtat ex officialibus membris, officialia ex conſimilibus, conſimilia ex humoribus, humores ex cibis, cibi ex elementis: & nihil horum eſt anima, ſed in iſtis tamquam in organo agit, & per hoc corpori conſulit, & huic vitæ in qua factus eſt homo in animam viuentem. Quæ cum temperata & ordinata fuerint, & congruunt viuificationi, numquam recedit anima: ſi vero diſtemperata & confuſa fuerint, inuita recedit anima, ſecum trahens omnia, ſenſum, imaginationem, rationem, intellectum, intelligentiam, concupiſcibilitatem, & iraſcibilitatem.* Hanc harmoniæ inæqualitatem aut ſolutionem, vnde morborum omnium genera orta ſunt, attribuunt Poetæ Pandoræ cui cum à Ioue pyxis cum omnibus morbis incluſis commiſſa fuiſſet, ea aperta, infinitæ illæ morborum quos experimur, & aliorum ſpecies in orbem inuectæ ſparſęque ſunt. Nos Pandoram Euam vel Adamum arbitramur, cui Deꝰ naturā integrā largitus fuerat, & ſi ea clauſa cum

Lib. de ſpiritu & anima, c. 15.

Poetarum opinio de origine morborum.

Natalis Comes Mythologiæ lib. 4. cap. 6.

cum gratia originali à transgressione illæsa mansisset, nõ eæ pestes, morbi innumerabiles, mors denique in orbem inducta fuissent. Hinc Temperamentum magnam cladem passum, totaque corporis fabrica succussionem ingentem accepit: pauci sunt qui non illico intereant: plurimi qui diutissime laborant: qui optime habeant, perpaucos reperies.

3. Vtilitas boni Temperamenti sanitas. Eius commendatio.

10. Cæterum nemo prosperæ valetudinis põderat pretium nisi qui morbis exercetur: & inter summa naturæ beneficia hoc vnum tantiesse debet, vt ex hoc tota vitæ degendæ rectequeagendi ratio dependeat. Quid aget, qui vel capite, vel pectore, aut stomachi intemperie, vel hepatis, laborat? Omitto morborum genera contagiosa, anginam item, ardentes febres, lethargum, paralysim, catelypsim, apoplexiam, pleuritidem, stranguriam, & si quæ aliæ sint vel letales vel intolerabiles corporis humani affectiones: vnius solius dentis dolor, aut extremi digiti affecti sensus, sic mentem animum que totum hominis rapit, vt nec legere, nec cogitare, nec vlli rei intendere lubeat: omnes hominis vires & sensus in hoc coeunt, vt dolor pellatur: sin minus, illic hæret cogitatio, mens, oculi, manus, & quidquid in homine est. Magnus thesaurus est sanitatis. Ideo Sapiens, *Melior est*, ait, *pauper*

Eccli. 30. *sanus, & fortis viribus: quam diues imbecillis, & flagellatus malitia.* Ecquid enim proderunt ei diuitiæ, si eis nec ad splendorem, nec ad luxum, nec ad ciborum delectationem vti, per valetudinẽ, possit? Pauper vero frusto panis ac frigida

satia-

satiatus in lætitiam prosilit, vtiliter laborat, & virium suarum fructum percipit. Hinc Salomõ, *Dulcedo*, inquit, *animæ, sanitas ossium*: sicut etiam acerbitas animæ infirmitas ossium. Non est dolor super ossium dolores: quibus afflictis, nec stare, nec iacere cuiquam fas est. Dicam amplius cum Ecclesiastico: *Melior est mors, quam vita amara: & requies æterna, quam languor perseuerans.* *Prou. 16.* *Eccle. 30.*

11. In pœnam peccatorum veniunt illa quidẽ & nobis repugnantibus; sed obnoxia corpora nostra infinitis ægrotationibus, varia ex illis tormenta sustinere coguntur: licet, si possint, iubeantur ea propellere. *Da locum medico*, ait Ecclesiasticus; *etenim illum Dominus creauit: & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria.* Item: *Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creauit Altissimus: A Deo est enim omnis medela.* Et: *Altissimus creauit de terra medicamenta, & vir prudẽs non abhorrebit illa. Nonne à ligno indulcata est aqua amara? Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet sanitatis.* His conficitur, malum esse quoddam & pœnam, animi corporisque ægritudines; Deoque auctore esse propulsandas: quod ingentia bona impediant, quæ quisque vel Deo deferret, vel sibi vel bono communi impenderet sanus & valens. Hinc Christus (auctore D. Thoma) etsi admiserit omnes defectus naturales corporis toti naturæ humanę communes, vt sũt fames, sitis, dolores, mors quos Damascenus vocat naturales & indetractabiles passiones; nullũ tamen morbũ assũpsit nec *Eccle. 38.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Christum morbos nõ assumpsisse cum humana natura D. Thom. 3. p. q. 14. a. 3. & 4.*

nec aliquem defectum omni homini non com-
munem : quia hi non conducebant ad reden-
ptionẽ generis humani, imo impediuissent plu-
rimum. Indecens enim fuisset, Redemptorem
hominũ esse claudum, cæcũ, obstipum, aut lepra
morboue comitiali, aut tabe seu pulmonum ex
ulceratione deformari : sicut & defectibus alijs
qui repugnant scientiæ & gratiæ, vt sunt ignorã-
tia, pronitas ad malum, difficultas ad bonũ. Ac-
cedit quod ægros sanaturus venerat : illique illi-
co fuisset exprobratum, Medice, cura teipsum.
Quo suo exemplo ostendit, sanitatem bonum
esse peroptandum, studioseque procurandum
ac conseruandum, ad functiones, quas ipse, A-
postoli, aliique qui de aliis bene mereri possunt,
ac studio PERFECTIONIS incumbere, ex institu-
to susceperunt, exequendas.

Morborum incommoda.

Hinc omnibus Religionum Patriarchis sum-
ma ac prima cura fuit, in Regula statuere, vt in-
firmorum habeatur ratio maxima, quia Ordi-
nis officia sine sanitate exerceri nequeunt : &
dum morbo laborant, alios substitui, qui eorum
munia obeant : imo vero, cum communitati
seruire ipsi debeant, aliquot alios, qui eisdem
seruiant, nõ sine ordinis domestici incommodo
constitui necesse est : quod etsi graue non sit ad
breue tempus, graue tamen esse, si plures, &
quidem diutius, detineantur ægritudine, nemo
est qui non videat. Quid Ecclesiæ vtilitatis ac-
cessisset, si Apostoli, Apostolicique viri, poda-
gra detenti domi, totos Apostolici muneris an-
nos consumpsissent? Quid si Ecclesiastici Politi-

ciue

ciue Superiores lectis affigantur, quæ negotiorum executio? quod regimen publicæ rei? quis ius dicet? quis nefarios scelere prohibebit? quis innocentes tuebitur? quis de diuinis rebus verba faciet? quis ignorantes docebit? quis Sacramentorum administrationi vacabit? & si infirmi sint vulgares, qua occasione docebuntur? quis eos male agentes corripiet? qui ad PERFECTIONEM promouebuntur?

12. Ne fallamini insipientes corde, pœnitentiæ tempus in extrema vitæ reiicientes; quasi tunc in manu vestra futurum sit, vt misericordiã Dei fugientem assequamini, & prætermissas bene gerendi occasiones resarciatis feruoris abundantia. Ne fallamini: Deum hoc est tentare. Quæritis miraculum vbi necesse non est: vt enim gratiam tibi apud Deum concilies, promẽdæ lacrymæ sunt, intimo & extremo dolore, inconcusso bene viuendi proposito: opus est igne, flammis, incendio, ad tot turpitudines vitæ præteritæ consumendas; opus lacrymarum flumine, contritione instar ingentis Oceani, ad tot maculas eluendas: opus oratione, ac deuotionis sensu, ad Dei gratiam conciliandam. Vbi hæc omnia reperies? venient è cœlo? non venient; nam & tu meritus id non es: & ex te ea prouocare non poteris: quia ad hoc natura eo rerum statu non est idonea: & tibi tunc cogitandum de bonorum dispositione, de prole, de sanitate. Quid? si minima in oculo stipula sic te cruciat, vt nec dormire, nec de tuis rebus cogitare, nec quidquam agere valeas: quid sperandũ

tibi est cum dolorum segetes, angustiarum torrentes, afflictionum gurgites, & flumina tentationum animũ tuũ occupabunt? Solent simpliciores, cum audiunt Prælatum aliquem magni nominis, aut Concionatorem excellentẽ, aliũue opinione sanctitatis florentem infirmari, de illo ita statuere: O beatum virũ! à Deo amici Dei visitantur; & huius quanta patientia! quam ardenter Dei conspectum desiderat! quam immensa orationum in cœlos tela detorquet! quas flammas emittit! haud dubie eius in cœlo tota conuersatio est: spe ac desiderio Deũ videt, Deũ complectitur. Quid cogitatis, insani homines? & hi mortales sunt: sanctitas præcessisse debuit: sani orare potuerunt; non sani, nihil aliud præstare, quam dolores ferre patienter: & quis adhuc ad hæc idoneus? Non omnes Iobi non omnes Tobiæ, non omnes Dauides. Loquatur de sãctis hisce aliquis, & quid sentiat vobis renunciet. Fallimini opinone, viri boni: & nos mortales sumus, & multis miserijs obnoxij. Fateor ingenue quod est: orare mihi quidem adiacet, perficere autem nõ valeo: omnia dura, omnia ficca, *sicut terra sine aqua; caput meum doleo, caput meum doleo*: meditari non possum; obruor sopore & grauedine: quid agam? premor vndique doloribus, nihil præterea in mentem venit; & siquid ascisca m, illud illico velut clauus clauis innumeris pellitur. *Dum tempus habetis, operamini bonum. Memento*, homo, *Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequã veniat tẽpus afflictionis, & oppropinquent anni de quibus dicas, Non mihi*

Vulgi falsa opinio de infirmis sanctis.

Psal. 142. 3. Reg. 4.

Gal. 6.

Sententia Ecclesiastæ de senectute minus

hi placent : antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ , & reuertantur nubes post pluuiam; quando commouebuntur custodes domus , & nutabunt viri fortissimi , & otiosæ erunt molentes in minuto numero , & tenebrescent videntes per foramina, & claudent ostia in platea , in humilitate vocis molentis , & consurgent ad vocem volucris , & obsurdescent omnes filiæ carminis; excelsa quoque timebunt & formidabunt in via , florebit amygdalus, impinguabitur locusta , & dissipabitur capparis ; quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, circuibunt in platea plangentes : antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem , & confringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam , vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Hæc Ecclesiastes. Pluit hactenus ros de cœlo salutaris, nubes copiosam gratiæ pluuiam demiserunt. In extremis reuertuntur nubes; protectionis auxilijque tempus expirat; quia vti noluisti, dum vltro tibi occasiones offerebantur : nunc ad auctorem suum hæ nubes redeunt. Sol & illustrationes mentis, exempla Sanctorum, lucere desinunt; Ecclesiæ cessant exhortationes; venit tempus afflictionis : quid facies ? quid orabis ? *nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: spiritus* autem *postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Sed *flauit spiritus, & fluxerunt aquæ.* Et hæc quidem hactenus. Fugit Auster surrexit Aquilo : *ante faciem frigoris eius quis sustinebit ?* appropinquauerunt *anni de quibus dicas , Non mihi placent* : tristes illi sũt, & incipiũt à senectute, & sensim peiores

apta Perfectionis. Eccl. 12.

Rom. 8.

Psal. 147. Ibidem.

appropinquant, cum in fine vitæ, tum in decessu ex hoc corpore: idcirco Sapiens, *Quodcumque* *Eccle. 9.* ait, *facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Illi sane dies sunt qui non placent. Quod si viri eximiæ sanctitatis vix idonei sunt extremis illis temporib. vt sese ad Dei conuertant, de morte, de iudicio particulari, de sententia irreuocabili, de vita præterita, de æterna futura cogitent: quid faciet is, qui imparatus *1. Petri 4.* ad Dei tribunal vocatur? *Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Ex his manifestè colligitur, improuide ac stulte etiam eos agere, qui salutis ac PERFECTIONIS procurandæ studium in decliuem ætatem reiiciunt: illæ enim quę in corpore male sano incommoda atque impedimẽta PERFECTIONIS, eadem & forte maiora in senili reperiuntur: est enim senectus morbus continuus, & malorum omnium congeries, in qua homines solent de sanitate seruanda corporis, non animi, cogitare. Idcirco Spiritus sanctus hortatur nos, *memores simus Creatoris nostri in diebus iuuentutis nostræ.* Quæ ętas non ea sola accipienda est, quę adolescentiam sequitur vsque ad virilem, aut (vt medici quidam dicunt) vsque ad trigesimum quintum annum, sed ad consistentiam ipsam, (vt vocant) id est, ad annum quadragesimum quintum, qui est senectutis initium: nam ad hoc vsque tempus durant plerisque vires haud quaquam labefactatę, neque hebescunt sensus, neq; cani abunde proueniunt. Rationes vero, cur

Senectutẽ

inepte

inepte in id temporis salutis ac PERFECTIONIS negotium reliciamus, Ecclesiastes multas commemorat : quarum prima est, quam hactenus pertractauimus : nempe ad PERFECTIONEM acquirendam opus esse viribus sanitate, atque alacritate : quibus desideratis, (vt persæpe in senibus) alio animus facile abripitur, & in occurrentium calamitatum expulsionem totus immergitur : idcirco dicit Ecclesiastes, *Antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni de quibus dicas, Non mihi placent.* De his senibus Ecclesiastes loquitur potissimum, qui virtutis stadium numquam ingressi, sese vincere, cupiditates domare, virtutum subsidia consequi neglexerunt. Hi ætate ingrauescente displicent sibi, displicent & aliis, quod morosi, quod auari, quod iracundi, quod morbis variis oppressi persępe querantur, sibi graues, aliis molesti. Senectutis ergo anni, afflictionis anni sũt qui parum placent, & eo maxime displicere debent, quod minus idonei homines ordinarie sint ad ea munia peragenda, quę florente ętate leui labore consecuti potuerunt. Altera ratio est, quod in senectute sensus hominis sensim debilitentur, planeque deficiant: ideo ait, *Antequam tenebrescat sol, & lumen, & luna, & stellæ:* tum etenim visus debilitari incipit, sic vt effugiat lucem, neque lumen sustinere possit, eique solis, lunæ, ac siderum splendor obtenebrescere videatur. Deinde, quod ea ętate homines destillationib. obruãtur: ideo sub ũgit, *Anteq̃ reuertãtur nubes post pluuiã:* significãt enim hęc verba p

minus esse idoneam ad Perfectionẽ quærendam & assequẽdã. Ratio. I.

Cic. lib. de senectute.

petuas & admodum incoctiles senum coryzas, quæ ex vaporibus crudis ob defectum caloris enatis, à ventre aut corpore toto ascẽdentibus, primum quidem vt nubes coalescunt, & caput, velut partem microcosmi supremam, occupãs deinde densatæ abeunt in destillationes, & v quædam pluuiæ diffunduntur. Cum ergo assiduis quis conflictatur catarrhis, successiuis vicibus nunc citra intermissionem destillantibus, nunc recrudescentibus: perinde est ac cum mox
4. à pluuia aliæ nubes reuertuntur. Quarta ratio est, quod alij quoque sensus & mouendi instrumenta fatiscant: quod verbis sequentibus indicat, quando ait, *Commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi.* Sensus corporis custodes dicuntur, quod ad custodiam dati sint, vt accedentibus noxiis, iisque perceptis, animal sibi cauere possit. *Viri fortissimi* pulchra metaphora dicuntur vis motiua cum suis instrumentis, quibus ad actiones corporales ac translationem vtimur. Commouentur ergo custodes domus, & nutant viri fortissimi, cum sensus debilitantur, & crura & tibiæ præ corporis pondere vacillant: nimirum exhaustis spiritibus animalibus, cerebroque refrigerato atque exsiccato secundum substantiam, multis vero excrementis obruto, necesse est exiguum facultatis influere in neruos & sensuum organa, atque ea per sese fieri inepta, & ad facultatem excipiendam, & ad exequenda sua munia. Hinc senes facile vacillant,
5. & scipione vti coguntur. Quinta accedit ratio, totius corporis debilitas ex defectu alimenti,

quod

quod commode ingeri non possit; aut, si ingeratur, id certe vel molestè & sæpe nauseabunde fiat, vel satis comminutum ac mansum non erit: ait enim, *Et otiosæ erunt molentes in minuto numero.* Nascimur sine dentibus, & prope sine iis morimur: excidunt enim, & quidem magno hominis damno, ob radicis siccitatem, & alueorum, quibus clauorum more infixi sunt, amplitudinem, quam defectus nutritionis maxillę & dentium adfert. Molentes, iique in paruo numero, ergo otiantur, quod senes edendi cupiditate imminuta tenuius edunt: idque ipsis molestum est, quod dentibus careant, quibus cibum masticent. Addit sextam rationem, de sensibus particularibus visus & auditus, & faciei immutatione. *Tenebrescũt.* n. *videntes perforamina*: hoc est facultas vidēdi per oculos: *& obsurdescũt filiæ carminis*: hoc est, facultates illæ, quæ carmẽ & voces excipiunt. His facultatib. deficientibus, vita pæne morte acerbior est: hinc Tobias: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli nõ video?* De facie vero, *Claudent*, inquit, *ostia in platea, in humilitate vocis molentis.* Facies platea dicitur humani corporis, quod in ea sensus omnes, vt ostia ad plateam, statuantur, resideant, & omnis ad sentientem animam negotiatio pertinens, ad eam confluat, omnes denique cordis affectus declaret, prodat lætitiam & dolores, spem ac timorem. Hinc Sapiens: *Cor hominis immutat faciem illius, siue in bona, siue in mala.* Senibus vero vox est humilis, ob debilitatem facultatis quæ mouet thoracem, quia ad e-

6.

Tobiæ 5.

Eccl. 13

dendam vocem vehementi exſpiratione opus eſt. *Claudunt* ergo ſenes *oſtia in platea, in humilitate vocis molentis* hoc eſt, ob humilitatem vocis quam exſpirationis defectus parit & faciunt *rari molentes*: inopia namque dentium articulatã pronuntiationem, (quæ magna quoque calamitas eſt) vehementer impedit. Addamus ſeptimam rationem ex defectu ſomni, qui facultatibus fatigatis, æque pæne neceſſarius eſt ac cibus. Hoc eſt quod ſequitur, *Et conſurgẽt ad vocẽ volucris.* De galli cantu intelligit, qui ternis horis cantare ſolet, quaſi motus cœli rationem habeat, & vigilãtib. pro horologio ſit. Senes ergo peruigilium patiũtur, ob cerebri ſiccitatem, & non raro ob dolores aſſiduos, cum aliarum partium, tum vel maxime viarum vrinæ, & ob deſtillationes & exſcreatum: adeo vt illis nulla requies ſit, & ad res deinde agendas vires & animus deficiat. Sed quis tãdem finis? finis hominis interitus, atq; vitæ huius mortalis occaſus: cuius ſigna hæc ſequũtur: *Excelſa quoque timebit in via*: hoc eſt, mens terrebitur, vbi ſe homo in mortẽ præcipitem ire ſentiet. Alterum ſignum: *Florebit amygdalus.* Hæc enim arbor omnium citiſſime caneſcit. Caneſcent ergo caput ac barba, vt floreſcens amygdalus, redũdantia pituitæ in alimento proprio partiũ circa cutẽ, propter debilitatem natiui caloris. Tertium ſignum: *Impinguabitur locuſta.* Hoc de marina intellige, quæ teſtacea cruſta tegitur. Creſcet ergo calloſa durities in cute, quaſi locuſtæ teſta fiat. *Diſſipabitur capparis,* quod quartum ſignum eſt

Signa mortis in ſenib.

1.
2.
3.
4.

Auicenna li. 2. c. 102.

Cappa-

Capparis (medicis auctoribus) Venerē instigat. Dissipatur, morte appetente, potentia apetitusque generandi. Emoriente vero virtute illa, sequitur homini denuntiari quod addit, *Ibit homo in domum æternitatis suæ*, siue domus illa felicitatem si siue extremam miseriam contineat: vnusquisque enim à morte recipiet *prout gessit in corpore, siue bonum siue malum.* Extincto homine, prodit sepulturæ pompa. *Et circuibunt* (inquit) *in platea plangentes.* Sextum mortis indicium est membrorum dissolutio, designata per verba sequentia: *Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea. Funiculus argenteus*, spinalis medulla, ob neruorum, quiex ea oriuntur, distributionem, funiculus: ob colorem vero, quo imbuitur, argenteus nominatur. *Vitta aurea* alio nomine meninx dicitur: estque tenue cerebri inuolucrum, quod totum cerebrum instar vittæ ambit, constringit, & continet. Aurea dicitur non à colore, sed ab vtilitate & pretio. Adhæret indissolubiliter cerebro: quo exsiccato & imminuto, (vt in senibus) contrahitur & corrugatur. Hinc fit vt & cerebrum & meninx à cranio recurrat & seiungatur: arescitque cerebrum, & præ eius ariditate excidunt pili, vt herbæ arefacta terra, fitque caluitium. Porro ad neruos pertinet sensus volutarius, qui peruadit obitque musculos. Cum laxantur quasi funes disrupti, euenit, mēbra, in quæ subeunt, resolui, ac paralysim pati, siue linguam, siue brachium, siue crus. Dicit ergo, *Antequam rumpatur funiculus argēteus:* hoc

Cor. 5. §. 6.

hoc est, antequam fias paralyticus: *& recurua vitta aurea*; & contrahatur meninx cũ cerebro, & fiat caluitium. Vnum super est: *Antequam* (inquit) *conteratur hydria super fontem, & cõfringatur*
7. *rota super cisternam.* Hæc ad vrinam pertinẽt: quæ primum quidem exit guttatim, quasi ex rupta hydria, cum senes laborant stranguria; deinde supprimitur omnino, quasi *rota confracta super cisternam*, fitque ischuria. Tum nihil supereſt, nisi *vt reuertatur puluis in ternam suam, & redeat spiritus ad Deum, qui dedit illum.* Hæc Ecclesiastæ insignis concio, quæ appositissimis metaphoris nos hortatur ne studium salutis nostræ ac PERFECTIONIS amorem in senectutis tempus differamus, ineptum omnino, nullòque modo idoneum. Sed *memento*, ait, *Creatoris tui*: vt ea facias, propter quæ te creauit; & ea complectaris, quibus ad finem, ad quem te destinauit, peruenias: alioqui, si in iuuentute tua Creatoris tui immemor fueris, contingere poterit, vt nec in senectute, nec in morte, vel illius vel etiam tui memor sis. *Percutitur* enim (vt vere Augustinus) *hac animaduersione peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui, dum viueret, oblitus est Dei.*

Serm. 3. de Innocent qui est 72. in append. de diuersis.

Morbos animi obesse studio Perfectionis.

13. Venio ad ægritudines animi: qui defectus longe ineptiores reddunt homines virtuti capessendæ, quam corporales. Peruersum hominem ac deuium conuertes ac reduces: sed quid ages cum eo qui phrenesi laborat, cõtinuaque insania, stultitia mentisque ignauia memoriam oblitterante. Ab insano, furioso, torpido, ac hebete quid obtinebis? Sunt & alij, qui adeo rudes

14.

des & ignaui sunt, vt iudicium nullum habeant, nihil capiant, nihil recordentur: stupidi vt truncus, fungis insipidiores. Multum est, si hi cognoscant esse vnum Deum, de PERFECTIONE nihil prorsus concipiunt: de quibus tamen manluetissimus Dauid: *Homines & iumenta saluabis, Domine.* Et D. Augustinus, deplorans hanc miseriam, ita scribit D. Hieronymo: *Tam tardi nonnulli sunt, & obliuiosi, vt ne prima quidem discere litterarum elementa potuerint: quidam vero tanta sunt fatuitatis, vt non multum à pecoribus differant, quos moriones vulgo vocant.* Magna ergo ad res gerendas, & ad profectum virtutum, temperati sanique corporis accessio est: thesaurus incomparabilis sanitatis, quo tamquam subiecto fundamento magna Deus in iis, quos illo beneficio dignatur, operatur. Sed hactenus de Temperamentis morbisque: nunc de Complexione animi vitiis aliquid dicendum: quod ab instituto nostro alienum non esse, & probat argumentum quod tractamus, & officij mei ratio, cui, Superiorum præscripto, cum rerum spiritualium præfectura, tum infirmorum curandorum prouincia demandata est.

Psalm. 35.
Epist. 28. ad Hieronymum, post medium.

CAP. XII.

Mores animi sequi Temperamentum corporis.

14. ALterum quod vehemẽter virtutis functionibus suffragatur, est Complexio corpo- *Complexio non bona*

virtutis functionib. suffragari.

poris, seu humorum coalitio, cum Temperie ac proportione debita. Aliud enim Temperamentum seu ratio mixtionis principum qualitatum, aliud Complexio cuiusq; naturæ. Nam ab elementorum viribus primo similium partium, ex his deinde corporis vniuersi compositionem ductam esse constat ex dictis: vt proinde

Complexionis & Temperamenti differentia.

palam esse debeat, omnem Temperamentiationem elementis primum deberi, his acceptis referri, in iis sitam esse, vt quæ totius substantiæ compleuerint: humores vero, ipsaque superuacanea, corporis partes non esse, sed ab eo duntaxat contineri, ideoque ab Hippocrate contenta nuncupari: quare nullum Temperamentum dici debere bilioſum, sanguineum, pituitosum, melancholicum, sed hæc nomina ab humoribus in corpore contentis deriuari.

Et Propheta quidem Iob, declarans suam ac generis humani plasmationem, ait: *Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me.* In luto duo sunt, puluis & aqua: lac quoque ex sanguine fit, sicut & caro ex sanguine generatur. Mixto coagulo densatur lac, & dum comprimitur, serum erumpit. Comparatur ergo formatio hominis primum mixtioni aquæ cum puluere, ex quo lutum conficitur: vnde Scriptura dicit: *Formauit hominem de limo terræ.* Deinde comparatur profusioni seu aspersioni lactis super materia aridiori: & hæc formatio respondet priori pulueris & aquæ mixtioni, ne dicamus ad pro-

Iob 10.

Formationis hominis descriptio.

Gen. 2.

paga-

pagationē seu generationem hanc mulsionem pertinere, propter decisionem seminis paterni ex omnibus corporis partibus : & coagulari, propter constipationem & congelationem materiæ quam mater subministrat : etsi non pauci de propagatione ac generatione literam hanc interpretentur atque inter cæteros, acute, nec inconcinne Franciscus vallesibus. Caseus formatus repræsentat hominis corpus, cum omnibus suis partibus : quare humores adiuncti & expressi designant humani corporis humores, ab ipso corpore separabiles : per aquam, pituitam; per lac, sanguinem; per serum, flauam & atram bilem, ob coaguli mixti acerbitatem & acrimoniam. Et quia corpus humanum ex elementorum mixtione conflatum est, humores ab iis expressi naturam & condicionem elementorum sortiuntur. Melancholia terræ comparatur vtpote frigida & sicca : phlegma, seu pituita, aquæ quam simillima est, quia humida & frigida: sanguis est calidus & humidus : idcirco aerei sunt sanguinei, & sæpe per aerem volare videntur, aut à terra sublimes discurrere, vix extremo pede solum attingentes: quod de Camilla refert Virgilius:

Sacræ Philosoph. cap. 24.

Virgil. 7. Æneid. in fine.

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas,
Bellatrix, non illa colo calathisue Mineruæ
Femineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuque pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas;

Vel

Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Ea natura est sanguineorum.

Conditiones variarum Complexionum

Phlegmatici somniant non raro, se in puteo fluuioue prolabi: melancholici, mortuos cernere, eosdem sepeliri ac terræ mandari: bilioli seu cholerici, se carnificinam cædes, incendia moliri.

Sanguis inter humores corporis primas obtinet. Auicen. 11. doct. 4. c. 1.

Sanguis inter humores principem locum obtinet: est enim spirituum in quibus vita consistit, omnisque operatio vegetatiua, vitalis & animalis, subiecta materia: deinde, quia sanguis temperate calidus & humidus consentior est vitæ principiis: denique amplius nutrit & restaurat id quod exhaustum & deperditum est, quam cæteri humores. Summa thesaurus est naturæ; quo perdito, de vita quoque actum est. Secundum probitatis locum sibi vendicat, vel quia tempore necessitatis concoctione mutatur in sanguinem, ideoque nullum proprium habet receptaculum, sed cum sanguine mixtum incedit: vel quia vicinius est humido radicali, quod est veluti basis ac vitæ fundamentum. Sequitur tertia, *Cholera*, quæ naturali calori, quam diu mensuram seruat, socia est. Vltima ac deterrima, *Melancholia*, substernitur cæteris, velut fæx & sedimentum sanguinis, elongata à principiis vitæ, inimica lætitiæ & liberalitatis, cognata senio & morti.

Secundas Pituita.

Tertias Cholera.

Quartas Melancholia.

Animi mores sequi Tẽperiem ac Complexionem corporis.

15. En materia ac lutum, quo supremus figulus vasa præstantissima fingere voluit in honorem: quamquam & ex eadem multa contumeliæ ministerio seruiant. Hæc enim si temperatu-

fue-

fuerint, generant ætatem floridam, venustatem morum, vrbanam conuersationem, ac vitæ socialis conformationem. Hoc ipsum Galenus, medicorum parens, multis confirmat, dicens *animam perspicaciorem reddi Temperaturæ commoderamine.* Agit vero vniuersim, tam de Temperamenti quam de humorum Temperie, & addit: *Videmus pueros complures, iisdem parentibus ortos, iisdem præceptoribus educatos, iisdem alimentis vsos, natura tamen quam longissime inter se differre.* Vnde, quæso, nisi quod diuersæ Complexiones diuersimode afficiant, non tantum diuersis parentibus ortos, sed etiam vterinos? quid dico? etiam geminos. Quantum discrimen inter Esau & Iacob fratres, qui ex eodem patre, eadem matre, eodem pæne fusi momento! ille pilosus, hic lenis: ille seuerus, hic blandus: ille siluestris, hic vrbanus, & ad omnem moderationem compositus. Quare idem Galenus statuit, *animi mores sequi Complexionem corporis*: & qua quisque condicione sit, abunde moribus & propensione testari. Disputans ergo cur aliqui vitiosi sint, alij non item, adfert Possidonij sententiam: *in nobis ait intestina quædam vitiorum semina & tamquam igniculos delitescere: nec tam nobis à vitiosis cauere, quam vitiorum incrementum restinguere & coercere esse opus. Non enim, vt refert Stoicorum opinio, totum extrinsecus ingruit in nostros animos vitium, sed plurimum in seipsis homines vitiosi causæ habent: quod extrinsecus aduenit, longe minus est: proinde sane, consuetudine praua accedente, secundum partem animæ ratione carentem praui reddimur: falsis autem*

Class. 1. titulo. Quod animi mores corporis Temperaturas sequantur.

Lib. sup. ci.

opinionibus secundum intellectualem partem imbu-
mur : sicut dum à bonis sinceriſque viris inſtru-
mur, opiniones quidem veræ ſunt, mores autem hu-
mani. At in cogitatrice animæ parte intellectio ſtultitiæ
que ratione maioris minoriſque euariantes corpo-
Temperaturas ſequuntur : ipſæ autem Temperatu-
primam in vtero generationem, & cibum probos ſuc-
parantem habent auctorem. Atque hæ mutuo ſeſe
adaugent, & fouent. Calida namque (exem-
cauſa) Temperies iracundos facit; inde rurſus iracun-
dia ingenitum calorem accendit, & igneum redd-
contra, qui mediocri Temperatura conſtant, mediocri-
ter quoque commoti animo, ad probos ſuccos gignen-
proficiunt. Non omittam perpulchrum diſcur-
ſum, ad veritatis huius comprobationem,
quem alibi idem auctor attexuit, adferens va-
rias Philoſophorum opiniones, quibus probat
non modo corporum Temperiem, ſed etiam
ſuccum hauſtum in materno corpore, prauam-
que educationem, imo climatum diuerſorum
conditiones, moribus ingenerandis plurimum
adferre momenti. *Porro eis vitioſo* (ait) *corporis ha-*
bitu languere animam, ac neminem ſponte eſſe ma-
lum, ſed ob prauam habitudinem corporis, & rudem-
ducationem, ac proinde nec debere turpia vituperari,
profeſſus quidem eſt Plato in Timæo: Ariſtoteles autem
Plato. Ariſtoteles *ſecundo de partibus animalium ipſius animæ vires ma-*
terni ſanguinis ſequi Temperiem exiſtimat: qui rurſus
libro de hiſtoria animalium inuit, inſtrumentariarum
partium figurationem animæ moribus accommodari
ac proinde ex illa reconditos hos agnoſci. Hippocrates
Hippocrates. Mores *etiam in libro de aquis, aere, ac regionibus ait, eos qui*

plagam

plagam Septemtrionalem incolunt, aut etiam montanica, agrestissimis moribus esse praeditos: Asiam autem regionibus caeteris longe clementiorem existere; in eaque omnia multo grandiora ac meliora nasci; mores hominum tum mitiores, tum ad agendum promptiores esse, ob Asiatici caeli optimam Temperiem; haberi tamen illic magis imbelles homines, quam in Europa. In summa vero, species & mores hominum ait plerumque naturam regionis sequi Hæc ibi. Denique initio libel- *plerumque sequi naturam regionis.*

liquem de hac re scripsit ex professo, ita incipit: *Quemadmodum ex cibo & potu, nec non ex quotidianis exercitationibus, bonam corpori conciliamus Temperiem: sic etiam ex hac, ad virtutem animæ comparandam, nonnihil emolumenti attulerimus.* Verum diceret aliquis neminem ergo vituperandum, laudandum neminem; quia non à praua voluntate, vel bona, mali boniue reputari debemus, sed à prauo Temperamento. Non ita est: sed bonos facit animus integer, alios deprauat sua praua voluntas. Vehementer tamen iuuat propensam ad malum voluntatem deprauatę naturæ condicio: temperata item multa impedimenta remouet à virtutis complexu. Profitemur tamen in deprauatis hominum moribus decretum illud diuinum vigere semper oportere, *Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* & in compositis naturis, *Sine me nihil potestis facere.* Sed audiamus quid Ethnicus ille dicat huic obiectioni respondens. *Cetérum qui cunctos homines virtuti comparandæ idoneos, & qui nullum iustitiæ amantem esse arbitrantur, (quod est nullum finem naturalem statuere) vtrique hominum* *Lib. cit.* *Genes. 4.* *Ioan. 15.*

naturam ex dimidio tantum cognoſcunt. Neque enim omnes iuſtitiæ hoſtes, neq; omnes amatores naſcuntur ob corporis Temperaturam vtrique tales geniti. At ſane, qui talia aſtruunt, ſubinde petunt, quo videlicet in re quiſpiam debeat laudari, vituperari, odio haberi, aut amari, cum probus aut improbus non ſuopte ingenio ſed à Temperatura ſit factus, quam ab aliis cauſis quibuſque accepiſſe deprehenditur. Quia, ſcilicet reſpondebimus nos, omnibus hoc nobis ineſt, vt amplectamur bona, ambiamus, amemus: malum abominemur, atque procul arceamus. Ex quo patet, etiam Ethnicum hunc liberam electionem boni & mali in homine agnouiſſe; & virtutis bonitatem, vitiique turpitudinem, eligenti ac facienti aſcribendam eſſe.

Cap. XIII.

Deteriorem Complexionem eiuſque vitia PERFECTIONI *acquirendæ remoram ac impedimenta plurima obiicere.*

Sanguineorum Complexio, eorundemque vitia.

16. SEd ad particularia deſcendamus: ac de vitiis, quę ex ſingulorum humorum copia prædominante proueniunt, explicemus. Et in primis de ſanguineorum Complexione id medici ſtatuunt: ſanguinem ſpiritus alacres ac perfectos gignere: quo fit vt ſanguinei & lætitia exiliant, & in riſum & cachinnos ſoluti fundantur, ſpiritum minime teneant, alios ad

idem

idem facile prouocent, fabulis delectentur, & nugis, ne dicam insulsis, scurrilibus, & inuerecũdis sermonib. Benigniores etiam sunt, & affectibus indulgent suis, & alienis. Si vini potus accesserit, multa effutiunt, quæ secreta esse oporteret: & quia proniores in beneuolentia insinuanda ac colligenda, arcana produnt, & sua cõsilia detegunt. Solemne illis est, *de se suisque mul-* *Cic. li. 1. Offic.*
ta prædicare, subinde falsa, imo & cum irrisione audi-
entium militem glorioſum imitari; rebus seriis tractandis pondus omne detrahere, & in iocum omnia vertere. Cantu capiuntur, & si artem calleant, aliis recreationem nituntur adferre: quia & canunt libenter ipsi, & non illibenter volunt audiri. Proni sunt ad libidinem, ob ingenitum calorem humido permixtum. Potationibus capiuntur, & cibis lautioribus libenter vescuntur; quia similia similibus conseruantur: his enim sanguis conficitur, & calor conseruatur. Omnia pœne concurrunt libidinum incitamenta: animi lætitia; ingenij vis & aptitudo artibus discendis: benignitas in vultu ac moribus, ob sanguinei humoris clemena tiam: oris decus: verborum eloquentia, ac dicendi facilitas: color venustus, cum serena semperque subridenti facie. Vnde Hippocrates, *Li. de præparatione hominis.*
Quibus, inquit, *conceſſum eſt puriore ſanguine frui, frequenter ii rident, & florida facie apparent, colore venuſto*: rubro nimirum, & cum splendore: non rubeo fusco, quo tinguntur vinorum generosiorum potatores. Accedit audacia, quam prouocat calor sanguinis: & corpulentia, egregiaq;

Auicennæ 2.1. doctrina. 3. c.3.

giaque forma, qua præditi esse solent. *Malum do enim carnis rubræ* (vt ait quidam Philosophus *cum decenti firmitate & non laxitate eius, significat Complexionem calidam & humidam, qualis est sanguinea: quia multitudo carnis rubeæ attestatur sup fortitudine virtutes assimilatiuæ & multitudine sa guinis, quæ vigent & inualescunt humido & cali*

Li.2. Tēperam.

Idem scribit Galenus. His ergo omnibus et vbi adest gratia cœlestis cum Temperie, mag præstantur, & sanguinea excellentissima Co plexionum est, quali putatur fuisse præditus Ioannes Euangelista, qui aptissime à Christo lectus fuit, & appellatus discipulus quem di gebat Iesvs; (erat enim reuera amabilis, & qui q dscripsit aut dixit, nihil aliud quam amorem dilectionem sapere ac sonare videtur) si tam naturæ relinquimur, & humor ille præ ceter exuberet, domi iuratum fouemus hostem, & visceribus nostris alitur, qui quærendæ PERF CTIONI grauissima impedimenta obijciat

Complexio cholerica.

17. Cholera, seu flaua bilis, suos animo mo bos etiam ingenerat: est enim calida & sicca, s que ignem facile concipit; qui inclusus, aut r tentus, impetum facit, dum exilit, & euertit co nia. Sunt ergo cholerici impetuosi. Sat etia constat, cholericos ambitiosos esse, & hono ris cupidos; primas experere sedes; cona præferre sese omnibus, nullius ferre posse im peria: superfluus enim calor animum ad arro tiam & temeritatem excitat. Sunt ijdem adm dum edaces ac multiuori: intentior enim calo qui ipsis inest, magis digerit, & maiorem s

lutie

lutionem facit. Dicuntur esse magnanimi, elati, superbi, iniurias tolerare non posse. Sunt prætermodum iracundi, ob ebullitionem sanguinis circa cor, facilemque choleræ commotionem: quæ enim sicca sunt, flammam facile concipiunt. Dicuntur astuti esse, fallaces, ac decipiores: quod tenuitas & caliditas humoris cholerici deceptionis modos eis prolixe suppeditet. Prodigi sunt in muneribus largiendis, vbi præsertim honoris consequendi aut dignitatis spes affulget. Audent denique quæcunq; & maxime ardua aggrediuntur, ad quæ cupiditate impelluntur, ob nimium calorem, & maxime cordis. Et hi quidem morbi ab hoc fonte nascuntur; qui quantopere obsint moderationi ad PERFECTIONEM requisitæ, nemo non videt.

Complexio phlegmatica.

18. Non desunt & sui morbi phlegmatiçis, qui maxime proueniunt ob debilitatem caloris natiui: soluuntur enim instar aquæ, quæ & humida ac frigida est, & sic ex parte calori repugnat, qui tamen vires fulcit, erigit, & roborat; hinc pituitosi, torpidi, pigri somnolenti, & tardi, longiori somno capiuntur, & ad otia magis quam ad studia propendent, torpentib. nimirum ob frigiditatẽ instrumẽtis, auctore Galeno. Sunt etiam obtusi hebetisque ingenij: vt enim intelligendi facultas & ingenij vigor ex innato calore nascitur; ita tarditas & hebetudo à contrario, nimirum frigido, exordium capiunt. Sensus quoq; tam interni quam externi obtusiores sunt: nihilque in eis est pulchrius

Li 3. de simp. causis.

male corporis, quæ exceſſu humidi & frigi- consurgit, & quod in ſanguine pingue, leue, & tenue reſidet, vtriuſque eſt materia: cumque in venæ extra ſed tranſmiſerint, vbi in frigidas particulas incidit, in ijs concreſcit, & in adipem conuertitur.

Complexio melancholica.

19. Deterrima eſt melancholia: quæ, ſi temperata non fuerit, mores hominum depranat, & eo quidem vſque, vt ſubinde proſtratos mœrore adigat ad laqueum. *Felix*, ait Sapiens, *qui non habuit animi ſui triſtitiam.* & Salomon: *Triſtitia nocet cordi.* & *Spiritus triſtis exſiccat oſſa.* Hac abſorptus Antiochus ſomnum omnem ac lętitiam amiſit. Nec voluit Apoſtolus inceſtuoſum Corinthium grauius affligi, *ne forte triſtitia abundantiore abſorberetur.* Sunt enim melancholici triſtes, propter ſpiritus melancholicos, turbidos, & tenebroſos; ſicut ex oppoſito homines læti ſunt ob ſpiritus alacritatem. Sunt etiam taciturni, paucorumque verborum, ob frigiditatem; ſicut nimia garrulitas prouenit ex caliditate. Sunt ſuæ ſententiæ tenaciores, ob ſiccitatem; à qua non facile ſe diuelli ac dimoueri patiuntur. Nec placari poſſunt, ſi offendãtur. Voluunt, reuoluunt animo ſuſpicioſe ac temere aliorum dicta factaue. Nihil ſibi foretutum arbitrantur, facileqûe percelluntur: omnia tuta timent: quod nimirum atra bilis rationalis animæ arcem occupans, timorem inducit. Neque id mirandum eſt, *cum videamus in rebus externis*, inquit Galenus, *nihil magis quam tenebroſos perterrefacere. Si igitur ſimile quippiam rationali parti.*

Eccli. 14. Prou. 25. Prou. 17. 1. Mach. 6. 2. Cor. 7.

De ſimp. cauſis

partianimæ circumfundatur, hominem semper timere cæpisse est, vt pote qui semper timoris causam in corpore circumferat. Quod enim nobis extrinsecus accidit, cum ambiens nos aer vastissimis tenebris fuerit obscuratus: id melancholicis ab intimo corpore erumpere videtur, occupante cerebrum ipsamet atra bile, vel vaporeque opiam melancholico, Hæc ille.

Scrupulosi varij.

Eadem causa est multorum scruporum animi: qui morbus, si quis alius, hominis mentem adeo præcipitat, vt ne sapientes quidem sibi constent, & instar puerorum à iudicio excidisse videantur. Nonnulli, quidquid agant, peccare timentes, in nulla re peccati materiam discernunt: longisque discursibus occupati, postea referunt historias in quibus ne vmbra quidem culpæ alicuius appareat. Alij arbitrantur, quidquid in imaginationem venit, in mentē venisse: & quia phantasiam habent non minus capacem quam tenacem, fit vt appetitus sensitiuus, qui necessario sequitur apprehensionem imaginationis, moueatur sensumque natura exprimat: illum rati consensum, cogitationes oēs quas putant mente pertractasse, & voluntate rationali probasse, ad peccati consensum referunt: cumque infinitæ occurrant, omni die, hora, momento perplexi sic viuunt, vt non viuant, sed vitam miseram trahant: Nonnulli grauissimis fœdioris voluptatis agitationibus vexātur assidue, quasi res ipsas videant, quasi voluptas inhæreat. Occurrunt & tetriores, cogitationes blasphemæ, hæreticæ, odii sacrilegi, in Deum, in Sanctos, tremendam Eucharistiam: de morte

sibi conscisc enda, adferenda parentibus: & simi-
le animi affectiones, quæ adeo internum ho-
minem mordent, pungunt, & afficiunt, vt ve-
subinde crucient, vel graui tristitia animum suf-
fundant, vel à suaui internę vnctionis dulcedi-
ad carnificinam deducant: & licet abactæ auol-
re videantur, muscarum importunarum insta
indesinenter recurrunt. Sunt & non pauci, q
libenter in omnia flagitiorum genera profiun
nullo scrupulo, nulla conscientiæ religione: se
quando ea Sacerdoti exponenda sunt, adeo cr
ciantur explicatione circumstantiarum, vt mo
dus non sit conscientiæ placandæ. Quod & pa
animis accidit non raro, in exponendis rec
quæ vix speciem vmbramque peccati admitt
Horrent Dei iudicium: inferni fauces sibi inha
re putant; se damnandos illico pronuntiant: ci
silia solatiaque omnia habent suspecta; diueri
rum aures consuluntur, & nesciunt acquiescere
quia in cognitione morbi laborant, qui non e
in legis æternæ violatione, sed in vlcere quod
nimam exulceratam depascitur. Arbitrantur e
iam, mali remedium esse confessionum reiter
tionem frequentem, cum nihil pernicio sius si
est enim ægritudo hæc similis scabiei prurienti
ac mordicantis, cuius affricatio voluptatem p
rit eximiam: sed id remedij morbum non sana
imo recrudescere facit, non sine magno perici
lo inflammationis admodum pernicio sæ, & do
lorem pœnitudinemque improbæ voluptat
relinquit. Confessio hæc repetita affricatio e
prurientis scabio sæque conscientiæ: meritoqu
de e

Remedia contra scru pulos.

Ierem. 51.

dicta dici potest, *Curauimus Babylonem, & non est sanata.* Imo certe tales exponunt se periculo grauioris morbi, affectam partem intempestiuo remedio proritantes: neque enim repetitiones illæ, atque exaggerationes inculpatæ conscientiæ, remedia sunt, sed ruinæ ac interitus; quin etiam maniæ ac dementiæ viam sternunt, ni probis medicis fidem habeant? Verum corporum medici subinde proficiunt bono consilio, salutari medicamento: erga scrupulosos spirituales medicis plus patientiæ opus est, quam medicamenti: nam & illi non credunt dicenti, & medicinam non applicant: & si reprehendas, patientissimi sunt, minusque apprehendunt consilia, quam muscæ ventilabra: nam quidquid excutias, semper redeunt. Quem ex hoc ligno facies Mercurium, quomodo hunc idoneum putas PERFECTIONI capessendæ, cum omnes eius conatus, cogitationes, vires, consilia in id incumbant vno, decem, viginti, & triginta annis, vt vel vnicam molestiam amoliantur, nec possint? quo ergo vltra progredi dabitur?

Nihil hic dico de Complexionum varietate, humorum coniugatione ac mixtione: vt enim de Temperamento diximus, sic de humorum cognatione dici potest: & varias esse nempe hominum conditiones, & quasdam ceteris deteriores, quæ, quidquid impurum atque improbum in aliis est, in vnum coaceruasse videantur. Et hos minus idoneos ad virtutem esse, nemo in dubium vocabit. *Complexionum mixtiones.*

20. Est

Complexionem malã obstaculo esse studioso virtutis ratione probatur.

20. Est ergo beneficium ingens, sana & integra frui valetudine, eoque Temperamento ac Complexione, vt studio virtutis nulla aut certe paucioraimpedimenta obsistant. Qui fiet enim vt, qui lætitia perpetuo gestiat, vel mœrore tabescat, vel torpeat ingenio, aut denique desideriis exæstuet, modum virtutis normamque teneat, extrema vitet, compositus maneat, & regulam in actionibus obseruet? Verum est, ratio & mentis dominium multa possunt: & psittacum doces suum χαῖρε & lupum cicurabis, & cani caniſtrum impones: sed bestiæ sunt, nec fas; & psittacus facile idioma suum recantabit, & lupus semper sibi similis est, & canis, si, quod deuehit, voretur ab aliis, sui non erit immemor denique.

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. At recursus ille, preces importunæ, solicitatio, propensio molesta est, amor est & pondus: & nos molles sumus, tam diu molestas importunasque preces, à nobis præsertim promanantes, constanter ferre non possumus, acquiescimus, victasque damus manus. Et vero fateri debemus, *mores animi, Complexionem sequi corporis*, nisi viribus altioribus fulciamur: & hæc quidem D. Paulus suo calculo comprobat. *Scio enim* (inquit) *quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum Nam velle, adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantam me in lege peccati, quæ est in mem-*

Rom. 7.

in membris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius gratia Dei per IESVM *Christum, Dominum nostrum.*

reprehenditur inanis solicitudo valetudinis & curanimia.

21. Non intendimus hac prolixa disputatione de Temperamento & Cõplexione corporis instituta, ad PERFECTIONEM acquirendam necessaria, illorum fouere curas ac solicitudines qui toti in valetudinem curandam incumbunt, medicinis stomachi vires conuellunt, omnibus malis laborant, quibus alios detineri audiunt: quibus minimus dolor, maximi morbi vel prænuncius, vel præsentis indicium est: quorum palato nullus cibus arridet, nisi is qui est in optatis: quorum ventri numquam potest satisfieri: quos exilis doloris sensus ab omni officio auocat illico: quorum nullus alius sermo, quam de aduersa valetudine, eaque varia. Indecorum sane est, athletam spiritualem seruire palato, indulgere ventris desideriis, & loco studij PERFECTIONIS medicinæ aut curando corpori operam dare. Hoc medicis relinquendum est, & iis qui præsunt. Si adhibita sint oportuna remedia, nihilque superfit explorandum, ad patientiæ asylum recurrendrum est, & aliquid diuinæ prouidentiæ relinquendum. Hinc D. Bernardus prudenter monet: *Hic fouea est, quæ nolo vos lateat. Insidiatur enim voluptas sanitati & tam sublimi malignitate prosequitur, vt vix ea quis possit cauere, vel nouerit. Quod si voluptati seruitur, hoc iam de natura non est, sed sub natura, quæ morti manus dat, cum magistram constituit voluptatem. Inde etiam est quod multi ad tam bestiales & rebelles*

Serm. de triplici genere bonorum, & vigilantia super cogitationibus qui est in-

belles

belles impetus descenderunt, vel (vt dicam verius) ce
derunt: vt voluptatem præferant sanitati, & illis ip
sæpissime volutentur, quæ sciunt difficiles & acuti
mas subsequi passiones. At alibi dilertissime. *Qu*
hic vos dicitis obseruatores ciborum, morum negle
res? Hypocrates & sequaces eius docent animas salu
facere in hoc mundo: Christus & eius discipuli perde
Quemnam vos è duobus sequi magistrum eligitis?
manifestum se facit, qui sic disputat, hoc oculis, hoc
piti, & illud pectori vel stomacho nocet. Legumina ve
tosa sunt, caseus stomachum grauat, lac capiti noc
potum aquæ non sustinet pectus. Caules nutriunt m
lancholiam, choleram porri accendunt. Pisces deflag
aut de lutosa aqua meæ penitus complexioni non co
gruunt. Quale est hoc, vt in totis fluuiis, agris, hort
cellariisue reperiri vix possit quod commedat. Puta
quæso monachum esse non medicum: nec de comple
ne iudicandum, sed de profectione. Num Hypocratis
Galeni sententiam, aut certe de schola Epicuri de
proponere vobis? Christi sum discipulus. Christi disci
lus loquor. Ego si peregrinum dogma induxero, ipse pr
caui. Epicurus, atque Hypocrates, corporis alter vo
ptatem, alter bonam habitudinem præfert. Meus Ma
gister vtriusque rei contemtum. Animæ in corpore n
tam quam summo studio iste, vnde sustentet: ille, vn
& delectet inquirit atque inquirere, docet, saluam
monet & perdere. Quid enim tibi aliud de Christi au
ditorio sonuit cum paulo ante clamatum est, qui ama
animam suam perdet eam. Hæc Bernardus. Certe
sancti Patres, qui de varijs varia scripserunt, de
nulla re parcius, quam de curanda valetudine
(etsi moderata cura sua laude non careat) sed in

Serm. 31. in Cantica.

eo ela-

coelaborant, vt nobis persuadeant, mortificationem corporis, animæque sanitatem, præferendam esse valetudini: quæ sola parum iuuat acquirendæ pietati, teste B. Paulo, qui dicit: *Cum infirmor, tunc potens sum.* & : *Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* &: *Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia vtilis est.* Plurimi quoq; sancti viri in graui corporis languore & infirmitate præstantissima quæq; gesserunt: qualis D. Gregorius in Pontificatu, quãuis cum assiduis stomachi doloribus conflictaretur: & S. Lydvvina incredibiles morbos tota fere vita perpessa, egregia patientiæ & sanctitatis monumenta reliquit. Quid ni & nos à nobis ipsis aliquid patiamur, cum & mortales esse nos deceat esse memores: & *per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum Dei nec sit seruus maior Domino suo?* denique *omnes sancti quanta passi sunt tormenta, vt securi peruenirent ad palmam martyrij!*

2. *Cor.* 12.
1. *Cor.* 1.
1. *Tim.* 4.
Act. 14.
Ioan. 15.

CAP. XIV.

Passiones animi à Complexione praua factas immoderatiores, PERFECTIONI *quærendæ esse impedimento.*

22. VEnio tandem ad id quod in hoc tractatu postremum non est: & quod inter multa, quæ virtuti aduersantur, propemodum

Passiones animi oriri ex intemperie corporis similitudo apta.

dum primas obtinet: nempe, *animi passiones ex dicta intemperie oriri, excitari, virescque omnes assumere.* Nam enim venæ si vacuæ sint, aut certe solius frigidæ potione refocillentur, non admodum turgescent: incredibiliter vero inflabuntur, si generosioris vini liberali potu satientur: sic & animi affectiones, si solo phlegmate aut melancholico humore nutriantur, langueſcunt, & quasi frigidæ, & suo qualicumque calore fouendo contentæ, non erumpunt: sin vero humoris sanguinei aut cholerici viribus vehantur, alanturque vberius, ferociunt, &, instar ignis concluſi exiguo fomite admoto, impetum faciunt, non sine strepitu & incommodo, cum illius à quo flamma exeritur, tum eorum in quos exilit ac intorquetur. Sed de his paulo altius repetendum est:

Appetitus duplex. Intellectiuus.

in homine nempe duplicem esse appetitum; quorum alter *Intellectiuus* appellatur, alio nomine *voluntas*, soli animæ rationali inhærens: vnde ponitur in parte superiori: alter à sensu cui inhæret, (inest enim toti compoſito ex anima & corpore, vnde constituitur in parte animæ inferiori) *sensitiuus* dicitur: *& habet potentias duas, alterã concupiscibilem alteram irascibilem.* Harum motus, seu operationes, passiones

sensitiuus.

Passiones vnde dicãtur.

dicuntur: quod per illas potentia, corporali quadam immutatione alteretur, & quasi patiatur: quia vero subinde rectam rationem turbare tenebrasque offundere soleant, perturbationes appellantur. Censentur à D. Augustino & Diuo Thoma numero vndecim: quarum sex

Lib. 9. ciuit c 4. & lib. 14. c. 7. 8. 9. D. Thom. 12. q. 23. a. 4.

residunt in potentia concupiscili, nempe *amor*

deſi-

desiderium seu concupiscentia, odium, fuga seu abominatio mali, delectatio, quæ & gaudium nuncupatur, dolor vel tristitia; quinque reliquæ sunt in irascibili, videlicet *spes & desperatio, audacia & timor, ira denique, quæ & indignatio zelusque dicitur*. Oriuntur hæ perturbationes cum ex obiecto aliquo bono, tum ex malo per imaginationem animæ præsentato. Res enim bona obiecta, tam quam principium actiuum, primum omnium proritat animum, attrahit, & inclinat ad se: hæc propensio *amor* dicitur. Quod si illico non obtineatur, incitat appetitum ad illam procurandã: hoc est *desiderium*. Quam si obtineat, efficiet in anima quietem & pacem; & dicitur *delectatio & gaudium* quæ est animi lætitia ob præsentiam boni possessi. Eundem ex oppositò effectum gignit res mala appetitui exposita per imaginationem: & primo quidem auersionem, qua conatur eam à se remouere; & dicitur *odium*. Sequitur deinde studium rem illam propellendi; & dicitur *fuga seu abominatio mali*. Quod si malum adhæreſcat, nec possit repellere, nascitur *dolor seu tristitia*. Quod si bonum appetitui obiectum arduum sit, sed ita conceptum, vt obtineri queat; efficiet in potentia irascibili *spem* illud consequendi: contra vero *desperationem*, si concipiatur quasi obtineri nequeat. Rursum si appetitui malum obiiciatur, quod ægrè depelli possit, & tamen homo confidat se depulsurum; nascitur *audacia* in appetitu: sin minus, *timor*. Si vero malum sit reipsa vel imaginarie præsens; surrigit se *ira* contra malum, malique auctores, & tum illud,

& q. 25. a. 4. *Passiones.* 11. D. Thom. sup. *Amor.* *Desiderium.* *Gaudium.* *Odium.* *Abominatio mali.* *Tristitia.* *Spes.* *Desperatio* *Audacia.* *Timor.* *Ira.*

lud, tum hos tollere nititur è medi
23. Quantum hę perturbationes noceãt an
mę quieti & tranquillitati, quę ad virtutem
peſſendam apprime neceſſaria eſt; quantũ &
nitati corporis: adeo oĩbus notũ eſt, vt hæc ve
tas probatione non egeat. Toti enim cõpoſi
animæ nimirũ & corpori, ac eius organis inſi
& cũ ſæuiunt, vires tã corporis q̃ animi exha
riunt ac fatigant incredibiliter, vno eodemq
telo ſimul corpus & animam conficientes. Po
mus hic aliquot paſſionum exempla, & vim
ficacitatemque perſpiciamus.

Paſſiones virtutis ſtudio eſſe impedimẽto, probatur exemplis.

Ab *amore* incipiamus. Apem e Bezacis ſiue
Ioſephus) Rhapſacis Themaſini filia, concub
na Darij Perſarum Regis, à Rege præ cete
amata, ita vt dextera aſſideret, & de capite diad
ma auferret, ſibique imponeret, Regis mala
ſiniſtra manu feriret, cum interea Rex ea
hianti ore intueretur, arridenti arrideret, & ſe
cenſenti blandiretur, quo ſibi eam reconc
liaret. Quo argumento vſus Zorobabel, apu
Eſdram, mulieres maiores Rege vires habe
pronunciauit: non mulieres, in quam, ſed p
ſionem vel amoris vnicam Regibus imperan
Quis hoc crederet, niſi Eſdras taſtaretur? *Deſide-*
rii impotentia non minus afficit animum, ne
quidquam turpe aut difficile agnoſci permi
tit. Eſau famelicus à venatione rediens, len
tis edulio ius ſuæ primogenituræ fratri Iaco
bo vendidit. Iacob deſiderio Rachelis æſtuans
laborem obſequij quatuordecim annorum ſi
ne ſenſu labentis temporis ſuſtinuit. Quidĩ
impu-

1. *Amoris vis. L. 11. Antiq. Iudaic. c. 4. c. 3. Eſd. 4.*

2. *Deſiderij. Gen. 25. Gen. 29.*

impudentia! auri cupiditate Iudas discipulus Messiam & Redemptorem orbis argēteis triginta vendidit: sed quæ merces finis q; insani desiderabiens laqueo se suspendit. Amnon tanto desiderio sororis Thamar captus est, vt ei stuprū inferret, & incestus sui pœnam ferret: necem nimirum, quam ei frater eius Absolon attulit. Profecto cupiditate incensis nulla religio, nihil sacrū, nihil inausum relinquitur, quod suo scelere sacrilego non temnerent. *Matt. 27. Victor. 1. 2. Reg. 13.*

3. *Gaudij.*

Quid de *gaudii ac lætitiæ* efficacia dicam? Victis ad Thrasimenum Romanis, eaque clade indicata, solicita & anxia multitudo sese ad portas effudit, viri promiscue & fœminæ, quę suorum fortuna esset exploraturi. Varij hic scisciūm affectus, vt quisque de suorum morte aut vita certior factus esset. Mulierum multo maiores planctus & gaudia extitere: quarum vna sospiti filio ad ipsam portam facta obuia, complexu eius expirauit, altera, cum falso mortis filii nuntio mœsta domi sederet, ad primum conspectum redeuntis exanimata est. *Titus Liuius l. 22. initio. Valer. Max. l. 9. c. 12. Plutarch. in vita Hānib.*

4. *Tristitia.*

Sæua bestia *tristitia* quid non facit? Heli Sacerdos, cladis teterrimæ Philist hæo bello acceptę, captęque Dominiarcæ, nuntio consternatus, audita triginta millium Iudæorum, & duorum, qui in ea acie steterant, filiorum cæde, solio pręceps datus mortem obiit. Antiochus Epiphanes è Perside fugatus, cum Lysiā quoq; Ducem à Iudæis victum cognouisset, mœrore animi in varios morbos incidēs, misere periit. Refert post Gregorium Nazianzenū Cœlius Rhodigi- *1. Reg. 4. 1. Mach. 6. D. Greg. Naz. in oratione. 3. qua est. 1. inuect. in Iulian. ibique Pamel. & Nōnus. Lib. 29. c. 5. Antiq. lect.*

diginus, Aristotelem in Chalcide Euripi sep
die ac nocte reciprocantis naturam admiratu
causas altius secum librantem, cum minus
ti compos euaderet, animi ægritudine con
xisse morbum, ex quo non conualuit ampl
Sunt qui prodant in fretum dedisse præcipit
se, hincque natum elogium: *Quoniam Aristo
non cepit Euripum, Euripus cepit Aristotelem.*

5. *Timoris.* *1. Reg. 25.*

Non minorem vim habet *timoris* affec
præsertim inopinatus. Nabal timore conce
irati Dauidis, quem ingratus contempserat,
co mortuus concidit. Illud etiam dignum
moria, quod de Iuliæ Cnæi Pompeij vxoris
sti casu Plutarchus narrat. Cum enim in co
tiis ædilitiis nonnulli ad manus veniissent, &
ca Pompeium non pauci occisi essent, cru
respersus mutauit vestes: quas domum refe
vt forte Iulia vterum gestans cõspexit, extim
& suspicans mortem mariti, animo defecit, &
illa turbatione abortiit.

In Pompeio.

6. *Iræ.* *1. Reg. 25.*

Dicam postremo de *ira*, ceteris prætermi
ne in re clara prolixior sim. Dauid Rex alioq
benignissimus, qui velut ex professo hostes
diligere videbatur, Nabalis tamen superbi
& ingratitudinem cum ferre non posset, ira
census, eum cum tota familia ad internecion
deleuisset, nisi Abigail, Nabalis vxor, ipsum p
casset. Idem Ioram Israelitano Regi accidit
Samariæ obsessus à Benadad Rege Syriæ, cu
fames maxima ciuitatem inuasisset, cont
Eliseum Prophetam tanta ira exarsit, eo quo
Deum pro liberanda vrbe non exoraret,

4. Reg. 6.

miserit satellites, qui ei caput præciderent; sed pœnitentia ductus, satellites reuocauit. Multa irati facimus quæ sani mente ne cogitare quidem auderemus: quid enim iratus non audet, etiam si vitam prodigere debeat? denique Valentinianus Imperator (inquit Sanctus Hieronymus) cum aduersus Sarmatos Quadosque propter Illyrij vastationem in consistorio sæuus infremeret, & totius gentis excidium rigidus minaretur, sanguine erumpente discrepuit. *Epist. 29. ad Præsidium Diac. tomo 9.*

Declaraturrationibus, passiones impedire Perfectionem. 1. Ratio.

14. Hæc ergo monstra omnia domanda erunt à tirone: si namque natura ferox, si immanis, si libidinosa, si effrenata laboret audacia, si vmbram suam horreat, si odij ac vindictæ tenax, si effusa in lætitiam dissolutam sese non contineat, si denique perturbationibus obnoxia sit in gradu aliquo intensiori: vbi *requiem ac tranquillitatem* necessariam ad virtutes recipiendas, augendas, atque exercendas inueniet?

2. Ratio. Passiones peccatum appellata. Rom. 7.

Si B. Paulus vitiorum incitamenta peccatum nominat, eisque ascribit omnem suam infœlicitatem, dicens, *Si autem, quod nolo, illud facio; iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* & tamen perturbationes moderatiores in ipso erant, quam in nobis; & minus loci in eius animo, ob maxima diuinæ gratiæ munera, & protectionem singularem, inueniebant: quid de nobis statuemus, quos & grauissimæ oppugnant passiones, & plurimæ perturbant infirmitates; vulgari tantum gratia & protectione dona-

Epist. 106. ad Paulinū contra Pelag in fine.

donatos? D. Augustinus lamentatur cum Paulino in quadam epistola eandem calamitatem, qua ita ad eum scribit: *Quid verius, & veracissima confessione plenius, quam illud est in quadam epistola tua, vbi naturam nostram non mansisse vt condita est, sed vitiatam esse per illum generis humani patrem, humiliter deplorasti, dicens: Pauper ego, & dolens, qui adhuc terrena imaginis squalore concretus sum, & plus de primo quam de secundo Adam & carnis sensibus, quam terrenis actibus refero. Quomodo tibi audebo me pingere? Erubesco pingere quod sum, non audeo pingere quod non sum: odi quod sum, & non sum quod amo. Sed quid misero mihi proderit odisse iniquitatem, & amare veritutem: cum id potius agam quod odi, nec elaborem quod ger id potius agere quod amo? Ipse discors & intestino bello distrahor, dum spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum dimicat, & lex corporis legi peccati legem mentis impugnat.* Hæc & plura Paulinus lamentatur, & Paulum imitatus exprimit aduersum passiones animi omnis generis, quibus vrgemur à virtute abducimur, vel etiam ad peccandum inuitamur.

3. Ratio. Passiones quando sint peccatum.

Quæ quidem non lædunt, si non admittantur: sed quia importunæ, molestæ, assiduæ, & vrgentes sunt, & sæpe potentissimæ, quis non lædatur aliquando? quis non frangatur? & quis in pellendis atque excludendis occupatus strenuis virtutibus acquirendis operam nauare, exercendis sese impendere, perficiendis dedere se poterit? Magno ergo beneficij loco quisque reputet, si naturam Complexionemque temperatam accipiat, quæ acquirendæ PERFECTIONI sit idonea:

Conclusio.

nea: & toto vitæ decursu occupari non debeat in amoliendis teterrimis passionum monstris acportentis, quæ miseros mortales vel trahunt adinteritum, vel immaniter torquent & affligunt, omnique corporali & spirituali solatio destitutos relinquunt.

CAP. XV.

Deum ab hominum Temperie aut Complexione, vt aliquem perficiat, non dependere: sed eius gratia pessimum quemque optimum posse euadere.

25. IDpostremo, non obstantibus iis quæ de naturarum intemperie dicta sunt, magnitudini diuinæ potentiæ tribui debet, quod, quantumcumq; quispiam inconditis depraua-tisque moribus sit, summa laboret intemperie, Complexione deterrima, ac passionibus immoderatis, Deo hominibusque sit inuisus: si diuina gratia deinde mentem occupet, voluntatem emolliat atque informet, mira in homine fiat mutatio: & talis quidem, vt non rebellem naturam, sed maxime temperatam ex matris vtero hausisse atque attulisse videatur. Id cum experientia notissimum sit, tum ex sacris Scripturis facile declarabitur. Cum enim D. Ioannes venturum Messiam annuntiaret, & ingratis Iudæis denuntiaret gratiam in Gentiles trans-

Sanari gratia intemperiem, prauamq; Complexionem, declaratur Scripturis. Lib 29. Moral. cap. 21.

transfusum iri, teste Diuo Gregorio: *Potens* ait, *Deus lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Luc.3. *pides hi* (inquit Origines) *nos significant, quia* Hom 14. in Ierem. *similitudinem lapidum obdurantes corda nostra reti-* Li 18 Mo- *mus veritatem.* Et D. Gregorius: *In Scriptura sac-* rat c. 20. *aliquando lapides in malo, aliquando in bono, accipi-* Luc.3. *lent: nam cum lapis pro insensibilitate ponitur, dur-* *per lapides corda signantur: vnde & per Ioannem di-* *citur, Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios* *Abrahæ: qui videlicet nomine lapidum corda Gen-* Ezech. 36. *lium designat, dura tunc atque insensibilia per infi-* *delitatem. Et per Prophetam Dominus pollicetur,* *dicens: Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo* *vobis cor carneum.* At Gentilium quam multi barbari! quam efferæ, quam immanes, quam truculentæ bestiæ! Hinc à Scriptura pardi, serpentes, dracones, lupi nominantur. Et tamen quam præclara & speciosa de ijs prædicantur à Pro- Isaiæ.35. pheris; *Lætabitur*, ait, Isaias, *deserta, & exultabit* Isaiæ 54. *solitudo; germinans germinabit lætabunda. &* Gal.4. *Lætare sterilis, quæ non paris erumpe & clama, quæ* Isaiæ.11. *non parturis: quia multi filii desertæ, magis quam* Isaiæ. 41. *eius quæ habet virum.* item: *Habitabit lupus cum* Isaiæ 51. *agno, & pardus cum hædo accubabit.* &: *Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrthum, & lignum oliuæ.* &: *Ponet Dominus desertum Sion quasi delicias, & solitudinem quasi hortum Domini: gaudium & lætitia inuenietur in eo, gratiarum actio, & vox laudis.* Quibus verbis Spiritus sanctus admirandam in hominibus mutationem significat, vt qui duri & crudeles instar leonum, vrsorum, & luporum, fœdi tamquam hædi, maculosi vt

pardi,

pardi, insensati vt bos aut vitulus ante gratiæ susceptionem, tristes vt in solitudinem relegati, superbi vt cedri, infructuosi vt arbores siluestres, horum iam mutato animo, omnes corporis simul qualitates mutatæ videantur, vsque adeo, vt *habitare possit agnus cum lupo. & hædus cum pardo accubare.* Addit Propheta: *Vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos: vitulus & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum; & leo quasi bos comedet paleas: & delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manū suam mittet.* Isaie. 11. Vis admiranda gratiæ Dei, quæ adeo hominem mutet, vt is qui fuit, non ille ipse esse censeatur. Magnus artifex Dominus & medicus incomparabilis: hinc Isaias: *Reuertentur Ægytii ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos*: Denique *impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua.* Isaie. 19. Ezech. 33. Hæc mutatio cum appareat in vniuersa Ecclesia, tum maxime in sancto aliquo religioso Ordine: vbi licet ex omni natione, mira morum varietate, officiorum ac negotiorum gestorum differentia, nullo discrimine collecti sint, tamen viuunt cõmuniter, & nulli amplius leones, pardi, vrsi, lupi, aut ferociores boues ibi sunt, sed omnes euaserunt agni, aut innocentes vituli: nec vnus comedit carnes, alius fœnum, alius paleas, *sed leo quasi bos comedit paleas*, omnes eadem mensa fruuntur, nec superior inferiorem in ciborum quantitate aut qualitate antecellit: *multitudinis denique credentium est cor vnum, & anima vna: nec* Isaie. 11. Act. 4.

quisquam aliquid suum esse dicit, sed omnia sunt cõmunia. Inter miracula mundo edita non est hoc maius, nec in quo se Deus magis ostendit absolutum hominum dominum, qui de ijs pro nutu & beneplacito suo possit disponere, & ab extrema animi corporisq; indispositione ad extremum splendorem vtriusque hominis statũ nullo negotio reuocare. Vere dixit Propheta: *In manu eius sunt omnes fines terræ.* Impij enim & iustis distantia cum extremis mundi partib. merito cõferuntur: at quia in manu Dei sunt, facile ei est vtramque manum distentam coniungere, & extrema in suis manibus componere. Quid mirum? figulus est, & de eadem massa facere potest vas in honorem & in contumeliam: non tãtum ex terra virgine, sed etiam postquam decocta sunt vasa, & in contumeliæ vsu pæne consumpta, rursus emollire, & in vasa gratiæ transformare. Quid ni? nam & fictores crystallorum in fornace ex frustis noua vasa restituunt. Et ipse est fictor egregius: *mittit crystallum suam sicut buccellas*; & in camino caritatis effractas vires animi corporisque de integro restituit, ac in vasa electionis transmutat.

Psal. 94

Psal. 147.

Idem ratio nib. probatur. Ratio. 1.

26, Etsi enim quispiam pessimæ Complexionis sit, & vitæ profligatæ, deploratis moribus, longo vsu ac consuetudine roboratis: remanet tamen in homine virtutum semina, rationis radius, igniculi iustitiæ, rectæ conscientiæ scintillæ, quibus nonnumquam illustratus atque excitatus ad se redeat, & condicionẽ suã deploret & vellet ille quidem se aliter habere, sed id con-

consequi non potest, ob virium imbecillitatem difficultatem, multitudinemque ingruentium tentationum, ac Complexionis deprauatæ pondus pertrahens in aduersum. Deinde ipsum rationis lumen, quod est initium ac basis bonæ actionis, ne quidem in grauissimis peccatoribus extinguitur: offunditur quidem vitiorum nebulis: tollantur vitia, lampas illa perillustris irradiat solito more, & maxime si cœleste lumen affulgeat. Accedit quod Deus gratia sua vires augere possit, ac corroborare, tentationum impetum auertere, animo ea solatia immittere, quibus incitatus etiam cum voluptate luctetur, ad victoriam consequendam, & virtutes acquirendas, Deo placendum, & gloriam æternam demerendam. Quod si vires sufficiant, prauitas Complexionis remanebit quidem aliqua, sed ad virtutis exercitium, meritorum incrementum, & PERFECTIONIS trophæum reportandum.

Adde quod, qui peccat, magna ex parte ex ignorãtia delinquit: & inter perditissimos quosque reperies, qui aliorum auctoritate, aut suasionibus speciosis, aut cupiditate inflammati potius, quam prudentes & scientes sese præcipitẽt & vbi eos erudiri contingit, ac instrui, improbis actibus modum ponunt. Ita fuit Diuus Paulus blasphemus, Ecclesiæ persecutor, æmulator ardentior paternarum traditionum. Certe ei animus erat optimus: & si sciuisset Christum esse Messiam, (vti nouit postea) numquam eum fuisset persecutus, vt euentus ipse docuit. Iudæorum quoque plurimi ignorantia laborantes in Chri-

Ratio. 2.

Gal. 1.

in Christi mortem conspirarunt, principum ac doctiorum auctoritate atque iudicio nixi ac permoti. *Si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* & Petrus ait: *Nunc fratres, scio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes & veſtri,* Principes quidem inuidiæ ac vindictæ cupiditate excęcati, turba promiscua principum exemplo ac rationibus inducta.

1. Cor. 5. Act. 3.

Ratio 3.

Denique constat passiones ideo malas esse, quod cæcæ libidines & flagitia æquæ ac in virtutum opera prorumpant, voluntatis imperio aut dissimulatione; quæ si rationis regula & prudentiæ norma regerentur, vitio carerent; nam & amare, & desiderare, & frui re honesta & fine laudabili, honestum & laudabile est. Odisse etiã licet quod rationi & æquitati repugnat: illud ipsum fugere, irasci, ac vim repellere, si inferatur: & audenter aggredi ardua, constantiæ & fortitudinis impulsu.

Passiones ex se non esse vitiosas.

Ad mutationem morum duo requiri.

27. Itaq; duo hic requiruntur: sanctitas finis, seu intentionis purgatio: & sanatio voluntatis. Si enim passiones ad eum finem dirigantur, qui opus cohonestet: illud eo nobilius erit, quo intensius atque ardentius: & hoc ipsum efficiet ac promouebit affectio adiuncta potentiæ naturali: licet enim Deum intensissime amare, ardentissime desiderare, in ipso quiescere ac lætari. Hoc fecit Dauid, cum dixit: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* & alibi: *Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni*

1.

Intentionis purgatio.

Psal. 41.

Psal. 136.

detur

dextera mea. Adhæreat lingua mea faucib. meis, si non meminero tui. Quia vero peccata amorque proprius, concupiscentia item carnis & oculorum, ac superbia vitæ impediunt: iis vehementer irasci, cum nos impugnant, ac vim vi repellere, honestum est, atque laudabile. Ad id hortatur nos idem Propheta: *Irascimini, & nolite peccare*: licetque Christum imitari, & flagellum nodosum intorquere in eam partem, quæ tales aduersarios foueat. Et sane si res indecora ac deformis tantum valeat, vt animum amore sui rapiat, occupet, ac teneat; quanto magis virtutis honestas, Dei pulchritudo ac bonitas, in qua natura suis principiis aliquid conforme repetit, & in quam quadam propensione tendit, beatitudinem suam inuentura.

Psal. 136.

Psal. 4. Matt. 21.

Apta similitudo.

Vt enim exercitus prædonum, cuius dux nihil præter cædes, incendia, vastitates, furta, & latrocinia comminiscitur, nihil vtilitatis, sed damni plurimum adferre potest, quam diu in hoc ipsum incumbit; si vero dux ipse, mercede potentissimi Regis conductus, animum mutet, & scopum alio conuertat, Regis præscripto in omnibus pareat, impium latrocinium in iustum bellum commutet, non iam patriæ pacem populationibus perturbabit, non cædem ac vastitatem inferet, non prædas aget, sed tranquillitati Reipublicæ consulet, damna auertet, quin etiam aduersarios fugabit, regiones tuebitur, summamque pacem & securitatem inducet; & quo ducis illius potentiores ac generosiores erunt prædones, eo fortiores vicissim in Regis

erunt

erunt obsequio: ita cum passiones velut latrunculi ac prædones quidam à deprauata voluntate reguntur, cum membra illi omnia parent, omnes animi corporisq; vires, incredibilem bonorũ omnium, virtutum nempe, meritorum, cœlestiumque donorum adferunt vastitatem, & malorum innumerabilium segetem inuehunt: at si voluntas hominis mutata merere Deo velit, illius præceptis obsequi, & in eum scopum omnes animi neruos ac conatus affectionesque conuertere, passiones, quæ alias animæ interitum adferebant, præsidio erunt, pacem & securitatem inducent, aduersarios expellent, & virtutes propugnabunt. Hoc est quod Apostolus ait: *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Seruiunt enim peccatores iniquitati, dum rem in se deformem amplectuntur: verum eis satis non est turpe aliquid eligere & operari nisi illud etiam in alium finem dirigant: in quo duplex apparet turpitudo. Id etiam spectant, vt stabiliant propositum in quo versantur, ne turpitudinem quam delegerũt, quamque vehementer depereunt, breui cogantur deserere: & hoc quoque seruire est immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem. Vult ergo Apostolus omnia membra nostra seruire iustitiæ in sanctificationem, vt bona sit tes quam aggredimur & melior fiat desiderio & conatu perseuerantiq; maioriſque & amplioris in dies sanctificationis.

Rom. 6.

18. Alterum quod requiritur, est voluntatis mutatio, sine qua nihil omnino fiet: est enim dux huius exercitus: quo obtento, exercitum tibi concilias & possides. Illa imperat potentiis, facultatibus, affectibus, membris ac toti corpori: &, quod imperat, fit, si id in illius sit potestate. Sola libera est, & agit quod vult: reliqua carent libertate, & pro stipendio vtrique, vitio ac virtuti, merent; nihil perdunt de viribus vbicumque seruiunt. Hoc accedit, quod, qui Deo seruiunt, accessione noui spiritus ardentiores euadant, maiorisque ac certioris laborum præmij exspectatione feruorem augeant: tantum mutatur dux rectorque exercitus qui dirigit acies in fines alios, & milites ei totis viribus dicto sunt audientes. *Quare admodum iuuat Complexio, quæ ante oberat.* Quæ enim inflectebat ad impuros Veneris amores, adiuta spiritu nouo, & imperio voluntatis, tota in rerum æternarum amores, in diuinæ bonitatis complexus transfunditur. Conuersatio & amica & læta incredibiliter ad Dei charitatẽ eos allicit, quos cupit demereri: funiculi enim infracti sũt amor & lætitia, ac vehementer colligant ac vinciunt animos haud dissimiles. Qui vero Complexione sunt frigidiori, si non adeo valeant ingenio, modestia tamen, castitate, humilitate, parato obsequio plurimum prosunt: excitant enim ardentis spiritus incitamenta, ac torporem excutiunt. Qui autem generosi erant, non mutat eorum naturam gratia, sed perficit: iique strenue in seipsos sæuiunt: aggrediuntur ardua, constanter

2. *Voluntatis sanatio.*

Complexio praua per gratiam restaurata.

virtutis partes quo modo iuuet

1. *Sanguinei.*

2. *Phlegmatici.*

3. *Choletici.*

4.

Melancholici gratia restauratur.

stanter aguntac perficiunt. Vtitur deniq; Deus suis instrumentis, quantumcumque retusis nec difficile illi est, hominem melancholia, aut doloribus oppressum erigere, imo & morbis plurimis affectum lætitia perfundere, iudicium illustrare, mentemque sanctis cogitationibus imbuere, & voluntatem dulcedine spiritualis vnctionis implere.

Cap. XVI.

Abundanti gratia Complexionem deteriorem restaurari, exemplis declaratur: hominem tamen non omnino passionum oppugnatione liberari.

1. *Apostoli gratia Spiritus sancti in corpore & animo adiuti*

29. Nihil ago, si hæc exemplis non illustrem. Non fuit difficile Spiritui sancto, rudes & agrestes Apostolorum mores expolire, & Petri choleram ad constantiam ardentemque erga Magistrum amorem reuocare. Ita ceo Paulum, cuius ira non intra Ierosolymorum muros se continebat, sed domos, ciuitates, prouincias furibunda peruadebat: rapiebat innocuos ad necem, cui ipse insaniæ crudeliter consilio, opera, animo & voluntate concurrebat. Deus lupum in agnum conuertit, & in in animi fortitudinem iam ordinata commigrauit.

2. *D. Paulus. Act. 8. 9. 22. Gal. 1.*

3. Vnum è vetustioribus adferam. Manasses, optimi

optimi parentis Ezechię filius, cum ei succeſſiſſet in regnum, patris virtutes ſuis vitiis exæquauit, coluit idola, ſomnia obſeruauit, artes malefi cas exercuit, Domini per os prophetarum loquentis minas denuntiationeſque contempſit. Ob hoc ab Aſſyriis captus, & catenis atque cõpedibus vinctus, abductus eſt in Babylonem. At poſtquam eum ſuorum factorum pœnituit, in alium virum plane mutatus eſt: ſimulachra, quæ poſuerat, euertit, aras deſtruxit, & reſtaurato altari victimas & pacifica immolauit, ſuiſque præcepit vt Dominum Deum Iſrael colerent. Quis non eius naturam permutatam diceret? In bonum ex peſſimo conuerſus, in liberum ex ſeruo, in Regem ex captiuo, euaſit in virum virtutib. multis præditum, ex homine qui ex multis ſceleribus conflatus eſſe videbatur. 3. *Manaſſes. 4. Reg. 25.*

Præclarum illud Bonifacij mutati monumẽtum, qui cæcis amorib. Aglaes Romanæ matronæ captus, diutius ei ſeſe miſcuerat. Deus vtrumque hac peſte liberauit: mox finem pernicioſæ voluptati ſtatuentes, ſub Diocletiani perſecutione Roma Tarſum commigrarunt pœnitentiæ cauſa: illicque diſtractis iis quæ ſecum attulerant in pios vſus, illa Monaſterium intrauit, cœleſtem profeſſura vitam: hic ad conquirenda & ſepelienda Martyrum corpora animum adiecit, eorumque vincula exoſculatus, eos vehementer hortabatur vt conſtanter ſuppliciaperferrent, quod breuem laborem ſempiterna requies conſecutura eſſet. Grauiſſimis &ipſe tortꝰ ſuppliciis tãdem ſecuri percuſſus eſt 4. *Bonifacius Breuiar. Rom. 14. Maij. Sur. tomo. 3. 5. Iunij.*

Eum sequenti die quærentes socij, cum mar-
rio affectum cognouissent, corpus vnguen-
conditum Romam portandum curarunt.
glae, certior facta ab Angelo, obuiam ei prod-
mixtis gaudio lacrymis; Ecclesiamque dei-
eius nomine ædificauit. Ipsius denique con-
nentiam & sanctitatem miraculis benigni-
mus Deus comprobauit.

30. Sed hi metas humanitatis non excess-
runt. Leones & lupos cicuratos forte cupis-
faciam quod optatis; & leonem primo, dein-
lupum diuinitus mansuefactos, postmodu-
homines leonibus & lupis immaniores ad lec-
tatem cœlitus reuocatos comprobabo.

5. *Leo S. Gerasimi virtute cituratur In Prato spirit. c. 107*

Abbati Gerasimo saucius leo obuius fac-
cum esset in silua, gemebundus pedem, cui sp-
na infixa erat, tumidum, pæneq; putridum, m-
dendum porrexit. Extracta spina Gerasimus li-
teo pedem inuoluit: quod quia feciſſet, poſt-
ferocitate leo sanctum virum secutus est, nec-
eo vmquam recedere voluit. Contentus inter-
pane & insulsis leguminibus, (carnibus abs-
nens, contra leonis condicionem) curam asi-
dum ad pascua aquamque deportandam è Io-
danis flumine mitteretur, velut prudens aga-
mandato Gerasimi susceptit. Contigit in p-
scuis asinum paulo longius abscedere, & ab A-
rabe quodam mercatore abduci mercibus
nustum. Redeundum erat ad Monasterium, n-
asinum leo inueniebat. Verecundiam perditi-
sini cum ferre non posset, quasi pœnitẽs & la-
crymabundus redit ad Monasterium, culpam

qu-

que fateri videbatur: cui Gerasimus: Benedictus Deus: asinum comedisti, officium ergo eius laboremque subibis in aqua vehenda. Subiit sane strenue, nec illibenter. Misertus quidã leonis, sancto viro nummos emendo asino nouo numerauit. Contingit deinde priorem asinũ tritico onustum iuxta Iordanem transeuntem deduci ad sanctam ciuitatem: qui, viso leone, statim accurrit: occurrit & leo gestiens: mercatores vero cum tribus camelis in Monasterium abegit: leonis itaque innocentia & ipso euentu cognita est, & ipse gratulabundus eam testari nitebatur. Ex eo tempore nomen Iordanis consecutus est, & annis amplius quinque egit in Monasterio instar canis officiosi. Mortuo Gerasimo (aberat forte leo à Monasterio, dum moreretur) cum eum per domum quæreret, rugiebat & dolorem præseferebat incredibilem. Sabbatius, Gerasimi successor, cum animal mulcere niteretur, & aliter placare non posset, duxit ad sepulchrum Gerasimi. Ibi leo ingenti dolore affectus, terram rictu quatiens, recedere noluit; nec quieuit, donec in magistri sepulchro vitam quoque suam deposuit.

6. *Lupus rabidus mandato sancti Francisci mansuescit*

31. Admirandum illud est, quod in ciuitate Eugubina fecit D. Franciscus. Cum enim lupus quidam immanis ciuitatem ipsam quodammodo obsedisset, vixque homines vel turmatim gradientes impune præterirent: superuenit S. Franciscus: statuit lupum aggredi: egressus oppido cum truculen a bestia accurrisset, ciuibus è turrium & ædium fenestris prospicientib.

In Chronico Minorũ Gallice edito Paris. anno 1608. lib 2. c. 39. in Latino lib. 10. cap. 29.

velut funestum quoddam prœlium) lupum ve
cauit, ferocemque belluam signo crucis con
pescuit. Ille exinde caput demittens, instar a
niculi ad sancti viri pedes sese prostrauit. Cum
que voracitatis & illatæ vastitatis eum redarg
set, & querelas ciuium ei exposuisset: indicau
ei se venisse vt pacem inter ciues & ipsum com
poneret. Pacis condiciones posuit, vt nemo c
uium ei noceret in posterum, omnes illatas i
iurias remitterent. Lupus capitis inclinatione
aurium, caudæ, & totius corporis gesticulatio
nibus annuebat. Adiunxit vir beatus: Expa
tua cauebis cuiquam damnum inferre: quod
præstiteris, præter condiciones iam positas i
super tibi polliceor alimoniam numquam de
futuram, cuius defectus ac fames hanc in ten
biem solet excitare. Lupus, ac si intelligeret, h
gnis omnia probare videbatur. Petenti dext
ram in signum fœderis, sancto viro dextram p
dem porrexit. Inuitantem in oppidum, vt co
pactas condiciones firmaret, velut agniculus l
cutus est. Fit concursus totius ciuitatis. Ibi D
Franciscus grauiter denunciauit populo, huius
modi plagas à Deo immitti puniendis mort
lium criminibus: alios esse in inferno lupos: m
biem inferni barathri ardentisque fornacis vo
raciorem rictu infausto huius belluæ, quæ præ
ter vitam mortalem auferre nihil possit. Tum
exposuit quas cum lupo extra portas iniisset co
ditiones vtrimque pactas. Easdem probarun
ciues. Iisdem quoque indiciis, quæ ediderat, a
sensus est lupus, pedemque rursus poscenti D

Franci

Francisco eleuauit,& in eius manu reposuit.Omnes lætitia exilientes, benedixerunt Dominum.Lupus vero instar blandientis canis dietim adianuas singulorum portionem emendicans,quocumque iret,gratissimus adueniebat, &excipiebatur in ædibus cum applausu.Nullus vmquam eum canis allatrauit, nulli & ipse vmquam ferox visus est. Post duos annos,annis grauior, mortuus est,magno populi dolore,& eo maxime,quod D.Francisci modestiã in se quodammodo exprimeret, ac eius sanctitatem in memoriam reuocaret. Vere *non erit impoßibile apud Deum omne verbum.* Si ergo crudeles bestiæ ad voces sanctorum virorum mansuescunt,cur barbari homines barbariem nõ ponerent mandante Numine. *Luc. 1.*

7.

Dauid latronum princeps. Rom. 5. In Prato Spir. c. 143.

En ergo aliquot propono, in quib. maxima Dei elucet beneuolentia , & *vbi abundauit delictum,superabundauit gratia.*Latro quidam Dauid nomine apud Hermopolim plurimos expoliabat, plures etiam interficiebat,ita vt nullus ei in his crudelitatis operibus conferri posset. Die quadam , dum exerceret latrocinia cum sociis plusquam triginta , ad mentem rediens ,compunctus est corde,relictoque consortio abiit ad Monasterium: quærit de Abbate interrogatus quid vellet, Monachus,ait,fieri volo.Recusante Abbate ingressum,eo quod senex esset,& delicatæ vitæ assuetus minus par esset laboribus & abstinentię religiosæ,feruens animo in hæc verba erumpit : Ego sum Dauid princeps ille latronum; idcirco huc veni , vt defleam peccata

» mea: si me susceperes, renueris, Deum testor,
» priorem redibo vitam: assumptisque mihi
» ciis, Monasterium hoc funditus euertam. H
» auditis, suscepit eum Abbas: tondēsque eu
» habitum religiosum induit. Hic in hum
» tate, obedientia, abstinentia, aliisque virtutib
» tantum profectum fecit, vt inter septuagin
» Monachos (tot erant in illo Monasterio) tan
» quam exemplar singulare emicuerit. Quod
» tempore, dum in cella esset, Angelus Dom
» his verbis eum interpellauit: Dauid, Dauid,
» misit tibi Deus peccata tua, & eris ex nunc
» gna faciens. Cui Dauid: Credere non possu
» omnia peccata, quæ arenam maris numero
» cedunt, tā breui tēpore mihi à Deo esse remi
» Iterum Angelus: Sicut Zachariæ non crede
» mihi propter incredulitatem suam lingu
» vsum ademi: ita & tibi faciam, erisque am
» do mutus. Dauid, humi se posternens, Ang
» lum hoc modo compellat: Cum essem in sæc
» lo, nefaria scelera faciens, & sanguinem hum
» num fundens, loquebar; modo quando seru
» Deo volo, laudesque illi offerre, tunc lingua
» meam, ne loquar, ligabis? Ad quem Angelu
» Cum implebis psalmodiæ canonem, loquer
» præter canonem vero penitus tacebis. Qu
» & factum est, plurimaque per illum Deus mi
» cula fecit.

8. *Moses latrocinijs ante infamis.*

32. Addam alium Moses (vt refert Sozome nus) cum seruus esset, & propter culpam dom expulsus, latrocinio se dedit, homicidia multa fe cit. Conuersus ad mentem, Anachoretica vita

vitam amplexus est, Æthiops mutauit pellem, pardus maculosos colores suos. Sex annis pertotam noctem stans orauit, neque genibus inclinatis, neque oculis somno clausis. Insuper caritatis officia sedulus exercuit: noctu enim circuibat cellas Monachorum, & lagenas singulorum aqua implebat, cum procul inde decem aut viginti aut triginta stadiis manaret. *Li. 6. c. 29. & Trip. hist l. 8 c. 1.*

Ita qui prius homicidiis formidandus fuerat, factus est amabilis: & qui graui infamia laborabat, sanctitate illustris: qui denique quondã rapinis terram infestauerat, regnum cœlorum rapuit. Felices latrones, qui feruore magnaque vi spiritus cœlos rapiunt. Addam aliud non omnino generis eiusdem.

33. Babylas quidam Tarsi Ciliciæ mimus profession, & magus, vir flagitiosissimus, duas concubinas tenebat. Multa pro dæmonis arbitrio, quo vtebatur, familiariter, siue cum eo, siue cum aliis nefarie transigebat. Ingressus quodam die Ecclesiam, auditoque Euangelio quod ad pœnitentiam hortatur, *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum*, ita compunctus est, vt redierit domum, & suis concubinis "
Quo, inquit amore, quam æquabili, vtramque "
complexus sim, sat superque animaduertistis "
iam mutatus aliud de meis rebus cogor statuere. Quæcumque labore cõsecutus sum, per me "
licet (iam Monachus fio) accipite. Illæ, oratione huius permotæ, responderunt cum la- "
crymis: Et nos in flagitiis tibi sociæ fuimus, erimus pœnitentiæ. Omnibus ergo in "

Babylas mimus & magus.

In Prato spirituali, c. 32. Matt. 3.

pauperes erogatis, incorrupte deinceps, casteque sancteque vixerunt. Hunc Babylam antiquum auctor Ioannes Moscus dicit se vidisse, venerabilem, modestum, & vero clementissimum virum. Quis hūc hominē fuisse flagitiosissimū dixerit? *Hæc certe mutatio dexteræ excelsi.* nā meretrices & latrones multos præcedēt in regnocœlorum.

Psal. 76.
Matth. 21.

10. *Iason Maynus. Iouius in Elogiis.*

34. Postremum è viris scientia illustribus adiungam quot adiungam. Exemplum memorabile habemus in Iasone Mayno Mediolanensi, qui missus Papiam, vtiuri ciuili operam daret, vitiis omnibus, & aleæ potissimum, ita fuit deditus, vt omnia cum hospite decoqueret, & iuris codices in membranis scriptum, magno emptum pretio, feneratori tradere cogeretur: ipse demum sordida in toga, capite tonso, & turpi tinea deformis omnibus ridiculus erat: sed mature & peracerbe castigatus, Deo auctore, seipsum colligit: tantaque deinde contentione in studia sese exercuit, vt omnibus mirabilis euaderet. Exin, suggestu dignus, Institutiones enarrauit. Concessit deinde Patauium; sed euocante Ludouico Sfortio Ticinum reuersus, cum laude vsquead vltimam senectutem docuit.

1. *Michael Stenus.*

Concludā in Michaele Steno, qui Dux Venetorum fuit: cuius vita cum adolescentia liberior esset, & ad luxum nimiāq; libertatem propensior, mutatis cœlitus moribus & fortuna in iuuētute, ita nimiam licentiam castigauit, summisque honoribus, grandi iam ætate, & Verona & Patauio veneto imperio adiectis, maritimisq; etiam rebus auctis, principatu suo tertium de-

cimum

cimũ post annum functus est, vt Antonij Venetij Ducis in eo iustitiam non desiderares: nec Thomæ Moceniri, quem præcessit, prudentiã ac bonitatem requireres. *Non est* ergo *abbreuiata manus Domini*, vt non possit mortuos suscitare, & ex lapidibus filios Abrahæ procreare. *Isaiæ.59. Luc.3.*

35. Illud tamen prætermitti non debet, quod, etsi subinde à prauis moribus ad vitæ purioris institutum Deus aliquem traducat, eum tamen non illico ab omni passionum molestia liberet: Manent in iustificatis passionum reliquiæ, manent habitudines ac propensiones ad malum, sed debilitatæ, & quodãmodo emortuæ. Quare nemo fidat sibi, & maxime si vel diutius vel ardentius alicui vitio adhæserit, aut naturaadmodum rebellis sit. *Facilis descensus Auerni est.* Idcirco nos Spiritus sanctus hortatur, vt tota vita in vitiosorum habituum mortificationem incumbamus. Ita D. Paulus monet *vt deponamus secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.* & ad Timotheum scribens, licet bene sanctum, *Iuuenilia*, inquit, *desideria fuge, sectare vero iustitiam, fidem, caritatem.* Ecclesiastes quoq; *Auferiram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua.* Imo & D. Paulus, alioquin perfectissimus, malo carnis suæ spiritu agitatus ait: *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus, est mihi stimulus cærnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui vt discederet à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea.* *In sanctis fomitẽ & impugnationes remanere ostenditur.* *Virg. 6. Æneid. 1.* *Scripturis.* *Ephes. 4.* *2. Tim. 2.* *Eccle. 11.* *2. Cor. 12*

Illa enim vna ratio est, cur Deus nõ illico omnem 2.

Rationibus nem impugnationem tollat, vt nos in humili-
1. tate contineat. Deinde nobis opus est aliquo exercitio, vt ad Deum recurramus lacessiti, & o-
2. rantes donorum omnium largitorem agnoscamus, ne ob ingratitudinem nos relabi permit-
Lib. 50 hom in hom. 21. in fine, edit Parisien. anno 1531 tat. Hoc Augustinus exponens latius, *Nos, an fratres carissimi, agnoscentes iniquitates nostras, quantum possumus contra malas concupiscentias repugnamus; ieiuniis, vigiliis, orationibus, languoribus, eleemosynis mala, quæ fecimus redimamus: & cum Dei adiutorio ita bonis operibus studeamus insistere, vt nos ad peccata pristina non possint concupiscentiæ nostræ retrahere: sed perseuerantes in omni bono, cum*
Psal. 115. *Propheta gratias referentes dicamus: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Rema-
3. nent præterea illi stimuli vt meriti occasionem
Concil. Trident. sess. 5. decret. de pec. origin. nobis præbeant, quemadmodum Concilium Tridentinum de concupiscentia, quæ à baptismo in nobis remanet, declarauit: Vnde D. Au-
In Psal. 64 gustinus, *Primo*, ait, *concupiscentia carnis sequentes duxit nos, postea renitentes traxit nos deinde accepta gratia cœpit nos nec ducere nec trahere, sed adhuc contendere nobiscum post contentionem erit & victoria, modo te, etsi oppugnat, non expugnet.*

3. 36. Quare sancti Patres toto vitæ suæ cursu
Exemplis. partim a passiones domandas, naturamque sanandam ac perficiendam, partim vt se Christo conformarent, partim denique vt Deo pro peccatis præteritis satisfacerent, horrende sæuierunt in corpora sua, non sine magno virtutũ profectu.

1. Theodoretꝰ, Episcopꝰ Cyri, de Polychronio
sic

scribit: *Mortificabat se aspero cilicio, vilique & nul lius pretij habitu: sicque inopem vitam agebat, vt nec necessariũ quidẽ semper haberet nutrimentũ: ac totam noctem vigil in precibus stans consumebat: ad augendam autem mortificationem habebat in cella truncum ex quercu*, (quem fatetur Theodoretus vix se potuisse tollere) *hunc noctu diuque imponebat humeris, & sic in oratione perstabat. Paupertatem tanto studio coluit, vt existimaret quouis regno magis expetendam. His aliisque id genus exercitijs in extremam vsque ætatem vsurpatis, ad tantam Dei notitiam continuamq; rerum diuinarum memoriam peruenit, vt mentem à contemplatione diuellere non posset: quare & cum his, qui ad ipsum subinde ventitabant, paucis differens, non poterat in animum inducere vt cogitationem à cœlis deduceret.* Hæcibi. *Polychronius. Theo. in hist. sanctorum Patrum, c. 24.*

37: Palladius quoque scribit, Macharium Alexandrinum, domandi sui causa, toto sexennio nihil præter cruda holera & legumina humectata sumpsisse: viginti diebus & noctibus tectum non ingressum, vt somnum vinceret; cum interdiu quidem arderet æstu, noctu vero frigore rigeret: deinde, cum aliquando ei molestiam exhibuisset spiritus fornicationis, nudum sex menses sedisse in palude Scetes, quæ est in vasta solitudine; & à culicibus, quæ magnitudine æquant vespas, toto corpore ita demorsum, vt videretur leprosus. Addit autem, ad humiliandum se, duorum modiorum sportam arena plenam, humeris impositam, per totam solitudinem deportare solitum. His aliisque exercitationibus corporis tantã apud Deũ promeruit gratiam

2. *Macharius Alexandrinus Pallad in histor. Lausiaca, sect. 17*

gratiam, & ad tam sublimẽ & constantem peruenit Dei cognitionem, vt sæpe noctem cum die in solius diuinitatis contemplatione detineretur.

Hoc ad extremum, ex iis quæ dicta sunt, constitutum maneat: videlicet, etsi fertilem idoneamque Deus Complexionem efformare possit in materno vtero, si tamen non faciat, meminisse oportet quod diximus, *Non est abbreuiata manus Domini*: quodque Anna mater Samuelis aiebat, *Deus mortificat & viuificat, deducit ad infernos & reducit. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat: suscitatque ex puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus & solium gloriæ teneat.*

Isaiæ. 59.
1. Reg. 2.

Cap. XVII.

Vulnera ac morbos animi, nisi per gratiam Mediatoris sanentur, Perfectionem *excludere. Primum vulnus exeplicatur.*

QVia cœpimus naturę nostrę infirmitatem depingere, & pauca pro rei magnitudine de mortalis corporis condicionibus attulimus: de animæ, quæ pars potissima est, infelici statu, & (vt dicam verius) casu, de vulneribus ac morbis, nonnulla quoque dicenda sunt. Proderunt ea nostri instituti primo fundamento, quod in animi demissione collocatur; magni-

Humilitatis materies.

magnique refert, eam de nobis opinionem inicio concipere, quam in progressu retinere decet. Quod etsi intendam in primis: longe tamen magis hanc tractationem suscipio, vt Christi IESV extollam gratiam, merita deprædicem, eleuem nostra, hominumque confusionem oculis oium obiiciam, & cognoscat ois caro, quia *non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*: & vt *sine ipso factum est nihil*; ita sine ipso fieri nihil posse: gratiamque Dei esse vitam æternam. Dicat ergo aliquis: *Diues sum, & locupletatus, & nullius egeo.* Respondebitur sane: *Nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Nec mirum: nam incidimus in latrones, qui nos despoliauerunt. Quid enim amisimus per lapsum primi parentis? magna profecto & multa.

Act. 4.
Ioan. 1.
Rom. 6.
Apoc. 3.
Luc. 10.

2. Nec difficile erit id nobis persuadere, si consideremus primum parentem non vt priuatum partes vnius singularis hominis agentē, sed vt caput generis humani causam corporis vniuersalis & membrorum singulorum sustinentem, si rem bene gerat, non sibi tantum acquirere, sed & toti posteritati: & si infeliciter agat, id damno omnium, qui ex eo orientur, fieri. Vt enim qui causam reipublicæ alicuius tractat, legitimæ ad hoc deputatus, ei, pro qua agit, vincit aut cadit: sic & primi parētes, à summo Principe caput Orbis constituti, causam ac veluti personam repræsentabant omnium qui aliquādo futuri erant: & victores nepotibus vincebant, & lapsi filiis posterisque suis labebantur.

Omnes homines in primo parente & fuisse, & peccasse.

Hoc

Hoc ipsum D. Paulus testatur cum quærit peccati originem, in vno capite communem culpam reponens. *Sicut* (ait) *per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerũt.* Ergo omnes peccauimus. Quo voluntate? nostra? nequaquam? nam hæc non erat: sed eius *in quo omnes peccauerunt*: quia omnes in illo, tamquam deputato legitime qui cõmunem ageret causam, deliquerunt.

Rom. 5.

Primum parentem peccando triũ malorum genera incurrisse.

3. Quid demum amisimus, vnde pauperes, miseri, & miserabiles, cæci & nudi nuncupemur? Christus Dominus, qui malis his tãquam bonus Samaritanus præsens adfuit, & remedia attulit, aptissima similitudine declarauit, primũ parentem, *cum descenderet ab Ierusalem in Iericho, incidisse in latrones, qui d espoliauerunt eum.* Hoc primum: addit & secundum, *eosdem* nempe *grauiter illum sauciasse*: accepit enim vulnera letalia quatuor in internis animi potentiis, in quibus præcipua vis ad agendum consistit: tot denique plagis confixerunt, *vt abierint mortuo propemodum relicto.* Quæ tria si exposuerimus, facile miserabilem statum, nuditatem, egestatemque nostram agnoscemus. Graphice Iob decalamitatibus suis differens, aptissima figura idipsum expressit. *Ego* (ait) *ille quondam opulentus, repente contritus sum: tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum: circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos: non pepercit, & effudit in terram viscera mea.* Hæ Iobo acciderunt, prospera fortuna in siniſtram

Luc. 10.

1.

2.

3.

Iob. 16.

versa,

versa, repente instar vuæ in torculari confracto, proculcato, ac detrito: omni bonorum expressoque succo vi & pondere grauissimæ calamitatis. Sed quis hoc fecit? Respondet Iob: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est. Irruit in me quasi gigas.* Iob.1. Iob 16. Sed quomodo eum aggreditur? tenet ceruicem eius instar inuasoris aut luctatoris, vt eum denique prosternat ac confringat. Circumdedit illum iaculis & sagittis in eum contortis, & quidem ea copia, vt ijs infixis hispidus totus horresceret; quemadmodum esse solet, qui in signum & scopum propositus est: nec modo exterius extima cute dissecuit, intimis quoque vulnerib. transfixit, lumbos ac renes traiecit; quid? imo fellis folliculum disrupit, & viscera discerpsit. Et vt oculis tangas, quod licet, & manibus, totus tabe & sanie, quæ ex felle per totum corpus aspersa est, manat ac diffluit, intimisq; vlceribus morbisque fœdissimis putrescit. Denique *concidit illum vulnere super vulnus*: quia mille complicatis malis afficitur, & infinitis concisionibus discerpta sunt ac dilacerata omnia. Qua, quę so, eloquentiæ maiore vi exprimi potuit parentis nostri infortunium? Latrones enim seu dæmones, eum aggressi, præstantissimum quod in eo erat, abstulerunt. Iob.16.

Tria in ipso cõsiderare possumus naturæ munera: vnum, quo ipsa natura constat: qualia sunt naturæ pincipia, ratio, facultates item seu potentiæ animæ, intellectus & voluntas: alterũ, quod ex naturę rationalis principijs oritur, nec *Tria naturæ bona in homine.* 1. 2.

nec cum brutis commune est; propensio nem-
pe ad bonum consequendum, auersio, odium
atq; abominatio mali: tertiũ cp in primo paré
toti generi humano collatum est, fuit iustitia;
ea quidem, quam parens in filios transfud
3. set.

4. Hoc munus, si Dei scopum consideres
quo omnes homines ad beatam sui possessio
destinauit tamquam finem vltimum, natur
statum ac limites excedentem, erat quodam
modo connaturale. Non enim voluit Deus ho-
minem in natura nuda consistere, vtque præ
finem naturalem nihil præterea intenderet
Nonita: sed destinauit ad finem omnino su-
pernaturalem: ideoque eum super naturæ
statum ac conditionem eleuauit per gratiam
& iustitiam, infusis vna ijs virtutibus, quæ &
intellectum ad rerum diuinarum cognitionem
assequendam attollerent, & voluntatem ad a-
gendum conformiter naturæ eleuatæ robora-
rent. Hæc gratia homines facit Dei filios: non
modo quia Deus naturæ auctor est, sed auctor
gratiæ & gloriæ, eaq; nos adoptat in filios, ac
progignit excellentiori ac sublimiori genera-
tione, communicata nimirum naturæ suæ diui-
næ participatione. De hoc statu ita scribit D. Pe-
trus: *Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad*
vitam & pietatem donata sunt, per cognitionem eius
qui vocauit nos propria gloria & virtute, per quẽ ma-
xima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hæc
efficiamini diuinæ consortes naturæ. Hic status sane
non est naturalis, sed longe sublimior: aliumque
finem

Hominis naturam ad supernaturalem statum, nec in puris naturalib. consistere.

2. Pet. 1

hæc subsidia, facultatesq; continet. q̃ quæ naturæ sibi relicta suis functionib. exequẽdis requirit.

5. Ex his trib. munerib. duo propemodum sublata sunt: nam quæ naturam ipsam constituunt, eiusq; proprietates emanantes, aduersarius non sustulit, nec potuit: sicut vltra substantiam temporalem, & corporis afflictionem, iubente Domino, diabolus Iobo nocere non valuit: sed facilis & propensus animus erat ad virtutis functiones, horrebat vitium, nec quidquam erat quod ordinem perturbaret. Hoc amisit: hoc torque, qui ex collo depẽdebat cum gratia & decore incredibili, spoliatus est. Tertium vero, cuius valor incomparabilis erat pretij, iustitia dicitur originalis, quæ & ipsum Adamum Deo gratum reddebat, & nos reddidisset: quæ appetitum inferiorem, phantasiam, membraque omnia corporis subiiciebat, ac vinciebat rationis imperio. Hæc omnino sublata est. Optime dixit Iob: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Nuditatem in hanc lucis vsuram attulit Iobus, quam post præuaricationem expertus est Adam & Eua. Viderunt enim quod nudi essent, & *fecerunt sibi perizomata*, ad tegendam nuditatẽ suam: nec modo se nudos viderunt, sed & senserunt se nudos: erant enim & prius nudi quam peccarent: & videbant, sed non sentiebant, infamem rebellionem: eam ideo quasi non videbãt. Senserunt ergo in se dissolutam harmoniam ac ordinem quem gratia originalis conciliabat inter partes superiores & inferiores, *& aperti sunt oculi amborum.*

Iob 1. & 2. Quibus bonis homo spoliatus sit.

Iob 1.

Gen. 3.

Ibidem.

Huic iustitiæ coniunctæ erant virtutes omnes, quibus vita spiritualis constabat, infinita dona cœlestia, Dei singularis protectio, ius ad æternam beatamq; hæreditatem, vitæ immortalitas, carentia malorum omnium. His omnibus, vno infelici casu, spoliatus est primus parens. Nudus ergo erat Iob ex vtero matris egrediens corpore & animo. Hoc vulnus etsi inter quatuor alia non censeatur, funestissimum tamen est, origo & fons omniũ malorũ, quodq; ad mortem inferendam sufficientissimum est. Id si

D. Thom. 1.2.q.85. a 3.

more neruose D. Thomas ita declarat: *Per iustitiam originalem perfecte ratio continebat inferiores animæ vires, & ipsa ratio perficiebatur à Deo, ei subiecta. Hæc autem originalis iustitia subtracta est per peccatum primi parentis & ideò omnes vires animæ remanent quodammodo destitutæ proprio ordine, quo naturaliter ordinantur ad virtutem: & ipsa destitutio vulneratio dicitur naturæ.* Hæc ille. Vt enim

Simile.

in regno aliquo, cum Regi parent Principes, Prætores, aliique subordinati subditi, ac denique infimi, omnia regni munia optime dirigi tur, pax & quies in eo viget, & sanum illud reipublicæ corpus esse censetur: quod si ordo ille tollatur rebellione aliqua inferiorum contra superiores, regnum illud magnum vulnus accepisse dicitur, & interitui esse proximum: ita etiam perdita originali iustitia, quæ ordinem illum continebat, rationem subiiciendo diuino imperio, & cœlestibus donis perficiendo, ad rite decenterque mouendas continendasque vires inferiores, has quoque rationi subdendo, vt non

rebel-

rebellarent, promtissime vero iussis parerent, perijt pax omnis, & vulnus naturæ inflictum est, quod ei mortem attulit.

6. Alia vulnera quatuor à Doctoribus censentur, de quibus ita D. Thomas. *Sunt* (inquit) *quatuor potentiæ animæ, quæ possunt esse subiecta virtutum: scilicet ratio, in qua est prudentia: voluntas, in qua est iustitia: irascibilis, in qua est fortitudo: concupiscibilis, in qua est temperantia, In quantum ergo ratio destituitur suo ordine ad verum, est vulnus ignorantiæ: in quantum voluntas destituitur ordine ad bonum, est volnus malitiæ: in quantum irascibilis destituitur ordine ad arduum, est vulnus infirmitatis: in quantum vero concupiscentia destituitur ordine ad delectabile moderatum ratione, est vulnus concupiscentiæ.* Hæc D. Thomas.

Vulnera quatuor, homini inflicta. D. Tho. 1. 2. q. 85. a. 3.

7. Sed de singulis aliquid dicendum est. Læsa est intelligendi facultas telo ignorantiæ & erroris, quamquam & error ab ignorantia oriatur, & tamen vulnus immane est. Cum enim nihil clarius sit, quam Deum rerum omnium auctorem esse, cui cultus, honor, & amor debeatur: homines tamen sibi Deos manibus fabricant, coluntque vitulos, staruas, imo & cacodæmones, nec verentur profiteri quod olim Iudæi: *Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Singuli quoq; peccatores sibi genios efformant, quos sequuntur & amant, quibus nihil est deformius: denique *dicunt bonum malum, & malum bonum: lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.* Vulnus est, & eo deterius, quo minus agnoscitur: & non a-

Vulnus primum in intellectu, idque multiplex.

1. *Erroris.*

Exod. 32.

Prou. 2.

gnoscitur, quia error est, & is ipse ignoratur.

2. *Ignorantia.* Sed quis magnitudinem vulneris ignorantiæ sine lacrymis explicet? Altum admodum est & enorme. Infantia nostra ac pueritia infirmi hinnuli captæ saltantis consumuntur, & best ipsis in multis miserabiliores sumus; quod op me D. Augustinus obseruauit. *Pulli* (ait) *e minutissimi & currunt, & matres agnoscunt: nec gendis vberibus cura & ope admouentur aliena, sed ipsi in maternis corporibus loco abdito posita mir facilitate nouerunt: Contra homine nato, & nisi nutrientis admotis labris papillæ vberis ingerantur vbi sint sentiunt, & iuxta se iacentibus mammis gis possunt esurientes flere quam sugere.*

L. 1. de pec. merit. & remis. c. 38.

3. *Fatuitatis. c. 12.* Accedit fatuitas quędam subinde in adulcribus, de qua supra copiose diximus; in aliis vero difficultas discendi tanta, vt malint ignorantiæ pœna multari, quam discendi laborem stinere: nam, vt bene D. Augustinus, *Sine labo nihil scimus, discimus cum labore: & plerique fic scendi laborem fugiunt, vt malint in perpetuis ign rantiæ tenebris versari, quam laborem subire ad scendum necessarium.* Adiungit: *Quid aliud m cat horrenda quædam profunditas ignorantiæ, ex q omnis error existit, qui omnes filios Adam tenebr quodam sinu suscipit, vt homo ab illo liberari sine d lore, labore, timore non possit?* Et hæc quidem ill sunt, quæ à studio cognoscendi homines deter rent.

L. 22. ciuit. c. 22.

4. Sed ignoret homo plurima quæ in rerum natura abditissima existunt, vtinam saltem na-

tura-

turali lumine illico finem suum agnosceret! Ignorat homo miser finem suum, in cuius consecutione beatitudo consistit: & sic ignorat vt numquam de eo cogitaturus sit, nisi diuinitus adiuuetur. Et quot inter fideles eum ipsum vel ignorant, vel plane, quid sibi velit, nesciunt! Maxima pars hominum ab ipso non dico fine supernaturali, sed vel à naturali abertant turpissime, eumque in reb. infam. b. constituunt: cuius rei testes esse possunt & hominum viuendi ratio, & Philosophorum sentẽtię variæ de summo bono, de quibus Augustinus disputat libris de ciuitate Dei. Quid autem miserius fingi potest ignoratione proprij finis, hoc est, veri, & summi boni? *Ignorationis finis vltimi.* *L. 19. ciuit. c. 1. & seq.*

5. *Ignorationis mediorum ad finem consequendum.*

Et quamuis multi finem illum non ignorẽt, cæcutiunt tamen in cognitione earum rerum, per quas ad beatam vitam peruenire potest: vt merito credi possit, potissimam orbis, imo & fidelium, partem ignoratione rerum ad fidem vel Legem Dei seruandam necessariarum perditum iri.

6. *Ignorationis rerum agendarũ.*

8. Sed & ea vtcumque cognoscant homines, quam multa in particularibus negotiis occurrunt, de quibus dubitant an æquitati repugnẽt necne! Quis enim est tam prudens, qui non sæpenumero hæsitet atque hallucinetur in deliberatione rerum agendarum, præsertim circa locum, tempus, modum, personas, aliasque circumstantias, vt sese vix possit resoluere? vnde non immerito Sapiens, *Cogitationes*, ait, *mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ.* Sap.

7. *Ignorationis rerum naturaliũ*

Nec mirum nos cæcutire in rebus spiritualibus : hæremus enimuero in rebus naturalibus etiam iis quę sub sensus cadunt, aut quas naturali lumine assequi possumus. Cum enim hominis proprium munus sit contemplari res omnes, & ex earum cognitione ad cognitionem conditoris ascendere: & cum insitum sit à natura incredibile sciendi desiderium : (*Omnes enim homines naturaliter scire desiderant*, vt Philosophus ait ; quod M. Tullius aliis verbis exprimit eleganter: *Natura*, ait, *ineſt mentibus nostris incredibilis quædam cupiditas veri videndi*) tanta tamen est imbecillitas mentis humanæ, vt ne formicæ, quidem naturam perfecte nouerit : quod Basilius, scribens ad Eunomium, probe declarat his verbis: *Itaque qui se existentium scientiam assecutum esse gloriatur, exponat nobis, quomodo, quod minimum est horum, quæ in lucem prodierunt natura habeat, & quæ formicæ natura sit, dicat. An spiritu & anhelitu vno ipsius contineatur : an corpus habeat ossium distinctum nem concinnatum ac discretum : neruisne ac nodis coniunctura rum roborata sit: An musculorum & glandularum complexu , neruorum natura vndequaque conseruetur*: an è sincipite per dorsuales nodos, ad caudam vsque medulla prorogetur : vtrum ex neruosæ *pelliculæ complexione, motis membris sit progrediendi facultas : habeatne hepar : an sub hepate sit flauæbilis folliculus: vtrum renes habeat, & cor, & arterias, & venas, & membranas, & diaphragmata: nudane sit vel crinita: an vnius tantum generis, an multifariis vtatur pedibus. Quamdiu viuat & quæsit illi propagandæ posteritatis ratio : quotuplo fœtu dum generat fœcun-*

Arist lib. 1. Metaph
Cicero li. 1. Tuscul. qu.

fœcundatur. Hæc Basilius. Quapropter vere dixit Ecclesiastes: *Cuncta res difficiles: non potest eas homo explicare sermone: & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem.* Quam vero obscuram ac tenuem de Deo notionem acquirere possit humanum studium, testantur tot portentosæ opiniones Ethnicorum de natura Dei: qui eo vsq; progressi sunt, vt etiam cepis & alliis diuinitatem attribuere non dubitarint. *Basil. epist. 168.* *Eccl. 1. & 3.*

8. *Ignorationis sui.*

9. Sed demus res omnes naturales alicui perspectas esse, & in philosophia naturali ipsum primum parentem aut Salomonem superare: nonne mirum est, verum tamen, quod ait Hugo de S. Victore cum B. Bernardo: *Multi multa sciũt, & seipsos nesciunt?* Ceteræ mentes Angelicæ seipsæ cognoscunt perfecte: humana mens nihil minus. Quid? non modo naturam suam, verbi gratia vnionem animæ cum corpore, modumque informationis, (quotus quisque enim est, præter eruditos, qui hæc nouerit?) compositionem item humorum & temperamenti, numerum ossium, venarum & neruorum colligationes & compagem cum carne & ossibus, accretionis & decretionis, nutritionis ac generationis arcana, principum partium officia, morborum causas, & similia, sed ne quidem cogitationes suas, & actus quos elicit internos, capit ac discernit. *Delicta quis intelligit?* (ait Propheta) *ab occultis meis munda me.* Infelix omnino conditio, vt ille ipse, qui propria voluntate male agit, non possit sæpe discernere an vere peccauerit, deli- *Lib. 1. de anima, c. 9.* *Bern. de interiori domo, ca. 21. & 29.* *Ps. 18.*

deliberate consenserit : quantum, & quoties Qui ergo fieri potest, vt ille vitã recte instituat & ægritudinibus suis medicinam faciat, qui ipsum non nouit, nec scit an & quo morbo laboret, & sæpe in morbi tuitione & peccati defensione sanitatem suam collocet?

9. *Indagationis mali alieni. Lib. de compunctione cordis.* Interea idem ipse, qui in suis delictis cæcus est, in alienis scrutandis oculatissimus est. Quod vitium, dupliciter deforme, vigere etiam inter eos qui PERFECTIONI dant operam, affirmat Chrysostomus. Talibus loquitur Christus, cum ait: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* Inde data est occasio fabulæ de duabus manticis, quarum anterior alienam, posterior propria continet. *Sed non videmus* (inquit ille) *manticæ quod in tergo est.*

Catullus in Scazonte. Persius Sat. 4.

Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed præcedenti spectatur mantica tergo!

Magna hæc miseria est : nam vitia propria cognoscere, semper est vtile, sæpe autem necessarium: aliena scrutari, vix vmquam vtile, sæpenumero noxium ac perniciosum.

10. *Animi impotentes discursus.* Accedit huic infirmitati alia non leuior: quod inuiti, alieniſſimo tempore, subinde ridicula, inepta, inania voluamus animo: & ea adeo sæpe illa hæreant, vt nulla ratione discuti ac obliterari possint. Deplorant hanc miseriam Patres sancti, quod tempore orationis, cum soli, minime soli & taciti, cum multis loquamur: eaque veniant in mentem, quæ ne cogitantes quidem inuenire possemus. D. Hieronymus, *Nunc*, inquit, *ar-*

Dial. contra Lucifer.

ber-

lorime in oratione mea aut per porticus deambulo, aut de fenore computo, aut abductus turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubescenda sunt gero. Forte D. Hieronymus in persona aliorum loquitur. Augustinus in Cõfessionibus, *Cum*, inquit, *in huiusce modi rebus conceptaculum fit cor nostrum, & portat copiosæ vanitatis cateruas, hinc & orationes nostræ sæpe interrumpuntur ac turbantur, & ante conspectum tuum, dum ad aures tuas vocem cordis intendimus, nescio vnde irruentibus nugatoriis cogitationibus res tanta præciditur.* Hæc ille. Merito itaque ait Apostolus : *Vanitati creatura subiecta est non volens.* *rianos, c. 6.* *Lib. 10. Confes. ca. 35. in fine.* *Rom. 8.*

II. *Corporis necessitates tempus ad agendũ præripientes.*

Addam denique, quod, cum mens nostra æterna sit, eique perpetua operatio deberetur, attamen quam diu in hoc corpore est, ne mediam quidem temporis vitæ nostræ partem sibi potest vendicare : nam infantia ipsa in primis, & pueritia detrahenda, & tertia, decrepita ætas, quæ sæpe inepta est & morbis continuis obnoxia : quibus ætatibus mens aut nihil aut admodum parum operatur. His iungendæ sunt noctes, quæ somno occupantur integræ. Refectioni corporis, & relaxationibus animorum, plures horæ, dies, & menses exiguntur. Necessitatibus aliis corporum intercurrentibus lubenter homines indulgent liberalius. Quantulum ergo est, quod intelligentiæ ad opus suum relinquitur ! quam denique exiguum, quam exile, si continuam negotiorum molem, importuni velut æstus fluxu ac refluxu, mentibus nostris inuectam consideres ! Quid de Deo,

de rebus æternis, de salutis suæ summa, cogi[tatione] superetit?

10. Ecce quot in vno vulnere tela confi[xa] xerint. Dicat ergo cæcus, miser, & miserabi[lis] homuncio: *Ego ille quondam opulentus, cum in ho[nore] esſem, non intellexi; comparatus sum iumentis in[sipientibus, & similis factus sum illis; repente contri[tus] sum.* Contendere cum Deo volui: temerita[tis] meæ pœnas luo. Et sane longe impar eram ta[li] to giganti: ipse sola manu tenens ceruicem me[am] prostrauit & confregit me. Hinc, fracta ceruic[e] stupidus & cæcus euasi; *factus sicut equus & mu[lus] quibus non est intellectus.* Philisthæi mihi oculos [e]ruerunt, quia in Dalilæ sinu requiescens a[d] uersariis fortitudinem meam exposui: cumq[ue] hostibus meis, qui in meam coniurauerant pe[r]niciem, essem ludibrio, posuerunt me [s]cut signum ad sagittam. Heu, quoties confixu[s] sum vel in vnico capite! etsi mihi oculi misse[r] vix vnus superesset immunis à tanta segete te[lo]rum, quæ densissime aduersarij certa manu in me collinearunt. Hinc cæcus prostratusque iac[e]o, quærens lucem. En ergo alterum Iob, vn[de] dique confixum, vndique exulceratum. Huius ignorantiæ ac cæcitatis miseram condicionem exponit Diuus Augustinus. *Cum magnum mal[um]* inquit *homines putent oculorum cæcitatem corpo[ra]lium, quæ lux ista retrahitur: quantam ergo pœnam patietur, qui secundis rebus peccatorum suorum [ce]perducitur, vt non sit Deus in conspectu eius, & cont[a]minentur viæ eius in omni tempore, id est, cogita[ti]ones & consilia eius immunda sint!* & remedium [ad]hi-

Iob 16. *Psal 48.* *Iob. 16.* *Psal. 31.* *Iudic. 16.* *August. in Psal. 9.*

adferens ait: *Totus mundus cæcus est. Ideo venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator. Omnes cæcos nasci fecit, qui primum hominem decepit. Currant ad illuminatorem, currant, credant, accipiant lutum de saliua factum. Saliua quasi verbum est, terra caro est. Lauent faciem. Baptizamini, vt & illuminemini.* Hæc Augustinus. Sed tolerabile foret si solus oculus esset saucius, volūta quoque oppido vulnerata est

Lib. 50. homin hom. 43.

CAP. XVIII.

Ponuntur alia tria animi vulnera.

Voluntatis vulnera.

11. ET quidem intellectui inflictum vulnus, voluntati, quæ alioquin cæca est, nō minus officit, quam si eodem ipsa fuisset telo confixa. Si enim à cæco ducatum tollas, in mille pericula præcipitas: aut si videnti lumen extinguas, vel auferas, non erit is cæco melior. At intellectus oculus voluntatis est: & eodem telo, quo læsus est, sublatus est voluntati ductus: lumen quoque sapientiæ extinctum, ne cœlestia videat. Quomodo ergo homo in rebus eligendis ac gerendis in mille pericula non ruet? duplici ergo oculo excæcatus est homo, naturali ac diuino. Etsi enim primus parens peccando fidem non amisit, nobis tamen amissit, omnesque eius filij cæci nascimur.

1. *Amissio ductoris seu oculi tam naturalis quam supernaturalis.*

12. Adhæc innatus simul est amor sui, per quē ex eadem voluntate pulsus est amor Dei: & hic

2. *Amor sui.*

hic amor, quem φιλαυτίαν vocant, origo & fons malorum omnium est: eoque solo homo male dicitur esse. *Nec aliunde bonus es*, ait Augustinus, *si bonus es: nec aliunde malus es si malus es: nisi quod vel bene vel male amas quod bonum est.* Nam omne *quod est, bonum est: sed cum illud, quod bonum est male amatur: illud bonum non est, & hoc malum est.* Hic facit amor sui, qui omnia bona ad se trahit, & fine ad quē referre deberet, animātis auocat inten-

Lib. de substantia dilectionis. c. 2. tom 4.

Amoris sui filiæ tres.

tionem, generatque *carnis concupiscentiam, oculorum cupiditatem & superbiam vitæ*: quæ tres sunt filiæ amoris proprij, omnia vitiorū genera creant, eademque latissime generatione propagant. De eo multa Patres: nec satis multa dici possūt, quo grauiori telo sauciari homo non potuit, aut voluntas profundius confodi: cum & ipsum telum infausti amoris: tela noua in ipso vulnere profert, vt voluntatem infinitis modis conuulne-ret. Vnicum audiamus Augustinum, ceteris omissis. *Quid* (ait) *amor ipse tot rerum vanarum atque noxiarum? ex quo mordaces curæ, perturbationes, pœ-rores, formidines, insana gaudia, discordiæ, lites, bella, insidiæ, iræ, undiæ, inimicitiæ, fallaciæ, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, superbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, sæuitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, fornicationes, adulteria, incesta, & contra naturam vtriusque sexus tot stupra atque immunditiæ, quas turpe est etiam dicere, sacrilegia, hæreses, blasphemiæ, periuria, oppressiones innocentium, calumniæ, circumuentiones, prævaricationes, falsa testimonia, iniqua iudicia, violentiæ, latrocinia, & quidquid talium malorum commentus*

Lib. 12. de ciuit. c. 22.

mentem non venit, & tamen de ista vita hominum non recedit, Verum hæc hominum sunt malorum: quia tamen erroris & peruersi amoris radice veniens vitium qua omnis filius Adam nascitur. Hæc Augustinus. His quid addi possit, non video

3. Aliud voluntatis vulnus agnoscimus in difficultate quam experimur tum in vitiis superandis, tum in virtutum actibus exercendis. Res enim omnes pondere quodam in suum finem feruntur: & ea, quæ naturæ suæ consentanea sunt arripiunt auide, impedimenta omni vi, qua possunt, propellunt: & ad ea, quæ naturæ repugnant, ægre ac difficulter impelluntur: vt ignis sursum vergit, lapis deorsum, aer inclusus erumpit: denique hæc suo impetu euertunt moles grauissimas, quæ ipsorum fluxum motumue præpediunt. Finis hominis naturalis, si voluntatem spectes, est, rationem ducem sequi: & virtus ideo naturæ attributa, vt potentiam iuuaret, & ea cum voluptate ageret. Est ergo & virtus secundum naturam, & vitium naturæ repugnat. Deberet igitur homo & libenter bene agere, & cum voluptate virtutem excolere, ægre ac difficulter ad vitia impelli. Id non experimur in nobis: nam & ægre vitiis repugnamus, difficulter iusticiam, clementiam, benignitatem exercemus, cum voluptate vitiis adhæremus. Ergo læsa voluntas est, eiusque natura ac condicio immutata. *Homines lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis: bibunt quasi aquam iniquitatem.*

Difficultas resistendi tentationibus & bene agendi.

Similia.

Prou. 2. Iob. 15.

Equi

Simile. Equi generosi solo verbo gradiuntur, i liunt in hostem, freno amplius quam calcar digent: at asini, atque equi degeneres, imp debent subiectis calcaribus, minis, clamor & vel tum quidem vix incedunt. Ergo de vires, concidit animus, aut læsa gradiendi fa tas. Nos certe equi degeneres sumus tam in ma ætate quam in adulta, quos multa præce comminationes, pœnæ propositæ impellere beant, cum ad bene agendum, tũ vt à vitiis co ceamur. De puerulis ita loquitur Augustin

Lib. 22. de ciuit. c. 22. Eccle. 30. *Quid sibi volunt multimodæ formidines, quæ cohi dis paruulorum vanitatibus adhibentur? quid pe gi, quid magistri, quid ferulæ, quid lora, quid vi quid disciplina illa, qua Scriptura sancta dicit lecti filij latera esse tundenda, ne crescat indomi domariqueiam durius aut vix possit, aut fortasse n possit? quid agitur his pœnis omnibus, nisi ut belletur imperitia, & praua cupiditas referen cum quibus malis in hoc sæculum venimus? Nam hinc apparet in quid velut pondere suo procliuis prona sit vitiosa natura, & quanta ope, vt hinc liber tur, indigeat?* Hæc ille. Quid vero significa maiora illa tormenta, quę legum seueritas ma ribus excogitauit; cruces, secures, patibula, to ignes, & alia id genus, nisi sæuitiam tantam o nino esse necessariam contra pronitatem hum næ voluntatis ad malum? nam tanta in abund tia vanæ cupiditatis, quæ sese prodit in puer huius lucis vsuram intramus, vt rarissim ille sit, qui, si permittatur & viuere vt vel & facere quod lubebit, non in ea facinora a flag

flagitia, quæ modo commemoraui, vel cuncta vel plurima prorumpat ac perueniat. Quanta profecto miseria illa erit, à miseria magna liberari non posse nisi per aliam longe deteriorē ac maiorem miseriam ac calamitatem!

14. Hoc etiam magnum vulnus in voluntate latere perspicitur, quod ea eius sit peruersitas, vt ad auctorem suum colendum, verum Deum, principium, ac finem suum, tardissima sit, etiamsi maiestatem suam Deus infinitis miraculis patefaciat: ad colendos vero falsos Deos promptissima, etiamsi de eorum diuinitate nihil omnino cognouerit. Certe Philosophi multi, *cum cognouissent Deum*, ait Paulus, *non sicut Deum glorificauerūt*. Sed parū est: *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Transeat, deterius est quod addit: *Volucrū, quadrupedum, & serpentium.* O incredibilem hominum dementiam! Hebræi quoque verum Deum per innumerabilia signa & prodigia cognitum leuissime fastidiebant, & ad sacrificandum falsis Diis etiam filios suos promptissimi accurrebant. Quare Deus per Ieremiam exprobrat Iudæis inconstantiam in vero Deo colendo, cum Ethnici in cultu falsorum Deorum retinendo constantissimi essent. *Transite* (ait) *ad insulas Cethim, & videte? & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum sit huiusce modi si mutauit gens Deos suos: & certe ipsi non sunt Dij: populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum.*

4. *Propensio ad malum falsosque Deos colendos.*

Rom. 1.

Psal. 105.

Ierem. 2.

15. Descendamus nunc ad vulnus tertiæ facultatis, quę appetitus dicitur irascibilis, & quidem in par-

Appetitus irascibilis vulnera

in parte animæ inferiori. Cum enim hæc facultas homini data sit, vt imperanti rationi tam quam miles armatus in vsum spiritualis belli bediat, & sit quasi neruus quidam animi, vt inquitur D. Basilius, fortitudinem constantiamque ac robur ad res bene & ordine gerendas tribuens; vulnus est quod plerumque accidit vt imperium animæ sponte inuadens, hominem penitus conuertat in feram, eumque faciat impetu feri, insilire, rabie vt canes afficiatur, gere vt scorpiones, mordere vt serpentes. Natur nobiscū ista pestis, & in ipsa infantia appa re incipit. *An*, inquit Augustinus, *pro tempore illa bona erant, flēdo petere etiam quod noxie daretur indignari acriter nō subiectis hominibus: liberis, & ioribus, hisque à quibus genitus est, multisque terea prudentioribus, non ad nutum voluntatis perantibus, feriendo nocere: niti quantū potest, quo obeditur imperiis, quib. pernicioſe obediretur? Ita cillitas membrorum infantilium innocens est, non mus infantium. Vidi ego & expertus sum zelantem uulum: nondum loquebatur, & intuebatur pallidus maro aspectu collactaneum suum.* Hæc ibi.

1. *Fera barbaries. Orat. de ira, quæ est Hom. 10.*

L. 1. Confes. c. 7.

16. Et quamquam ita sit, vt belluino more mo subinde sæuiat: graue tamen & illud vi nus est, quod sæuiat rei noxiæ acquirendæ causa, aut certe transeuntis ac temporalis bo in iis vero quæ ad beate viuendum cum in tum in futura vita pertinent, negligentissim sit. Cum enim exploratū sit, huius vitæ beatit dinem in virtute perfecta sitam esse, & sim experiamur viam ad perfectam virtutem e

2. *Negligentia in reb. ad salutem pertinentibus.*

difficilem: ratio postulat, vt magno studio, animique contentione, in hanc rem incumbamus: Si namque, qui magnum studium adhibent, non sine labore perueniunt: quid fiet de illis qui nullum adhibent? Hic ira, feruore, hic contentione ac robore opus esset: sed ad hæc homo immobilis insensibilisque est. Accedit, quod, cum animam esse immortalem naturaliter cognoscamus, par esset, vt nihil sæpius, nihil diligentius, nihil maiori cum solicitudine tractaremus, quam quid nobis sit euenturum post mortem. At contra plerique hominum nihil minus curant, quam de virtutibus acquirendis, vel beatitudine sempiterna: & quod magis est mirandum, ne in extrema quidem senectute, cum certum est mortem longe abesse non posse, studiū adhibere incipiunt ad procurandam salutem. Tanta videlicet obliuio, tantus sopor, tanta, dementia genus humanum vitio primæ præuaricationis oppressit.

3. *Diligentia in quarendis temporalibus.*

Non ita se res habet in temporalibus lucris captandis, telumque nouum merito vocauerim immoderatam hanc solicitudinem. Qui enim in veris & summis bonis quærendis supra modum negligentes sunt, iidem in comparandis falsis, inanibus, ac fugacibus attentissimi. Quam calamitatem humani generis non solum noster Ecclesiastes multis in locis deplorat, sed etiam Ethnicus ille, qui Satyras suas ita inchoauit:

Persius Sat. 1.

O curas hominum! quantum est in rebus inane!

Lib. 22. de ciuit. c. 22.

Et quoniam (vt Augustinus ait) *desidia, segnities, pigritia, negligentia vitia sunt vtique quibus labor fugitur:*

gitur: cum labor ipse, etiam cum est vtilis, pœna
ideo, siue labore desidiam vincimus, siue de
dia laborem fugimus, semper miseri sumus.

Appetitus concupiscibilis vulnus.

17. Vltimum vulnus in appetitu concupi
bili reperitur, & vocatur concupiscentia: q
post amissam originalem iustitiam soluta, co
tra spiritum pugnat assidue. Hinc nascitur in
stinum illud bellum, quod vsque ad mortem
niri non potest: ideo clamat Apostolus: *Infe*
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu

Rom. 7.

Quantum autem imperium hic affectus in
tionem acceperit, & contra quam debiles
vires rationis aduersus impetum huius in
mitæ feræ, testatur vita plurimorum adolesc
tum, qui tam immenso voluptatum turpiss
rũ incendio flagrant, vt pæne ad insaniam re
digantur: testantur nouæ & inauditæ libidin
adinuentiones, quib concupiscentia homin
longe superat cupiditates bestiarum: adeo
Plutarchus, qui opusculum scripsit, *Quod bru*
ratione vtantur, merito aliud edidisset, quo
monstraret homines in bestias transforma
esse. Testantur ieiunia, vigiliæ, sacci, humi
bationes, spinarum aculei, aliaque id genu
quibus viri sancti tamquam armis cœlestibu
vt hoc malum reprimerent, vtebantur: testa
tur denique horribiles tragœdię, quæ singu
ætatibus, & in omnibus mundi partibus, occ
sione carnalis concupiscentiæ acciderunt. Ce
te in Scripturis horrorem incutiunt, quæ de Sa
sone, Salomone Dauide leguntur exempla: qu
rum primus fortitudine, secundus sapient
omni-

omnibus anteibat: tertius ad fortitudinem sapientiam quoque, sanctitatem, & pietatem plane singularem adiunxerat. Hæc de vulneribus.

CAP. XIX.

Explicantur vndecim animi morbi.

18. DE morbis quoque animi aliquid dicendum est: quorum primum locum sibi facile vendicat inconstantia quædam, instabilitas, & mollities animi, qua fit vt non possit quispiam diu in rebus arduis constans persistere: iam vult, iam non vult; vna eademque voluntas perpetua pugna ac contentione dissciditur. Res ceteræ, siue superiores, vt Angeli: siue inferiores, vt pecudes: semper idem volunt aut nolunt: persequuntur bonum, malum fugiunt: homines vero rem eandem modo volunt, modo nolunt: modo neque plane volunt, neque plane nolunt. Placet adulterium, dicit incontinens: sed nolo, quia lex prohibet. Neque solum pars inferior cum superiore, sed superior secum ipsa confligit. *Vnde hoc monstrum*, ait Augustinus, *& quare istud? Luceat misericordia tua, & interrogem, si forte mihi respondere possint latebræ pœnarum hominum, & tenebrosissimæ contritiones filiorum Adam, vnde hoc monstrum, & quare istud. Imperat animus corpori, & paretur statim: imperat animus sibi, & resistitur* item: *Ego cum deliberabã vtiã seruirẽ Domino Deo meo, sicut diu*

1. *Inconstantia.*

L.8. Confes c. 9.

cap. 10.

2. *disposueram, ego eram qui volebam, ego qui nolebam* morte a
Mortalitas corporis. *ego ego eram. Nec plene volebam? nec plene nolebam* hil inan
ideo mecum contendebam, & dissipabar à meipso: & ipsa dissipatio me inuito quidem fiebat nec tamen ostendebat naturam mentis alienæ, sed pœnam meæ. nimus poris m pendea

19. Ægritudo animi altera est ipsa corporis nostri mortalitas, quæ hebetat sensus, frangit animi robur, auocat à custodia & vigilantia, ne vt animo non possimus semper æque excu-
Sap. 9. re: *Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*: Grauedinis huius causæ duæ assignantur: altera, corporis mortalitas ac corruptio quę etsi in fine ipso terminetur, omni horamen ac momento fit: serpitq; sensim, sicut flamma oleum consumit: &, dum lucet, seipsam conficit. Altera causa, intima corporis animique consociatio, quæ multas vtriusque partis cogitationes ingerit. Hæ grauant ac deprimunt animum, & ad peccati lapsum inclinant multis solicitationibus; ex quibus cum sese voluntas extricare non valeat, oppressa pondus sequitur. Compositio hæc ac coniugatio corporis & animi nobilis est quidem, sed contagiosa: vicinæ mirum sunt partes. Harum altera alteri malum suum communicat: animus infirmus & languens, corpus infirmum ac languidum facit: & corpus affectum, afficit animum ac debilitat. Accedit, hominem ex nihilo procreatum esse. Quid nihilo infirmius? abyssus infirmitatis est,
Psal. 41. tendit & ducit ad mortem, redit in se, resolvitur in nihilum. *Abyssus abyssum inuocat.* Corpus

mor-

morte ac corruptione, animus peccato, quo nihilominus, dissoluitur. Nihil ergo mirum, si animus ex coniunctone morientis assidue corporis morbum contrahat, & in peccatum propendeat.

3. *Fastidium proprij status.*

20. Grauis etiam morbus est fastidium quodam proprij status: magnum enim argumentum est corruptionis voluntatis humanæ, quod nemo forte sua contẽtus viuat, sed laudet diuersa sequentes. Id enim signum est ægritudinis manifestæ. Ceteræ namque res si habeant quæ natura ipsarum requirit, facile acquiescunt, neque mutationem vllam expetunt: ægrotantium vero proprium est, nunc vnum, nunc alterum velle: fastidire cibos, lectum; modo huc, modo illuc impatienter se conuertere. *Nos*, inquit sanctus Gregorius, *nati in huius peregrinationis ærumna, huc fastidiosi iam venimus, nescimus quid desiderare debeamus.* & infra: *Fastidio ergo nostro tabescimus, & longa inediæ peste fatigamur.* *Hom. 36. in Euang.*

4. *Quod sine peccato viuere non possimus.*

21. Alia ægritudo est febris quædam spiritualis, quæ certis temporibus recurrit, etsi sani sub inde videamur & simus. Ea est lapsus & relapsus in peccatum, quodque nemo sine peccato possit viuere: & quidem nemo, nisi Dei gratia renouetur, omnia peccata mortalia vitare potest: venialia vero nec renouatus quidem, nisi priuilegio singulari. Quare ita proprium hominibus videtur esse peccatum, vt vulgo dici soleat, Humanum est peccare: vti se quidam excusans,

Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: Humanum est.

num est. & alius

——*Nemo sine crimine viuit.* item
——*Vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est,*
Qui minimis vrgetur.——

Simile.

Sicut ergo qui tertiana vel quartana labor internum quendam ignem fouet, qui subsi tiam ipsam depascitur; redit certis temporib mutat & nonnumquam horam paroxysm præuenit vel sequitur quasi Euripus fluens refluens; & miramur cur ita eueniat, cum liis temporibus homo ceteroquin prope nus sit, cibus sapiat, ambulet multaque ag quæ ante pauculas horas non poterat; & n ita sana mente & *in abundantia nostra* statuim

Psal 29. Rom. 8.

Non mouebor in æternum: *Nemo me separabit a ritate Christi, non tribulatio, non angustia, nō glad* confitemur, proponimus, constituimus, & p ne vouemus: vix locum deseruimus, omni contraria proposito verba, facta, desideria fe dimus, propositi immemores. Sunt & qui l crymis vberrimis incontinentiam alludue n fas detestentur, velut ad illud numquam redi ri. Durat hæc constantia breui tempore; & sæp miratur infirmus qui fiat, vt insania illa & sic r deat, & sic deprimat animum, quem inuictu & infractum arbitrabatur. Magna hæc est vol tatis ægritudo, vt, cum nemo peccare possit n si velit, & nihil magis sit in potestate homin quam velle, tamen non possit semper bene ve le, & per hoc absque omni peccato viuere.

22. Infirmitas alia est, quæ ex consortio contagione quadam nascitur. Nec enim soli vitandi sunt qui peste laborant, sed & qui ipsis adesse solent, & in eodem domicilio commorantur: & mundus domus quædam est, quæ pestiferos multos continet: & nos in eadem domo commoramur, infectis conuiuimus, cum eisdē edimus, bibimus, & dormimus. Qui fiet ergo vt & aerem pestiferum non hauriamus, & magno periculo vita nostra spiritualis non laboret? Idcirco monet nos D. Ioannes: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo.* Quod si cui desit caritas Patris, ille sane admodum infirmus, imo mortuus est: *Qui* enim *non diligit, manet in morte.* Et D. Iacobus, *Adulteri*, ait, *nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.* Et D. Bernardus: *Periclitatur castitas in deliciis, humilitas in diuitiis, pietas in negotiis, veritas in multiloquio, caritas in sæculo nequam: Fugite de medio Babylonis: fugite, & saluate animas vestras.* Hæc ille.

5. *Mundi illecebra.*

1. *Ioan. 2.*

1. *Ioan. 3.*

Iac. 4.

De cōuers. ad clericos, c. 30.

23. Quid possint vero aliena consilia, (qui alius morbus est) norunt cum plurimi priuati homines, tum florentissimæ respublicæ, quæ malignorum consiliis præcipites corruerunt. In priuatis permouendis valet in primis parentum auctoritas, & eo magis, quo cariores sunt: deinde magistrorum: deniq; familiarium. Illud autem supra modum mirandum est, non modo hebetes, ignaros, minimeque prudentes pra-

6. *Consilia praua.*

1. *Nocent prauatis hominib.*

uis consiliis decipi, sed & sapientes subinde
gi ab homine imperito, ab illo pendere in o
nibus: & ne quidem errorem suum videre etia
tunc, cum in graues aliquot lapsus ignorantiu
consiliis inciderint. Sunt & nonnulli, qui n
lius sapientis admittunt consilium, seipsos a
diunt solos. Non est qui turpius pecce
qui sapientes sunt apud semetipsos: & m

Luc. 7. Rom. 1. *sapientia iustificata est à filiis suis*: putantes se esse
pientes, stulti in operibus suis deprehendun
Congerunt opes, ędificant palatia excitant m
solea, testamenta scribunt, suo præclaro
lum vsi iudicio; quæ cum à morte desideran
carent executione, & effectum nullum sortiun
tur. Morbus est, quo plerique mortalium

Simile. borant. Vt enim halitus pestilens afflatu resp
ranti virus ingerit: sic & consiliarij praui pesten

Iob. 21. animis & mortem afferunt. Idcirco Iob Deum

Psal. 5. rogabat: *Consilium impiorum longe sit à me.* Eo

2. Nocent rebus publicis. rum enim os tetram exhalat mephitim: *Sepulchrum* enim *patens est guttur eorum, linguis suis dolose agunt, iudicet illos Deus.* Idem accidit reipubli

1. Machab. 1. cę corporibus, cum Principes improborum au
adulantium linguis nimium tribuunt. Iudæo
rum consilium fuit contra religionem: *Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus, quae ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum.* Ex hoc con
silio totius religionis euersio consecuta est. I
dem fuit consilium populi Israelitici apud Iere

Ierem. 44. miam, qui in persona Domini ei exprobratu
graui obiurgatione cultum idolorum. *Sermon*

inquiunt

inquiunt (*quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore, vt sacrificemus Reginæ cœli, & libemus ei libamina.* Ex quo consilio ruina ingenti populus prolapsus, abductusque in captiuitatem, terraque eius hostibus tradita. Quid ergo mirum, si in animo priuati hominis morbus ex malo consilio enascatur, cum & regna, & prouinciæ, & religio ipsa funditus à prauis consultoribus impulsa corruant, & orbis terrarum vniuersus infinitis calamitatibus conficiatur.

24. Huc accedit septimus morbus, alienorum exemplorum, quæ vim suadendi habent maximam, qui enim peccantes videt, in duos errores labitur: primum namque aliter de ea turpitudine, quam antea, iudicat: ipsaque deformitas, peccãtis vel nobilitate, vel scientiæ opinione, vel dignitate amicta, nouam formam omnino induit, aut certe magna ex parte speciosiorẽ. Alterum non minorem vim habet: cum enim innocens animus arbitraretur fieri non posse, vt homines rem adeo exosam atq; inuisam amplecterentur: summa vero facilitate, imo summo ardore ac studio in voluptates videat prorumpere: quod impossibile factu putabatur, id modo & possibile & facile, & familiare, & vsitatum & delectabile, & ad faciendum proponitur, & quidẽ efficaciter, & immenso quodam pondere auctoritate nempe viri principis, sapientis, multitudinis. Plato non admittebat in sua republica Homeri libros, quod tales Deos ac Deas fingeret, quales nemo filios aut filias suas esse vellet:

7. *Exempla malorum.*

nimirum sceleribus multis obnoxios. Id
quoque nos monet Moyses: *Non sequeris turb*
Exod. 23. *ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum a*
Eccle. 19. *quiesces sententiæ, vt à vero deuies.* & Ecclesiastic
Qui se iungit fornicariis, erit nequam. Putredo & v
mes hereditabunt illum, & extolletur in exemp
maius.

8. *Molesta carnis incentiua.*

25. Omitto carnificinam illam perpetuam (quæ octaua est infirmitas) quæ à carnis nost incentiuis exoritur, non modo in iis qui adh peccatis seruiunt, sed etiam in iustificatis hom nibus. Affligit iuuenes, insequitur adultior viros ac sæpe decrepitos vrget: non parcit inf mis: dies noctesque tela sua exacuit: sanctiss mis operibus insistentes exagitat: orantes d tremẽda Mysteria adeuntes persequitur: à pr fanis locis sancta sanctorum non discernit: i gerit se impudenter seriis cogitationibus: vitu sensibus externis ad expugnandum animum formas rerum pulchriores obiicit: ea quæ no bis in solatium data sunt, vertit in laqueum: ille cebris ciborum, vestium, opum, honorum, d quidquid mundus continet, languentem an mum conatur allicere, tenere, atque inuoluer Ecquis morbus grauior molestiorque iustis ho minibus potest accidere? De hoc ita Augusti
L. de contin. c. 3. tom. 4. nus: *Hanc pugnam non experiuntur in semetipsis, n si bellatores virtutum, debellatoresque vitiorum. No expugnat concupiscentiæ malum, nisi continentia b num.* Si ergo infirmantur continentes & iusti quid ni oppressi dicantur iniusti? vnde addi Augustinus: *Sunt autem qui legem Dei omnino n*

scien

sentes, malas concupiscentias nec in hostibus deputant: usque miserabili cæcitate seruientes, insuper etiam beatos se putant: satiando eas potius, quam domando.

Quod si huic necessitati naturali accesserit impotētia consuetudinis, quæ nona est ægritudo, & ab Augustino secunda & quasi affabricata natura dicitur: quanta futura est calamitas! quis tyrannidi huic resistet? Consuetudinis malo difficile resistitur: vnde ait S. Augustinus: *Vehementius vidua quā virgo, vehemētius meretrix, quādo casta esse voluerit, quā quæ sēper fuit casta, confligit: & tantoamplius in eo superanda voluptas laborat, quanto ei maiores vires consuetudo dedit.* Nō ergo Iob immerito queritur: *Circūdedit me lanceis suis.* Heu quot telis tota hominis anima transfixa est! *Conuulnerauit lumbos meos.* Quibus medicinam adhibens Dominus ait: *Sint lumbi vestri præcincti.* & perite quidē: nam luxurię libidinisque sagittis confixi, malagmate ac fomēto castitatis indigebant. Addit Iob: *Non pepercit, & effudit in terrā viscera mea.* Non pepercit sane cruentus hostis, iniuriæ diuinæ vindex: effudit rabiē suam, & post necē mille vulnera inflixit, fusaque sunt hominis viscera in terram, & oēm affectū, quem in Deum transferre solebat, terrenis amoribus implicauit.

9. *Consuetudo impotēs.* *L. 6. Mussica c. 7. tomo. 1.* *L. 6 contra Iul. c. 7 in. press antiq. vel. 8. edit. Plat.* *Iob. 16.* *Luc. 12.* *Iob. 16.*

26. Decimus morb. est, q̄ traditi sumus in potestatem principis tenebrarū, qui vel inparuulo corpora subinde impetū facit, eosq; misere vexat & cruciat: oīum vero mētes solicitat, millenocēdi vtēs artib. die noctuq; *circuit, quærens quē deuoret.* Aggressus primos parētes, vndiq; etiā armatos vicit, primo q̄ dē & facili congressu,

10. *Dæmonis insidiæ ac impugnationes* *1. Pet. 5.* *Gen. 3.* *1. Par. 21*

Cor-

Consurrexerit satan contra Israel, & concitauit Da
uid vt numeraret Israel. Quid? ipsum Dei Filium
ad orsus tertio forte vicisset, si vinci potuisset?
Adfuit extremis Christi temporibus, & petiit v
Apostolos cribraret sicut triticum. Effecit ali
quid: sed Christus pro Petro rogauit, vt non de
ficeret fides eius: ipse tamen turpiter lapsus est
omnesque discipuli contra fidem datam relicta
Domino aufugerunt. Denique Apostolus, de
pingens nobis eius naturam, fortitudinem, in
dustriam, experientiam, *Induite*, ait, *vos armatu*
Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam
non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed
aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectō
res tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in
cœlestibus. Nos caro sumus & sanguis, quibus ni
hil est infirmius: nam & caro transuerberari po
test, & sanguis fundi, & simul anima cum san
guine: non ita aduersarius: quia spiritus est im
mortalis. Singulis deinde nostrum pugnandū
est, ac decertandum, hi infiniti sunt nequam spi
spiritus. Nos solitarij & deserti: hi principes sūt,
quibus multi obediunt & obsequuntur. Nos
imbecilles: illi potestates. Nos priuati: illi rec
tores. Vidētes nos expugnant: & quia tenebra
rum rectores á nobis in tenebris absconditi vi
deri non possunt. Nos corporales ac palpabiles:
illi carent corpore, vt tangi non queant, nec lā
di. Nos simplices ouiculæ: illi ex omni nequitiæ
ac malitiæ genere cōflati. Nos in terra versamur,
nec fugæ locus relinquitur: illi in cœlestibus,
in aere absconditi auolant. Nos inferne deteri-

Ephes. 6.

Antithesis pulchra.

riori ad pugnandum loco constituui: illi supra nos, capitibus nostris imminent. Nos, qua forma nobis pugnandum sit, ignoramus: illi & cominus & eminus pugnant: nec à nobis vel cominus vel eminus peti possunt, quia altius abscedunt; quam vt balistis vel tormentis tangi valeant; & quidquid cadit ex eorum manibus, incaput nostrum certo deuoluitur. Genus hoc mobi crudelissimum est: nec curari sanariquè potest, donec vestem hanc carneam exuerimus, & similes simus Angelis Dei; qui in cœlis habitant. Interea tamen quis euadet? *Marc. 13.*

27. Quod si his cõbi accedat vltimo loco inordinata quædã affectio, quæ ex varia corporũ intẽperie ac cõplexione nascitur q fiet vt tã importunis vrgentibusque tentationibus & illusionibus resistat homuncio?

II. *Inordinatæ affectiones natæ ex corporũ intẽperie, Ruffini Frãciscani tentatio grauis de prædestinatione. S. Antoninus parte 3 tit. 24. c. 7.*

Initio Ordinis B. Francisci Ruffinus quidam, insignis nobilitate, sed nobilior virtute ac Religione, impugnatus grauiter animo est de sua prædestinatione: suggerente cacodæmone, ipsũ nẽpe ad beatorũ sedes destinatũ nõ esse, frustraque Religionis officiis insistere. Durauit oppugnatio hæc dieb. plurib.; quib. mœrore ac tristitia absorptus, propemodũ victus est: pugnã nihilominus suã B. Francisco detegere ausus non est: orationes tamẽ cõsuetas minimè intermittebat. Auxit tristitiã pæneq; prostrauit diffidentẽ animũ dæmõ, obiecta specie Christi Domini in cruce defixi, atq; dicentis: Quid, Ruffine, te minime inter beatos destinatũ pœnis precibusque fruſtra conficis? Mihi vtique, non filio Petri Ber-

Bernardonis, in hac re credendum est: quam quam quid opus est vt super hoc negotio in cium illius exquiras? ego enim sum Dei filius ego scio quos elegerim. Ipse Franciscus, tu, quicumque eum sequuntur, ad æternas pœnas damnati sunt. Abiit Pseudo Christus, relictis gentibus tenebris in animo Ruffini magnaq à Francisco alienatione: quem ideo celare om nia constituit. Sed cuncta, Spiritu S. auctore, dicit Franciscus: qui, misso Fratre Masseo, R num accersiuit ad se. At Ruffinus Quid mihi quit, & Fratri Francisco? Masseus, vir Deo ple maligni spiritus dolos agnoscens, benigne R finum increpat, Francisci merita, sanctitate beneficiaque sibi ac mundo collata exagger tandem expugnauit Ruffinum, & secum adu xit. Quē eminus conspicatus Francisc us, O R fine, inquit, cui credidisti? Et seriem tentation coram retexens, monuit ne suggestionibus im pij cacodæmonis in posterum aurem præb ret, dictisue nefarijs acquiesceret: Christum es non posse, qui animum ab omni bono opere uocaret, qui ad desperationem prouocaret: co fiteretur ergo peccatum suum, nihil de orati nis bonorumque operum studio remitteret, fo re vt molestia hæc in consolationem verte tur. Ruffinus, videns & arcanas mentis cogit tiones & dæmonis præstigias detectas, reso tur in lachrymas, pernicioſi silentij à se pœn expoſcit: demum; con firmatus animo, ad sy iuxta Assisiū, vbi Cœnobiolum rerū diuinarum commentationi opportunū erat, rediit. Orāti

lachr

lachrymarum imbre perfuso, pseudo Christus iterum adfuit, dicens: Quid proderunt, Ruffine lachrymæ ac gemitus? quid pœnæ quibus te crucias? Credis filio Bernardonis, qui ab æternis flammis te non eripiet. Cui Ruffinus Aperi, inquit os tuum: & quamquam te Christum deprædices, ausim in verbo Francisci fæces meas in illud iniicere. Indignabundus dæmon dispauit quidem, sed montem lapideum instar tempestatis eleuauit, lapidumque sese collidentium atque ignem inuicem excitantium tam horribili fragore deronuit, vt B Franciscus cũ sociis admirabundus ad prodigium conspiciendum cõcurreret. Hic Ruffinus demum manifeste aduertit se ab hoste deceptum fuisse, reditque secundo ad Franciscum cum pudore: humiq; prostratus, & culpam fassus, solatio plenus à Francisco est remissus, ac quietus demum remansit. Quodam die, dum orans maderet lachrymis, adfuit Christus Dominus, eiusque animum mirifice liquefecit amore, & adiunxit: Benefecisti, fili, qui Francisco credidisti. Tibi Magister & Dominus tuus apparere volui: & hoc signum tibi erit, quia numquam de cætero tristis eris. Et benedixit illi, tanta dulcedine spiritus perfuso, mẽtisq; eleuatione adeo absorpto, vt die noctequeille, ad cœlestia raptus, sui compos minime esse videretur. Benedictioni respondit euentus: eam enim sanctitatem, vitæ innocentiam, & res diuinas contemplandi assiduitatem assecutus est, vt B. Franciscus de eo diceret, ipsum beatorum albo, etsi viatorem, adscriptum esse.

28.

28. Ex his facile colligi potest, quid possit homo viribus suis relictus, præsertim post casum spoliationem, quatuor vulnera præcipuis animæ potentiis inflicta, animo denique toto morborum telis confixo. Denique, *omnia illa mala, si per Mediatoris gratiam non sanentur, omnem* PERFECTIONEM *excludere*, satis superque probatum esse videtur.

Cap. XX.

Gratia Mediatoris Iesv *Christi hominis vulnera morbosque restaurari, & ipsum* PERFECTIONIS *studio aptum idoneũque postliminio reddi.*

INfirmum vidimus; quæramus medicum: confideratis vulneribus, iisdemque lethalibus, vel mortuum vel seminecem iudicauimus; quæramus saluatorem. Relictus est solus, prostratus, præteriit Sacerdos, nihil ei profuit; Leuita quoque eum prætermisit incurius: quid enim ageret? nec Lex, nec Prophetæ (vt expo-
Luc. 10. *Lib. 3. Hypognost. cõtra Pelag. c. 8. tomo 7.* nit Augustinus) mortuum excitare potuerunt ac sanare. Quæramus ergo Samaritanum, cui salus hominis cordi sit, qui vigilet, & ad quem
Psal. 16. longo tempore clamatum est: *Custodi me, Domine, vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me.* Salutem enim nostram vni Christo Iesv, Dei Filio, acceptam debemus

In hoc sane *apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium suum vnigenitũ misit Deus in mundum, vt viuamus per eum.* Tulit namque infirmum, & iumento imposuit humanitatis suæ, & tamquã bonus pastor pro ouicula perdita animam suam offerens, eandem humeris incumbentem ad caulas gregemque reportauit. Sed læsus erat. Primum vino vulnus abluit: ita medicorum iudicio fieri conuenit: asserunt enim vlcera ac vulnera vniuersa præterquam vino humectari aut etiam, madefieri non oportere: nam vinum & purgat quam optime, & vulnus roborat, putredinemque abstergit. Oleo deinde perunxit: tũ ne calor noxius irreperet: tum vt dolorem leniret, denique vulnus curaret, & sanitati moribũdum restitueret. *Misericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine.* Hoc est Oleum & vinum vulneri meo infudisti. nam oleum misericordiam, vinum iustitiam designat. Nec prius oleum infudit, quam simul vinum haberet præ manibus. Mitabilis in Deo seueritas: qui ignoscere noluit, nisi Dei Filius pateretur. *Proprio Filio suo non pepercit Deus*, ait Apostolus, *sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Hoc decretum prodidit ipse per Prophetam: *Propter scelus populi mei percussi eum.* Reipuit namque Deus omnem aliam satisfactionẽ: nec acquieuit, donec Filius sese in iniuriæ compensationem offerret. Dicit hoc ipse Filius per Prophetam suum: *Sacrificium & oblationem noluisti: tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus, volui.* Hoc vinum rigide peccata

1. Ioan. 4.

Hippocr. l. de vlcerib. n. 1.

Psal. 100.

Rom. 8.

Isaiæ. 53.

Psal. 39.

Patrum veteris Testamenti abstersit: quot nim bella quot plagas, quot cædes illis int Non Deus misericordiarum tunc, sed Deus baoth, Dominus exercituum illi nomen e impositit tamen & oleum misericordiæ. Qu & in vino posito misericordia magna reluce emortuum hominem deferere atque à se p cere poterat; & iustitiæ rigorem non hom sed Filio suo imposuit. Ideo forte Euange prius oleum quam vinum infudisse de bit.

Olei gratiæ nettones. In Psal. 44

2. Oleum istud è cœlo nostris vulneribus latum est, & ab æterno præparatum: desig enim, teste Basilio, Dei gratiam, medicam tum diuinum plane, ac naturam excedens, c vulnera nostra curantur, oculi cœcorum a riuntur, & famelici reficiuntur, dolores hu vitæ mitigantur, calor noxius carnalis con piscentiæ extinguitur. Hæc omnia facit ole medetur morbis, lumen fouet, in cibum qu assumitur. Sed corporibus oleum, animis g tia Saluatoris admouetur. Hoc gratiæ o omnia morborum sanantur genera: *cæci vide claudi ambulant, leprosi mundantur, mortui re gunt, pauperes euangelizantur.* En ergo repara hominem lapsum, pæneque depositum sul tandi, ratio.

Matth. 11.

Gratiæ nomen. Augustt. de verb. Domini serm

3. Et, ne quis sibi quidquam attribuat, gra inde sibi nomen desumit, auctore D. Aug stino, quod gratis & sine meritis detur: vnd D. Paulo debito oppunitur. *Ei autem,* inquit, *operatur, merces non imputatur secundum gratu*

fit secundum debitum item: *Si autem gratia, iam nō ex operib: alioquin gratia iam non esset gratia*: Vnde D. Augustinus *Itaque, fratres carissimi, si vita nostra bona nihil aliud est quam Dei gratia, sine dubio & vita aterna, quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia est, & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa cui datur: sed illa cui datur, tantummodo gratia est: hæc autem quæ illi datur, quoniam præmium eius est, gratia est pro gratia, tamquam merces pro iustitia.* Vbi D: Augustinus & gratiam opponit meritis, & omnes prædestinationis effectus gratiæ attribuit, rationi primæ gratiæ, quæ gratis data est.

61. c. 1. Rō. 4. Rom. 11. L. de gratia & li. a. c. 8. tom. 7. Vita aterna cur gratia dicitur.

4. Porro singula Dei beneficia, tam ea quæ naturæ complexu continentur, quam quæ ipsum excedunt, gratiæ nomen merentur: quod ibsq; meritis nostris ac debito ea nobis diuina benignitas ac prouidentia largiatur, vti D. Augustinus, gratiæ diuinæ singularis patronus, declarat, dicens: *Quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei qua creati sumus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere debemus: vnde merito & ista gratia dici debet, quia non præcedentium aliquorū operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est.* Hæc ille. Et Sapiens eodem sensu loquitur. *Propter hoc* (inquit) *& tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebat.* Itaque magna gratia est, quod Deus prouidentia sua, tamquam mamilla quadam cōmuni, vniuersum orbem alit.

Gratia tres notiones.

1. *Generalis. Epist. 95. post initiū.*

Sap. 16.

Sunt quidem hæc, fateor, magna Dei dona: sunt tamen & alia Dei beneficia, quæ naturæ ordinem excedunt, quibus merito proprium

2. *Gratia non magnis data.*

Ioan. 1. gratiæ nomen tribuitur: vt gratia originalis g
Luc. 2. tia Christi humanitati collata, ob quam dici
Psal. 44. *plenus gratia & veritate*: & Lucas dicit, grati
Dei fuisse in illo: & Dauid, diffusam esse grati
in labiis eius. Et hæc quidem gratis datur: q
enim sibi quidquam mereri potest dum non
3. sed qui accipiunt, non indigni sunt. Tamẽ, q
Gratia Christi Saluatoris indigniis data. de reparatione hominis lapsi agimus, & qui
cipiunt, indigni accipiunt, imo pœnas & m
menta promeriti sunt: & quia etiam Chr
merita extollere intendimus, tamquam fal
nostræ auctoris & assertoris: de iis benef
loqui constituimus, quæ & naturam excedu
& indignis, perditis, ac merito damnatis ind
bita sunt, Christique meritis conferuntur
Rom. 3. quibus Apostolus, *Iustificati*, ait, *gratis per gra
ipsius, per redemptionem quæ est in* Christ
Jesv. Non minus euidenter idem Apos
lus alibi idipsum declarat: cum enim dixisset,
Rom. 6. *pendium peccati mors*: non adiunxit, Stipendiu
iustitiæ vita æterna: quod antithesis requir
videbatur, & (auctore Augustino) sine dub
August. in Enchir. ca. 106. & 107. Merita nostra gratia vocantur. adiunxisset, si de homine ante lapsum locu
fuisset: sed addidit, *Gratia Dei vita æterna.* Tã
metsi enim vita æterna sit merces operum, ea
tamen gratiam appellare maluit sanctus Ap
stolus, vt intelligeremus ipsa etiam merita n
stra esse Dei merita. Neque id solum quod si
Dei gratia nulla possunt esse liberi arbitrij me
ta, sed quia post Adæ ruinam noua quadam
singulari Dei gratia liberandum fuit liberu
arbitriũ à captiuitate & seruitute peccati: quo

per merita & gratiam Domini nostri IESV Christi iustificatum est.

Gratia æterna.

5. Præparatio vero gratiæ illius cœpit ab æterno Dei amore, quo nos ante mundi constitutionem dilexit: in cuius gratiæ laudem & gloriam nos à Deo prædestinatos esse atque electos in adoptionem filiorum, testatur Apostolus. *Præ-* *Ephes. 1.*
destinauit nos (inquit) *in laudem gloriæ gratiæ suæ.*
Ex hoc amore, tamquam fonte, promanant cũ- *Gratia tẽporalis.*
ctalia beneficia vocationis, iustificationis, conseruationis, quæ in tempore accepimus: nam
quos prædestinauit, ait Apostolus, *hos & vocauit: &* *Rom. 8.*
quos vocauit, hos & iustificauit.

Itaque vocatio, prima reparationis gratia est, *Gratiæ gratis datæ, & earum fines.*
ideoque primum omnium constituit Apostolos, Prophetas, Doctores, quos instruxit gratia miraculorum, prodigiorum, dono gubernandi, docendi copia, & quidem linguis diuersis: his tamquam opportunis & efficacib. præsidiis vocat, suadet, & allicit eos, quos inuitatos ad gloriam suam vult: quod testatur D. Paulus. *Diuisio-* *1. Cor. 12.*
nes (inquit) *gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et*
quosdam posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, se-
cundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exin-
de gratias curationum, opitulationes, gubernationes,
genera linguarum. Quæ quidem gratia donum est *Gratiæ gratis data quid sit.*
supernaturale, absq; vllo debito ad aliorum spiritualem salutem præcipue collatum. Verum parum proderit Euangelij prædicatio, miracula, linguarum genera: nisi Deus interne iuuet peccatorem, vt vocantem audiat, excitetur, & surgat.

Gratia specialis quid sit.

6. Et Deus interne prædicat, illuminat m
uet vrget speciali quadam gratia: quæ alind
est, quam motio quædam diuina, qua ho
ad operationes, quæ naturam eius aliquo
do superant, adiuuatur. Actio hæc Dei est e
tantis, vocantis, solicitãtis hominem, vt vid
sequatur, & faciat. Sicut si cui nobili & inge
suadeatur vt regnum Hispaniæ, vel Papa
ad quem electus est, admittat: ita intimis m
bus ad regnum cœlorum quærendum & ca
sendum, quod ab æterno Deus electis suis
parauit, inuitat. Et hoc quidem actuale a
lium, iis præsertim qui in statu peccati sunt, o
nino necessarium est ad actus illos qui natur
superant, non autem ad eos qui naturæ v
non excedunt: quales sunt, intelligere, appe
re res humanas.

Simile.

Excedunt vero vires naturæ omnino &
solute actus virtutum Theologicarum, F
nempe, Spei, & Caritatis: quæ non acquir
tur per iteratos ac frequentatos actus, sed
uinitus in animam infunduntur.

Vires naturæ tria actuum genera superant.

Excedunt quoq; vires naturæ quædã, qua
tione status peccati, aut infirmitatis, superan
possunt. Vt. n. ægrotus ingentẽ molẽ eleuare
poterit absq; alterius ope, quã tamen ipse ide
si sanus esset, facile mouerit: ita homo per pe
catũ debilitatus multa non potest sine auxi
speciali efficere, quæ tamen in statu innocen
facile perfecisset. Talia sunt, heroica facino
aggredi, tentationibus grauibus resistere, &
lia, de quibus statim dicendum erit.

1.

2.

Simile.

Sub

Subinde vires nostras excedunt & alia quæ- 3.
dam non omni ex parte, sed ratione alicuius cir-
cumstantiæ, modi, loci, temporis, personæ. Ver-
bi gratia, incontinens in bona aliqua Religio-
ne facile abstinebit à lapsu, quod præstare non
poterit inconuictu perditorum adolescentum,
vel in domo vbi occasio lapsus offeretur. Sicut
enim qui loco opportuno stat, & vtraque manu *Simile.*
vtitur, mouere potest grauem molem: quam si-
ne auxilio non poterit, si incommode ad eam
impellendam stet, aut alteram manum impe-
ditam habeat: ita poterit homo iustus præce-
ptum aliquod diuinum facile adimplere, si nul-
la grauior tentatio accedat? quod aliquin nullo
modo sine auxilio speciali facere poterit. Ex his
nouem potissimum gratiæ specialis Prærogati- *Gratia specialis Prærogatiua nouem.*
uas sancti Patres, salutem nostram gratiæ Me-
diatoris tribuentes, constituunt: quarum prima
est: *Solis naturæ viribus, hoc est, sine speciali Christi* *1. Prærogatiua.*
gratia, omnia præcepta secundum substantiam operis
implere non posse. Diuina namque Scriptura do-
cet, Legis obseruationem tribuendam esse gra-
tiæ Christi. *Quod impossibile erat Legi,* ait D. Paulus, *Rom. 8.*
in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum
misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato dã-
nauit peccatum in carne, vt iustificatio Legis impleretur in nobis Innocentius primus, scribens ad Cõ- *Epist. 93. inter epist. D. August.*
cilium Mileuitanum, hanc doctrinam confir-
mat: *Negantes* (ait) *auxilium Dei, inquiunt hominem*
sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina: qua
primitus, necesse est diaboli laqueis irretitus occum-
bat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata, sola

Can. 5. *tantummodo libertate contendat.* Et Synodus Mi-
leuitana, *Item placuit*, inquit, *vt quicumque dixe-*
ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod fa-
per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus a-
plere per gratiam, tamquam, etiamsi gratia non da-
tur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam si
illa implere diuina mandata, anathema sit. Huius ve-
D. Th. 1. 2. q. 109. a. 8. ritatis rationem adfert D. Thomas. Natura
nim humana, per peccatũ primi hominis de-
uata, auersa est à Deo, & cõuersa ad creaturas,
præsertim ad se. Proinde finem vltimum vel
actu, vel habitu, vel certe propensione quada
in creatura, non in Deo, cõstitutum habet. Qu
re vbi quæpiam agenda occurrunt, vel euitand
ex fine illo præconcepto, quasi naturali qu
dam pondere, in malum propendet, ad bonu
vero non nisi violenter rapitur. Quare vis qu
dã necessaria est, quæ & in contrarium nitatu
& efficiat vt animus perpetuo vigilet, præm
ditetur, & contra propensionem & amore
proprium decertet. Quod moraliter esse impo
Lib. de corrept. & gratia, c. 12. sibile, & ratio & experientia conuincit. Quod
D. Augustinus affirmat, ipsum etiam homine
iustificatum, nisi is diuina gratia indeclinabiliter
& inseparabiliter ageretur, ob naturæ infirmita-
tem sine dubio casurum: quanto nos id malo
ratione affirmare debemus de homine infideli
& qui solis vtitur viribus naturæ per peccatum
corruptæ & vitiatæ!

2. Prærogatiua. 7. Secunda Prærogatiua: *Nullum naturæ vir-*
bus mandatum seruari posse, si tentatio grauior in-
cumbat: nec vllam tentationem veram ac vehementem

rem

rem humanis viribus posse superari. Poterat quidem primus parens in statu naturæ integræ omne peccatum mortale vitare, poterat & veniale, & quidem ad longissimum tempus, sine gratia habituali: nempe solo auxilio quod ad integritatem illius status pertinebat: illud enim sufficiēs erat ad operandum totum naturæ bonum, & ad vitandum omne malum rectæ rationi contrarium. Res iam non ita se habet, in natura per lapsum debilitata ac corrupta: Scriptura namque diuina omnem victoriam in tentatione soli Deo tribuere. *Impulsus*, ait Dauid, *euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. Ego dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Suadet Christus quoque esse orandum. *Orate*, ait, *vt non intretis in tentationem.* &: *Cum oratis, dicite, Et ne nos inducas in tentationem.* Orat & Regius Propheta: *Adiutor meus esto, ne derelinquas me.* Illud quoque Salomonis, *Sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det*, ad tentationes pertinet: nam sine tentatione haud difficile est continere. Hinc D. Cyprianus, *Quando*, inquit, *rogamus ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ: dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atque arroganter assumat.* & infra: *Vt dum præcedit humilis & submissa confessio, & datur totum Deo, quidquid suppliciter cum timore & honore Dei petitur, ipsius pietate præstetur.* Item Auctor operis imperfecti, *Sicut nauis*, ait, *fracto gubernaculo illuc ducitur, quo tempestas voluerit: sic & homo, diuinæ gratia*

D. Th 1.2. q. 109. a. 8.

Psal. 117.

Psal. 29.

Matth. 26.

Matth 6.

Psal. 26.

Sap. 8.

De orat. Dominica.

Homil. 37. in Matth. Simile.

auxilio perdito per peccatum, agit quod nō vult, sed q
diabolus vult. Denique Ambrosius, explicans
lud Psalmi, *Hæc omnia venerunt super nos, nec obl*
in Psal. 43. *sumus te: Quis*, inquit, *est tam fortis, vt nequaq*
in tētatione moueatur, nisi Dominus adiutor ei a
stat?

3. Prærogatiua 8. Tertia prærogatiua: *Longiori tempore ten*
tiones etiam leues superari solis naturæ viribus non
se, quin interdum homo succumbat & peccet Et
homo cum solis naturæ viribus ita se habe
leues impugnationes respectu longi tempo
sicut se habet cum auxilio speciali extra g
tiam habitualem ad quasuis tentationes lon
tempore superandas: verum cum auxilio sp
ciali extra gratiam non potest diu quasuis te
tationes ita superare, vt non peccet alioquin
lis naturæ viribus posset homo diu esse sine p
cato mortali, quod omnino Patribus impro
tur: contingit namque non raro, vt longo te
pore nulla grauior tentatio occurrat.

4. Prærogatiua. 9. Quarta prærogatiua: *Multas esse tentatio*
adeo graues, vt illas homo sine gratia speciali n
breue quidem tempus superare possit, ita vt non succ
1. Cor. 10. *bat.* Hoc Apostolus innuit, cum ait: *Fidelis De*
qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: S
ergo tentationes, quas homines suis viribus
perare nequeunt.

5. Prærogatiua. 10. Quinta Prærogatiua: *Hominem destitut*
interna iustitia, cum auxilio quod datur promiscue, a
tentationibus non posse resistere, quin nouum pa
tum mortiferum contrahat. Peccatum (ait Ieremi
peccauit Ieruſalem, propterea instabilis facta

Qua

Quod D. Gregorius confirmat, cum ait: *Peccatū Thren. 1.*
ſuum pœnitendo non tergitur, iuſto iudicio omnipotens Deus obligatam peccatis mentem etiam in culpam alteram permittit cadere: vt qui flendo & corrigendo noluit mundare quod fecit peccata incipiat cumulare. Vt enim qui vel læditur, vel infirmatur, ſubito labitur, ob vires deficientes vacillare cogitur pedibus: & ſicut ille, cui caput malleo contuſum, vertigine impellente in varia rapitur: vt denique ebrius, cui cœlum terraque vertitur, huc illucque titubat; & hos omnes leuiſſima cõpulſio proſternit, facile etiam capita, crura aliaſque corporis partes allidunt, ac ſeſe grauiter lauciant: ſic & his, qui letaliter peccant, vires illico ad conſiſtendum ſubtrahuntur; caput ſeu ratio velut malleo tunditur ac turbatur; inebriantur, & non à vino; ad ſingula titubant, & res leuiſſimas inſtabiles deiicit. Quam male ergo ſibi proſpiciunt homines, qui, peccato mortali admiſſo confeſſionis ac pœnitentiæ remedia non ſtatim arripiunt, in menſes & annos differunt! vnde mirum non eſt, ſi infirmi in rebus agendis vacillẽt, & ſi ſæpius in varia vitia labantur; ſi difficulter reſurgant. Pulcherrima eſt comparatio iuſti & impij apud Dauidem. Iuſtus depingitur tamquam arbor plantata ſecus decurſus aquarum, quæ fructum ſuum fert in tempore ſuo, cuius folium vel vnicum non defluet: nulla ventorum vi euelli illa poteſt: ſtat & contra fluminis impetum. Quod ſi arbor radicem adeo altam fixamque habeat, vt etiam folium fortiſſime adhæreſcat; quanto magis ipſa arbor integra

Homil. 11. in Ezechie poſt med. & lib. 25. Moral c. 13 Similia.

1.
2.
3.

Comparatio iuſti & impij. Pſal. 1.

im

immota stabit! Ita iustus in bono per gratiam fi-
bilitur, vt proficiat: & nisi velit deiici non po-
Ibidem. rit quibuslibet tentationum procellis. Non
impij, non sic: comparãtur enim puluisculis qu
vẽtus proiicit à facie terræ, quia minima tenta
tione superueniente superantur.

11. Sed quid dicemus de homine iusto? cer-
Matth. 26. Philip. 2. verba illa Saluatoris, *Vigilate, & orate, vt non in
tis in tentationem*, quibus Apostolos hortat
est; & Paulus ad Philippenses, *Cum metu
tremore salutem vestram operamini*; satis indica
periculũ nobis imminere, si præsidio Dei, qu
inuocare monemur, careamus

6. Prærogatiua. Est ergo prærogatiua sexta: *Non posse diutius
minem iustum per habitus supernaturales in bono p
seuerare, aut peccatum omne vitare mortiferum, s
Dei speciali auxilio.* Quod Concilium Triden-
Conc. Trid sess. 6. can. 22. num his verbis determinauit: *Si quis dixerit iu
ficatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iu
tia perseuerare posse, vel cum eo non posse, anathe
sit.* Ardua enim res est in bono perseuranti
magnaque moles, tot tentationum procellas
tot aduersariorum tela, tot machinas inuicto
nimo sustinere. Nec interni habitus virtutum
sufficientes sunt, qui interdum admodum sun
remissi: & licet intensi forent, propensio ta-
men naturæ infirmæ, concupiscentiæ, ac prauo-
rum habituum potentior est: nec agunt habitus
ij nisi in hostem manifestum. Præuenit vero no
raro tentatio rationem: & eam pæne ante decu
sit, quam aduertat ipsa, aut internis viribus r
ti possit, Vnde triplici nobis auxilio speciali

opus

opus est: primum diuina protectione, qua Deus hominem custodiat, compescendo dæmonem, penos quantum velit & possit præstringat, neue opera nostra impediat: amoueat quoque diuina manus peccatorum occasiones, & impugnationes, cum internas, vt concupiscentiæ fomitem; tum externas, quas mundus obiicit. Sicut enim agricola semen terræ mandatum, ne à volucribus auferatur, custodire debet: ita Deus suam gratiam, semen quam optimum futurorum operum cordibus nostris insitum, ne vel putrescat vel euanescat incuria, dæmonumque malitia auferatur, solicite conseruet necesse est. Hinc D. Ioannes: *Omnis qui natus est ex Deo non peccat: quoniam semen eius manet in eo.* Cuius vis à Deo conseruata valet plurimum tum ad tentationes propulsandas, tum etiam ad opera virtutum concepta exercenda. Alterum auxilium est diuina excitatio, qua Deus sanctis inspirationibus spiritū illuminat, & volūtatis pias affectiones & complacentias immittit: quib. illam excitat ac roborat, ad vincendas hostis insidias & ad virtutem capessendam. Tertium est diuina cooperatio, qua Deus vt auctor gratiarum cooperatur ad omne opus bonum supernaturale, partim per auxilium præueniens, vt influxum habere possit in nobis: partim cooperando ipsis naturalibus potentiis, intellectui videlicet & voluntati, vt in opus supernaturale valeant influere. Et hæc cooperatio haud absimilis cooperationi naturali: pertinet tamē ad ordinem gratiæ, & naturam excedit, estque omnino indebita.

Triplici auxilio opus esse ad opera bona facienda, & tentationes superandas

1. *Ruardus Tapper a. 7 de lib. arb. pag. 307. Simile. 1. Ioan. 3.*

2.

3.

Hæc

Hæc tria ſpectata infirmitate noſtra, omni illi neceſſaria ſunt, qui infuſis virtutum habi bus caret; homini vero iuſto ſaltem primum tertium ad omnia opera ſupernaturalia, præ habitus infuſos. *Niſi* enim *Dominus ædificauerit mum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. N Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui ſtodit eam.* Deus enim domum ædificat, c mentem noſtram vel ad iuſtitiam diſponit, virtutum operibus fabricam attollit ſpiritu lem; in quo notatur excitatio & cooperatio uina: cuſtodit vero, cum dæmonem impe coercet tentationes: ſine quibus auxiliis (vt ponunt Hilarius & Ambroſius) nos fruſtra ficamus & vigilamus.

Pſal. 126.

7. Prærogatiua.

12. Prærogatiua ſeptima: *Non ſolum hominem ſtum ſine auxilio ſpeciali diutius non poſſe perſiſte in bono omnis virtutis, omnique tentationi reſiſte quin turpiter labatur; ſed ne in vna quidem tenta ne, ſi ſæpe recurrat, & ea notabilem difficultatem co tineat.* Non opus eſt alia probatione, quam quæ de vulneribus & morbis animi, ac corp ris complexione diximus: ſumma enim eſt hu mana fragilitas; quæ niſi iuuetur, quantumcum que habitibus fulciatur, haud dubie ſtare n poterit.

2. Machab.

9. Philip. 2.

8. Prærogatiua.

13. Quid vero de viris perfectis dicam? Iuſt eſt omnem hominem ſubditum eſſe Chriſto dignum eſt, *vt in nomine* Iesv *omne genu flectat cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Eſt ergo pr rogatiua octaua: *Neminem quantumcumque iuſtu atque perfectum, etiam cum auxilio ſpeciali, qu*

ordinarie confertur, posse omnia venialia excludere longum tempore sine priuilegio, etsi singula vitare possit: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, ait Propheta; quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Apostoli idem fatentur: *In multis offendimus omnes. & Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Hoc enim priuilegium non peccandi post Christum Concilium Tridentinum soli beatæ Virgini tribuit, & decernit tribuendum. Ea est vero nosta fragilitas, quæ peccati fomite, ex insidiis adoriente, assidue præuertitur, vt, si vel minimum adhæresat, mentem contaminet, vt nec excubare perpetuo, nec molestiam ferre constanter, nec se odisse adeo sapienter possit, quin aliquid sibi indulgeat. Et verum est quod Sapiens scriptum reliquit: *Non est homo iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet.*

Psal. 142. Iacob. 3. 1. Ioan. 1. Sess. 6. can. 23. Eccle. 7.

14. Vltima restat Prærogatiua, quæ summum habet momentum. Si adeptis gratiam perseuerantiam in finem vsque decreta foret, vtique respirare liceret: at *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*; & iubemur *cum metu & tremore salutem nostram operari.* Cur ita? *Deus enim est* (subiungit Apostolus) *qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona voluntate*: Cum autem alij perseuerent, non tamen ad metam vsque: alij & longo tempore, & vitam in iustitia finiant; alij denique paulo ante mortem conuersi, *consummati in breui multa expleant tempora*: primi per seuerare absolute non dicuntur: illi maxime perseuerantes censendi sunt, qui Deo grati è vita rece-

Rom. 9. Phil. 2. Sap. 4.

Matth. 20 recedunt, *siue hora tertia venerint: siue hora vndecima: quantumcumque mane vel sero quispiam venerit & hinc decedat, nemo sine singulari Dei beneficio indigens sendus est aut perseuerasse, aut in iustitia decedere.* ergo in iustitia quispiam extremum vitæ die claudat, singulari Dei beneficio indiget; quo uina illa bonitas ita impedimenta omnia amo tur, ceteraque ita disponat, vt reipsa talem ex sortiatur. Vnde D. Augustinus, *Restat*, ait, *in*

9 Prærogatiua.

Augustin. lib de bono vel dono perseu c. 17.

bonis vsque in finem perseuerantia: quæ frustra quo die à Domino poscitur, si non eam per gratiam suam illo cuius orationes exaudit, operatur. En prærog uæ gratiæ Christi specialis: sine qua non dico b uari, sed nec bene quidem agere, imo ne cogit re quidem diuina possumus.

Auxilium generale

15. De generali auxilio dicerem, nisi de eo n nulla capite quarto, & quidem speciatim, dic forent. Illud non omittendum, generale auxil proprie ad ordinem superiorem virtutum n pertinere, sed dari à Deo, auctore naturæ, ad opera quæ per naturales potentias exercent & ad finem, qui cum natura proportionem h bet, referuntur. In omnibus actibus concurr siue bonis, siue malis: nam in his quod mater le & positiuũ, id & bonum est, & sine Deo co perante fieri nõ potest. Et quamuis omni ex pa te debitum non sit, est tamen debitum ex aliq condicione. Cum enim Deus res creatas exta & operari voluerit æquum est vt eis non den get auxilium, sine quo nec se ipsæ quidẽ mou re, nec omnino aliquid possent efficere.

36. Ex quibus omnibus difficile apparet, v

statu

statuamus vtrum maior occasio nobis præbeatur nosipsos demittendi, perpensis cum infirmitate nostra, tum infinitis peccatorum nostrorum meritis: an vero Christum Iesum, assertorem nostrum, diligendi, *cuius liuore sanati,* cuius doloribus & angustiis liberati sumus, cuius meritis gratiam consequimur, cuius morte viuificamur. Vtrumque sane: & humiliari nos conuenit, & cum Paulo dicere, *Qui non diligit Dominum nostrum Iesum Christum, anathema sit.* Sed de gratiæ specialis officiis dicendum aliquid est. *Isaiæ.53.* *1.Cor.16.*

CAP. XXI.

Hominis superiores potentias gratia Mediatoris IESV *Christi ad diuinas operationes restaurari.*

17. PRimo gratiæ specialis officium in excitando hominis torpore versatur: & quia voluntas hominis cæca est, à mentis illuminatione orditur, & clamat: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Ipse enim est *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*: ostendit homini peccati fœditatem, virtutis pulchritudinem, vanitatem rerum pereuntium, celsitudinem diuinæ maiestatis, eminentiam scientiæ, immensitatem promissorum eius, pœnas impiis reseruatas, breuitatem & incertitudinē vitæ

Gratiæ specialis officia.
1. *Præuenit conatus nostros,*
1. *Illuminãdo peccatores.* *Ephes.5 Ioan.1.*

vitæ noſtræ: denique rationibus efficacibus ſa
det Deo parendum, ipſique eſſe ſeruiendu
Luc. 15 Hanc lucem habuit filius prodigus, cum ei
nit in mentem patris ſui & ſeruorum qui in e
ædibus abundabant panibus, & miſeriam ſu
agnouit: quæ collata cum priori ſtatu, quem
buerat olim apud patrem, expreſſit vocem
Quanti mercenarij in domo patris mei abũdant p
bus, ego autem hic fame pereo! ſurgam, & ibo ad p
meum. Denique victus tam ſalutari ſuaſione,
ad patrem.

2 illuminãdo Iuſtos. Pſal. 42. Illuminat quoque iuſtos, Deoque caros,
ab eo lumen requirunt, vti faciebat Dauid: *E*
te lucem tuam, & veritatem tuam. & exauditum
fatetur: *Ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in*
tem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

3. Conſolando eoſdem. Viſitat etiam ſubinde amicos ſuos, & incu
ad progreſſum in ſpiritu ſimul ſolatur puſilla
mes, vt magno animo inſtitutum perſequa
tur: memoriam præteritorum factorum re
cat, & æterni præmij arrham ſumma cum vo
ptate coniunctam delibare facit.

2. *Voluntatẽ excitat. hinc gratia excitans.* Hæc ſimul voluntatem iuuant plurimu
quæ cum cæca ſit, oculis intellectus & lum
gratiæ indiget. Et quamuis ſit libera vt poſ
Spiritus diuini conſilia ac ſuaſiones repudi
conuincitur tamen ſubinde intellectus, euide
tia argumentorum, & promiſſorum diuinor
præſtantia, rei obiectæ pulchritudine, vt ipſa
luntas ſummo deſiderio in rẽ propoſitam ru
diuina gratia eleuata ac ſubnixa. Nouit en
Dominus voluntatem inflammare, roborare,

ad rem aggrediendam perficiendamque commouere. Hæc omnia præueniunt actionem, & voluntatis determinationem, libero interea remanente arbitrio ad sequendum inuitanté, aut relinquendum.

3. *Eandē adiuuat: hinc gratia adiuuans, & eius officiū.*

Quod sibi persuaderi permittat voluntas hominis, opus ad hoc illi est auxilio vlteriori, quod gratiam vocant adiuuantem. Huius officium est, voluntatem sic fouere, vt influere valeat in opus, & simul cum eadem coire. Nam & gratia sine potentia agere non potest, cum sit actus vitalis: nec potentiæ ea, quæ superioris ordinis sunt, exercere sine auxilio gratiæ adiuuantis. *Apta similitudo.* Quod hac explicari potest similitudine Semen non potest vna cum humore terræ producere germen, nisi sol adiuuet Gratia præueniens est quoddam semen diuinum: voluntas instar terræ, quæ illud recipit: opus hic est auxilio solis. Vt ergo semen non potest vna cum humore terræ producere germen, nisi sol cooperetur & adiuuet: ita etiã gratia excitans non potest vna cum virib. voluntatis producere consensum, nisi Deus, sol iustitiæ, adiuuet & cooperetur illi gratiæ excitanti. Pertinet tamen gratia adiuuans ad gratiam præuenientem: nam etiam posita gratia adiuuante, adhuc in potestate liberi arbitrij est consentire vel dissentire; vt velimus tamen ipsa est adiumẽto. ita enim precamur: *Actiones nostras, quæsumus Domine adspirando præueni, & adiuuando prosequere.* *Oratio Ecclesiæ.* Et D. Augustinus *Quod ad Deũ, ait, nos conuertimus* *Lib. 2. de pec. meritis c. 5.* nisi

Lib. de gratia & lib. arb. sub fin. *nisi ipso excitante & adiuuante non possumus.* Di quoque Bernardus, *Conatus*, inquit, *nostri a num & cassi sunt, si non adiuuentur: & nulli, si non citentur.* Denique Concilium Tridentin *Sess. 6. ca. 6.* *Disponuntur*, ait, *ad iustitiam, dum excitati di gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, mouentur in Deum.*

4. 18. Si vero voluntas persuaderi sibi re
Eadem gratia sufficiëter tantum excitat subinde: hinc gratia sufficiens. quod potest quidem: non defuit tamen ex p Dei studium, ac beneuolentiæ paternæ pr significatio: sed imputent sibi homines, q Deum ducem sequi noluerint: dicit enim *Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius, reuersi sunt per semitas eius.* Excusari enim uer
Iob 24. terant nescientes vias eius, & quod ideo per
1. Ex parte intellectus. semitas minime reuersi essent: sed iam exc
Iob 38. non possunt, quia rebelles lumini fuerint, q ipsis illuxit. Dicit idem Iob: *Auferetur ab impi sua.* Habuerunt ergo lucem: alioquin quom *sua*, si in eorum non erat potestate? fuit tam
Ioan. 3. sed ea vti noluerunt. Hoc ipsum Christus c firmat. *Hoc est autem iudicium*, (ait) *quia lux ven mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q lucem. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Chris erat lux mundi, & hanc lucem diffundebat in nebris: erat in potestate hominum illam int sed quia tenebrarum amabant opera, & ea vi
Ioan. 1. ri nolebant, ideo lucem auersabantur. Non erat ergo lux: nam *erat vera, quæ illuminat om hominem venientem in hunc mundum.* Quando
Hom. 7. in Ioan. cit, *omnem*, neminem excludit; hinc D. Chry stom

stomus: *Si illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quonam pacto tot homines sine lumine permanent? neque enim omnes Christum cognoscunt: quomodo ergo illuminat omnem hominem? Illuminat profecto quantum in ipso est; si qui autem sponte sua mentis oculis conniuentibus ad huius lucis radios aciem dirigere noluerunt, non ex luminis natura in tenebris perstiterunt, sed malitia sua, qui sponte tanto se dono indignos reddiderunt.* Sunt ergo homines quibus lux affulget, & tamen intueri nolunt. *Hom. 7. in Ioan.*

19. Non desunt etiam ex parte voluntatis diuini motus, Isaia Propheta teste. *Habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam. Quid est quod vltra facere debui vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas?* Quid expectas, Domine? sine auxilio tuo non potest vitis vuas proferre. Respondet Dominus: *Quid debui facere vineæ meæ, & non feci?* Si enim gratia ad opera bona producenda defuisset: respondissent vtique Iudæi: Domine, plantasti quidem vineam, & ex ea fructum expectasti: sed debuisses etiam circa illam admouere quæ necessaria erant futuræ vindemiæ, & gratiam eorum animis instillare, sine qua fructum edere non valent. Sed quis id respondere potuit, cum Deus dicat se nihil prætermisisse eorum quæ ad cultum vineæ spiritualis pertinerent? sufficienter igitur moti homines à Deo sæpe refragantur, & se malunt quam Deum ducem sequi. *2. Voluntatis excitationes. Isaias.*

Hæc gratia omnibus pro loco & tempore datur, nulli petenti negatur: & qui illam habet, *Gratiam sufficientẽ*

omnibus dari.

Dei consilia ad effectum potest deducere, sin-
lit: *Omnis enim quicumque inuocauerit nomẽ Dom-*
Rom. 10. *saluus erit.* En duo signa vniuersalia. Sufficieb-
Omnis, sufficiebat *Quicumque*: vtrumque posi-
ne peccatores excludi, ne reiici Gentiles put-
tur. Nec solum hic gratia sufficiens promitti-
Sap. 11. sed & efficax, & salus ipsa, ex illa promanans.
lomon vero amplissime hoc explicat: *Miser-*
(ait) *omnium, quia omnia potes: & dissimulas pec-*
hominum propter pœnitentiam. Diligis enim om-
quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim
diens aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo au-
posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut, qu-
te vocatum non esset conseruaretur? Parcis autem o-
nibus: quoniam tua sunt, Domine, qui amas anima-
quoties *Omnes, Omnia, Omnium* repetit. Et
statuitur non odisse, sed amare: quos tamen
amaret, si vel gratiam negaret sufficientem,
In Ps. 118. rite petenti efficacem recusaret. Vnde D. A-
brosius explicans illud, *Misericordia tua, Dom-*
plena est terra: Sol, inquit, *iustitiæ omnibus ortu-*
omnibus venit, omnibus passus est, & omnibus resur-
xit: si quis autem non credit in Christum, generali be-
ficio ipse se fraudat: vt si quis, clausis fenestris, radio-
Lib. 2. c. 26. de vocatione Gentiũ. *lis excludat.* Et D. Prosper, *Gratia quidem Dei, a-*
omnibus iustificationibus principaliter præemmet, su-
dendo exhortationibus, mouendo exemplis, terren-
periculis, incitando miraculis, dando intellectum,
spirando consilium, corque ipsum illuminando,
fidei affectionibus imbuendo, & infra: *Quæ opitu-*
tio per innumeros modos, siue occultos, siue ma-
festos, omnibus adhibetur: & quod à multis
fu-

tatur, ipsorum est nequitiæ : quod autem à multis suscipitur, & gratiæ est diuinæ, & voluntatis humanæ. Hæcille. Quare etsi ante dixerimus sine gratia Redemptoris in statu naturæ corruptæ mandata omnia impleri non posse, nec tentationes superari: ita tamen verum est, vt etiam certum sit ex parte Dei numquam deesse nobis gratiam, aut re ipsa & actu, aut certe in potestate nostra esse illam ascisscere, quæ oranti, pulsanti, petenti non denegabitur. Hoc Concilium Tridentinum ita decernit: *Nemo temeraria illa & à Patribus sub anathemate prohibita voce vti præsumat, Dei præcepta homini iustificato ad obseruandum esse impossibilia: nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis.* & capite decimo-tertio: *Nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent: Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere.* Hæc ibi: vbi euidenter gratiam nobis non deesse declaratur: & quamuis monentem subinde non sentiamus, in potestate tamen nostra esse ea media adhibere, quib. eam acquiramus, faciendo quod possumus, & orando vt Deus adiuuet infirmitatem nostram. Desumus vero nobis, cum expectamus, donec Deus non rogatus nos impellat ad ea agenda quæ voluerit.

Sess. 6 c. 11.
Ibid. ca. 13.

20. Hæc gratia sufficiens & est, & merito appellatur. Non enim Deus semper mouet quantum potest: sicut nec semper permittit ad-

Cur gratia sufficiens vocetur.

uersarium nos premere quantum vellet & p
set. Non tenetur deinde singulis Deus effica
ter suadere : magnaque nobis præstatur gra
quod inuitemur ab eo, parato longe plura p
stare, si prima consilia audiamus & comple
mur. Nec iudicat Deus expedire æternis suis
tionibus, semper primo quoque motu nos, i
difficultate, magna adoriri, tentationes grau
mas propulsare: sic enim multi, Deum huius
neficij auctorem ignorantes, sibimet victor
adscriberent, Deum negligerent, spem in
non reponerent, & quasi ab ipso non dep
Deut. 32. dentes, dicerent, *Manus nostra excelsa, & non*
minus, fecit hæc omnia. Sufficiens est, inquam:
possumus cum ea bene agere, si velimus. Et
cum ea sola non agamus, non deest tamen
bis gratia simul ad petendum auxilium: & D
paratior est ad nos iuuandos, & gratiam effi
cem largiendum, quam ipsi simus ad eam po
landum: paratus est enim omnibus inuocan
se auxiliari, promouere concepta desideria, d
nique victoriam de inimicis tribuere. Cum
nim variis locis Propheta Dauid idipsum ex
Psal 9. rientia doctus exprimat, dicens, *Sperent in te*
nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti q
Psal. 12. *rentes te Domine : Ego autem in misericordia tua s*
Psal. 113. *raui, exultabit cor meum in salutari tuo : cantabo D*
Psal. 90. *mino, qui bona tribuit mihi : Qui timent Domin*
Sperantem in Domino esse quodãmodo omnipotentẽ. *sperauerunt in Domino, adiutor eorum & protector*
rum est : tum maxime Psalmo nonagesimo, q
quodammodo omnipotentiam speranti in D
polliceri videtur : tegitur enim huiusmodi p
tiõ

tatione Dei cœli, hic vero illum scapulis incumbentem tuetur, circumdat scuto, ab infinitis malis liberat, sternit à latere mille, à dextris decẽ millia, calcat aspidem & basiliscum, leonem & draconem debellat, denique, *Clamabit ad me*, ait, *& ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum*: vult tamen in hisce omnibus inuocari, in se sperari, alioquin nihil dabit.

11. Non tamen ideo abbreuiata est manus Domini: vt non possit, cui voluerit, eam gratiam immittere, quæ non tantum sufficiens sit, nihil vero efficiat, nihil operis sequatur: sed sic suadeat, vt persuadeat: non quidem applicando potentiam ad opus, sed efficacibus rationibus inflectens liberam potentiam ad sequendum, cõsiliumque amplectendum, quod à Spiritu sancto suggeritur. Differt enim à sufficienti; quod gratia *sufficiens* ea sit, qua Deus hominem vocat & excitat, & iuuare dirigendo, protegendo, cooperando paratus est, vt reuera possit ille qui sic excitatur, vocatusque est, velle credere, velle cõuerti, velle bonum aliquod præstare, tamen reipsa nihil sequitur, id est, non vult credere, conuerti, aut bonũ illud præstare: *efficaci* vero Deus ita hominem vocat, excitat, & iuuare dirigendo protegendo, cooperando paratus est, vt infallibiliter reipsa velit ipse, qui sic excitatur & vocatur, vt reipsa credat, conuertatur, bonum faciat. Ita vocatus est Matthæus, Paulus, Zachæus, Magdalena: vnde mirum non est, si Apostolus dixerit, *Gratia Dei sum id quod sum*. De hac gratia idem

5. *Aliquando mouet efficaciter: hinc gratia efficax.*

Differt à sufficienti.

1. Cor. 15.

Rom. 9.

Apostolus toto capite nono Epistolæ ad Rom
nos disputat, cum exponit, reprobatis Iudæ
Gen. 35. Gentiles ad fidem vocari, ostendens ex vna Re
becca duos filios natos, de quorum altero dic
tur, *Iacob dilexi; & Maior seruiet minori:* adferens
illud Moysis, *Miserebor cuius miserebor, & mise-*
Exod. 33. *cordiam præstabo cuius miserebor.* Denique, O ho
Rom. 9. ait, *tu quis es, qui respondeas Deo?* *Numquid dicit*
gmentum ei qui se finxit: Quid me feciſti sic? An
habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere
liud quidem vas in honorem, aliud vero in contume
Rom 11. Denique exclamat: O *altitudo diuitiarum sapien*
& scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudi
Lib. 2. de bono vel dono perseuer. ca. 14. *eius!* De eadem D. Augustinus, *Ex quo*, ait, *app*
ret, habere quosdam in ipso ingenio diuinum natura
ter munus intelligentiæ, quo moueantur ad fidem,
congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa
spiciant.

22. Efficacia tamen illa non consistit in pr
motione voluntatis, quæ eandem physice de
minet: quis enim locus libertati relinqueret
prædeterminare etenim terminum sonat, o
ponitur vero esse in termino, & libere age
nam libertas designat actum nondum inchoa
tum, determinatio vero voluntatem applicat
ad agendum, & iam reipla agere: vnde in actio
nibus instantaneis non tantum actus erit in
choatus, sed etiam terminatus ac finitus, ant
quam voluntas libertate sua vti possit: eritque
termino ad quem, cum esse debeat in termi
à quo Est enim libertas terminus à quo libera
ctio manare debeat: Deus vero cõuenienter
rum

turis rerum sese accommodat, & homines trahit eo modo quo solent homines trahi, inuitando & alliciendo ad consensum eliciendũ, quod Augustinus pulcherrima comparatione persequitur. *Ramum viridem* (inquit) *ostendis oui, & trahis illam: nuces puero demonstrãtur, & trahitur. Si ergo ista, quæ inter delicias & voluptates terrenas reuelantur amantibus, trahunt, quoniã verum est, Trahit sua quemq; voluptas; non trahit reuelatus Christus à Patre? Quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem?* Hæc ille. Vnde patet efficacitatem gratiæ non indicta præmotione voluntatis consistere: sed quod Deus eo modo trahat atque alliciat, quo nouit voluntatem secuturam. quod D. Augustinus expressit his verbis supra citatis: *Si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant.* Nouit enim Deus cuiusque arbitrij vires: quibus si accedat gratiæ congruæ subsidiũ voluntas hominis infallibiliter, libere tamen, inuitantem sequetur.

Tract. 26. in Ioan.

Apta similitudo.

Efficacis gratiæ effectus sunt duo: facit enim vt *velimus* efficit item, vt, quod voluerimus, *Impleamus.* Illa vocatur gratia *operans*, hæc *cooperans*: de quibus Augustinus. *Ipse, vt velimus*, inquit, *operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* & infra: *Sine illo, vel operante vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus.* Hæc autem nolim quispiam sic intelligat, vt, cum Diuus Augustinus gratiam operantem nominat, velit solum Deum operari, & non simul potentiam humanam cooperari: non enim Deus potest se solo velle in nobis

Gratia efficacis effectus duo.

Lib. de gratia & libero arbit. c. 17.

bis sine nobis, ac supplere seipso actum formalem: sicut etiam nequit efficere vt sine albedine per ipsum paries albescat: nam velle, & operari formaliter est actus vitalis. Operantem vocat gratiam, quæ à præueniente, disponente, & excitante absque hominis opera, distinguitur, quæ reipsa incipit operari: ceterum cooperatur & voluntas hominis, quæ operari aut incipere non posset ex se, sine Dei gratia adiuuante & simul operante. Cooperantem vero vocat, quæ posse velle, seu resolutionem, totum opus cum voluntate perficit. Addo gratiam operantem ab opere quod efficit, denominari, suppresso respectu potentiam quæ cooperatur: sicut & voluntas interdum operans dicitur, etiamsi gratia cooperante indigeat: alioquin gratia operãs, quæ sine voluntate agit, non ad opus, sed ad gratiam excitantem pertinere videretur.

1. *Gratia operãs quid.*

2. *Gratia cooperans.*

Ex his videre est, qua ratione diuina bonitas infirmas animæ nostræ vires restaurare incipiat & quidem ante iustitiam: quomodo vero posita adeptam sanctitatem eadem perficiat ac restauret, iam videbimus.

Cap. XXII.

Animam hominis, tum in ipsa essentia, tum in potentiis, nobilissimis gratiæ ornamentis illustrari.

Gratia habitualis tituli.

23. Quæ hucusque attigimus, omnia iusti-
tiam solent præcedere: nihil vero
gra-

gratia illa, quæ animæ essentiã exornat, diximus. Eam vocant sancti Patres vestem quandam diuinam, qua animæ essentia vestitur. Vt enim filij Regum prætexta induuntur, qua ab aliis distinguantur: ita qui filij Dei sunt, per gratiam inhærentem, vestem accipiunt, qua à filiis perditionis discernantur. Dicebat Iob: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ.* Certe, vt nuditatem corporis omittamus, nudus erat animo, vestem nullam habebat: nam originalem perdiderat: quod & singuli nostrum dicere coguntur: solus ille vestitus in mundum intrauit, qui ex virgine natus est, Spiritus sancti virtute conceptus. At qua veste? vtique villosa: erat enim Agnus: & cũ in passione tonderetur, (*sicut enim agnus ad occisionem ductus est, & coram tondente se obmutuit*) Spiritus sanctus vellus lanamque collegit, meritaque eius contexuit, & vestes innumeras confecit iis vestiendis, qui filij Dei futuri erant: & quia ij Regis æterni filij, purpureas eiusdem Agni sanguine reddidit. Hinc Apostolus ait: *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis*: vellera nimirum diuini Agni. Hortatur nos idem; *Induimini Dominum* IESVM CHRISTVM, & *Exuite veterem hominem, & induite nouum, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.*

1. *Vestis seu habitus vocatur.*

Iob 1.

Isa. 53.

Gal. 3.

Rom. 13. Ephes. 4.

Gratiam habitualẽ esse in essentia animæ, & dare vitam spiritualem esse diuinum, & ex ea oriri habitus.

Et merito vestis vocatur, quia habitus est inhærens animæ, non in motu quodam transeunte consistens, sed nouum quoddam animæ esse superaddens, quod à natura habere nullo modo potuit. Vt enim anima dat esse naturale corpori,

pori, & ex ipsa potentiæ fluunt, quæ sunt actionum instrumenta: sic & gratia, quæ anima quædam est spiritualis, & spiritus supernaturalis, esse animæ supernaturale, & ex ipsa quodãmodo fluunt virtutum infusarum habitus, qui principia proxima operationis supernaturalis. Vt enim in rebus naturalibus distinguuntur tria, esse, posse, & operari: quorum tertium à secundo, & secundum à primo dependet: sic & in rebus supernaturalibus distinguenda sunt tria, esse quod habetur per gratiam, posse quod habetur per virtutes infusas, & operari, quæ sunt ipsæ actiones, verbi gratia, Fidei, Spei, Caritatis, & aliarum virtutum. Hinc D. Dionysius Areopagita scribit, hominem non nosse divina operari, nisi prius adeptus fuerit statum siue esse diuinum: sicut & nos opera humana non ante operari incipimus, quam hominem esse cœperimus. Eodem modo opera & habitus diuini præexigũt esse diuinum: est enim habitus, auctore Philosopho, *dispositio perfecti ad optimum.* Perfectum autem id vocat, quod est dispositum secundum naturam. Quare cum natura humana non sit ex se disposita ad opera supernaturalia, neque ad ea naturalem propensionem habeat: necessario exigitur aliquid quod eleuet & supernaturaliter perficiat naturam humanam, vt in eam habitus supernaturales infundi queant: & ea gratia est, quæ animæ essentiam exornat, nouoque quasi spiritu imbuit. Id insinuat D. Paulus, cum ait: *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis*

L. Eccles. hierar. c. 2. part. 1.

Arist l 7. Phys. text. 17.

1. Cor. 2.

quam in ipso est? *ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritũ qui ex Deo est.* & Ioannes ait: *Ioan. 3.* *Quod natũ est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.* Quod nascitur, accipit nouũ esse.

Hic ergo spiritus est diuinũ illud esse, quod Spiritus sanctus generat in nobis: & quodammodo forma dici potest animæ. Vt enim corpus sine anima mortuum est, & viuum informari abanima dicitur: sic & anima quadam notione quasi corpus quoddam mortuum est, dum hac vita destituta est: & spiritus Dei, seu gratia & affectio inhærens, forma suo modo æstimari potest. Vnde D. Iacobus: *Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.* Si fides, quæ donum est supernaturale, mortua est, id est, informis est, sine caritate: quanto magis anima sine gratia informis erit! nam opera ista à gratia inhærente procedere necesse est, sine qua nulla viralia opera (de quibus ait Apostolus) manare possunt ab anima, vtpote mortua & vitæ expers. *Iac. 2.*

2. *Gratia est forma animæ, seu vita spiritualis.*

Est ergo gratia vita animæ: & Spiritus sanctus, à quo nobis spiritus Christi diffunditur, spiritus viuificans appellatur. Gratia deinde nos Dei filios efficit: vnde D. Petrus: *Renati non ex semine corruptibili, sed ex incorruptibili, per verbum Dei viui.* & D. Iacobus: *Genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius.* Et quia filii, diuinæ naturæ participes efficimur: eiusdem enim naturæ sunt pater & filius: hinc D. Petrus con-

3. *Anima vita gratia appellatur. In Symbolo Nicæno. 1 Petri. 1. Iac. 1. 2. Petri. 1.*

1. Ioann. 3. *consortes* nos esse asserit *diuinæ naturæ*. Quidnam rum? nam *filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus.*

Ex hac gratiæ adoptione sequitur, nos Patri nostro dilectos esse; vnde D. Ioannes ait: *Cum dilexisset suos, qui erant in mũdo, in finẽ dilexit eos.* Cuius te ij erant sui, quos genuerat verbo veritatis. idem Ioannes hortatur nos vt *diligamus Deum quoniam prior dilexit nos.*

4. *Nos per gratiam Deo caros effici.* Ioan. 13. 1. Ioan. 4.

Gratia nos heredes regni cœlestis adscribit; nam *si filij, & heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* licet addat Apostolus hanc conditionem: *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* Compati enim necesse est, si fides profitenda, si tentationibus resistendum, si eius martyrii explendis adsit obligatio, si virtutis alicuius exercitium vrgeat, diuino humanoue iure. Quantum quidem cum Apostolo Paulo dicere licebit: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.* Quod vero post gratiam susceptam nulla sese (vt in pluribus contingit) pugnandi prębeat occasio, & defungi contingat eum qui filius & heres est Dei coheres Christi; quamuis merita tunc Deus non coronet, gratiam tamen suam coronabit, quę in Christo & in omnibus membris eius coronatur meretur.

5. *Filij efficimur, & heredes.* Rom. 8. 2. Tim. 4.

Gratia, vbicumque est, excludit peccatum, quod animæ mortem infligit: est enim lux, quæ tenebras pellit; est medicina, quæ morbos

6. *Gratia excludit peccatum.*

mz propulsat: est limpidissima aqua, quæ sordes omnes eluit.

Gratiæ quoque tribuenda est iustificatio nostra: confert enim animæ nostræ iustitiam, vnde iusti & sancti vocemur & habeamur. *Iustificati*, ait Apostolus, *ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.* & ne, putes per solam fidem iustitiam aduenisse, addit postea: *Spes non confundit: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Ergo Spiritus sancti gratia est quæ nos iustificat, caritatem cordibus nostris infundit.

7. *Gratia causa iustificationis.* Rom. 5. Ibidem.

Gratia exornat animam nostram, Deique sedem ac thronum efficit. Est enim anima iusti species sapientiæ. Gratia ergo illa sedes est, in qua Deus requiescit, sicut *sedet super Cherubim*, id est Magister imperãs omnibus creaturis, lõge maiori dignitate quam magister discipulis: quam Cherub Magistrum significat. Gratia ergo illustrissima sedes Dei, in qua diuinus Magister sedet, docens animam, & singulis iuniorum potentiis & partibus imperans ac dirigens.

8. *Sedem in anima nostra Deo præparat.* Psal. 79.

Nec animæ tantum sanctitatem hanc gratia impertit, sed etiam corporibus nostris, vt & ipsa Deo dicata ac consecrata esse conseantur. Ita nos hortatur Apostolus: *Obsecro vos vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.* Non vult amplius Deus sibi offerri animalium corpora mortua, sed viua hominum membra: at certe viuunt per

9. *Corpora nostra dedicat diuinæ Maiestati.* Rom. 12.

solam gratiam non enim gratius est corpus pe-
cato mortuum, quam sit animalis bruti obl-
Est præterea corpus nostrum per hanc gratiæ
1. Cor. 3. fusionem templum diuinæ Maiestatis, sacra-
Spiritus sancti. *Nescitis*, ait Paulus, *quia templ-
Dei estis*? Cur ita? Quia *Spiritus Dei habitat in v-
Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet
Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis*
Quid? & membra singula sanctificantur præ-
1. Cor. 6. tia tanti hospitis in throno gratiæ sedentis.
nescitis, inquit, *quoniam membra vestra templ-
Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à D-
non estis vestri? empti enim estis pretio magno: glori-
te & portate Deum in corpore vestro.*

Gratia thesaurus est incomparabilis: the-
10. rus sufficiens ad cœleste regnum compar-
Gratia the saurus in comparabilis. dum: & certe, quicumque illum habent, *per-
pes sunt amicitiæ Dei*: quia sane nihil pretiosi-
putari debet in mundo. O quanta cura hic
Sap. 7. saurus conseruãdus est! si enim pereat, perit
bis vita, perit mundus, pereunt omnia. Ideo
monet Apostolus, sciens quam fragili vas-
2. Cor. 4. contineatur: *Habemus thesaurum iustum in va-
ctilibus.* Materia huius vasis terrea est: & licet
cocta in vtero matris durior euaserit, fragilis
tamen, & mollis caro, & in molli carne inc-
stans animus. Heu, quoties multorum a-
mi fracti! quoties à gratiæ vita exciderunt! V-
ergo nostra fragilia sunt: thesaurus ing-
solicitos nos faciat oportet, ne illum per-
mus.

24. Præclara sunt hæc cõmendandæ gratiæ

gialia, nec inferiora, audiamus: mirabiles nempe quas in animo gratia facit mutationes. In primis voluntatem ad Deum conuertit à rebus caducis, vt eum diligat, & vniuersam eius legem inuiolabiliter seruare constituat. quæ mutatio tanta est, quanta posset esse maxima: vt ille qui versus Occidentem erat progressus longius, festinet reuerti in Orientem: qui summo frigore algebat, ardores immensos concipiat. Mutat deinde iudicium nouis principiis nititur: pulsa mundi sapientia, diuinam sequitur: statum denique internum, & subinde externum, totumque hominem exuit, ac nouum assumit. Qualares etiam hominis mutantur. Vt enim ferrum natura sua durum, obscurum, ponderosum, frigidum, si ignem concipiat, ignis conditiones omnes induit; molescit & in formas varias conflari potest: lucet vt ignis: leuius est & igneas scintillas emittit: ardet, & calorem intensissimum vlurpat, fortiusque quam ignis ipse aduritur: sic & animus noster, lapide ferroque durior tenebris ipsis tetrior atque obscurior, pondere suo ad terræ centrum propemodum demersus, glacie denique frigidior, adueniente gratia cordis duritiem soluit, cœlesti lampade illustratur: excussa peccatorum sarcina, ac pondere terreni amoris, assurgit ad diuina, cœlestia contemplatur: flagrat adeo diuino amore, vt cogitationes, verba, opera eius sint *lampades ignis atque flammarum*, nec aquę multę vanitatum valeãt extinguere caritatem, nec tentationum flumina obruere.

II. *Mutationes mirabiles in animo inducit*

I.

2.

Cant. 8.

Mutationes in corpore

In corpore quoque non minor mutatio q
in animo conſpicitur: deliciis enim ſucced
graues pœnæ, & quidem ſpontaneę, flage
tiones, macerationes, humi cubationes, ieiu
honoribus vero fuga ſæculi, humilitatis
dium, veſtis contemptibilis, nouorum am
rum conſociatio, conuerſatio honeſta, mo
ſtia in moribus, totiusque oris corporisq
poſitio ſpectabilis. Diuitiarum amorem
pertatis ſtudium calcat: profundit opes in
nos, ſui cura neglecta. Ecquæ maior mut
poſſet accidere?

In ſtatu.

Sed & ſtatum hominis mutat mirandum
modum: ex vili filio Adæ, filio proditoris, P
ceps nobilis diuinæ Maieſtatis fit, à cub
lo, à ſecretis. Poteſt Rex nobilitate quem
donare, re ipſa tamen nihil in eo mutat
gratia ipſa nobilitatis inſigne quoddam el
fundamentum. D. Gregorius de ſe ſic ſcri

L. 2. epiſt. ex Regiſt. indict. 9. c. 5. Rom. 4.

*Ecce ſereniſſimus dominus Imperator fieri ſimiam
nem inſſit: & quidem prouiſione illius vocari le
teſt, fieri autem leo non poteſt.* Deus vero, qui
cat ea quæ non ſunt, tamquam ea quæ ſunt, &c
ius velle eſt poſſe, inſignia nobilitatis confe
poteſt: & hominem immutare, ſic vt, quod n

Iſaia. 62.

erat, ſit: & qui ſimia erat, fiat leo: teſte Ia
*Non vocaberis vltra Derelicta, & terra tua non
cabitur amplius Deſolata, ſed vocaberis Voluntas
inea.* Ad hunc modum, cum Saulem, Da

1. Reg. 10. 2. Reg. 13. 3. Reg. 4.

dem, Salomonem ad regnum vocauit, eorum
immutauit animos, ſpiritusque generoſos
regios contulit: Dauidi quidem cor ſecundu

cor suum, Salomoni vero *latitudinem cordis quasi arenam quæ est in litore maris.* Denique quæ maior homini mutatio potest accidere, quam vt consors sit naturæ diuinæ, diuinæ puritatis & sanctitatis imitator? Itaq; sicut Alchymistæ cuprũ, argentum, & alia metalla (vt aiunt facilius quam verius) in aurum conuertunt: ita (quod hominibus impossibile est) Deus quotidie vere facit in Ecclesia sua, cum homines ex impiis iustos, ex terrenis cœlestes, ex carnalibus spirituales diuinosq; facit. quod D. Ioannes Baptista non ab simile comparatione vsus declarauit, cum dixit: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* *Simile.* *Matth. 3.*

11. Et hi quidem gratiæ effectus ad animæ spectant essentiam, & eam perficiunt, reparant, atque exornant: vis tamen eius latius patet, quã vt in anima otiosa atque immobilis hæreat: verum, vt diximus, sicut ab animæ essentia potentiæ, quibus ea suas operationes exercet: ita & ab anima ista spirituali, quæ in animæ naturalis essentia residet, potentiæ quamplurimæ oriuntur atque profluunt. Vt enim nobilior est diuina illa vita quam humana, nobilioresque, ac magis arduæ eius operationes: sic & plures potentias ac facultates suppetere necesse est, vt opera sua mortales cum facilitate valeant exercere. 12. *Ex gratia, quasi essentia animæ, oriri potentias: vnde actus supernaturales.*

13. Itaque gratia fonti comparatur, & aquæ quidem viuentis, limpidæ, & salientis. Hoc facit gratia, quæ vt aqua quædam lauat & abstergit quidquid sordidum & immundũ est: refrigerat *Gratia fonti comparatur.*

Aqua. Ioan 4. & 7.

quoque animos nimio calore libidinum æ
tes: sitim desideriorum mundanorum ex
guit: saturat vero iustitiæ famen sitimque
cessione consolationis internæ: & quia lim
est, facies hominibus repræsentat suas, e
mit maculas, & nævos, qui forte conscien
deformarent, manifestat: excitat etiam int
tes ad bibendum, ad faciem detergendam
mandamque puritatem ac munditiam.

Et quidem viua.

At aqua hæc viua esse dicitur, nonstagn
estque in perpetuo motu, quia gratia otiosa
est, & si operari renuit, gratia non est. M
hic, vitæ euidens est argumentum: vitæ
nim animæ, cui inest, tribuit, & motum
tentiis ad vitales operationes exercendas.
& fons nominatur, ex quo multi riui riuul
profluunt: quibus animorum prata, plan
bores, proficiendi desideria, virtutes, pote
denique ipsæ irrigantur: quin & in iis sing
non vnus, sed riui plures delitescunt: quot
virtutes infusæ, tot riuuli è quibus opera vi
tum prosiliunt.

Aqua salientis. Ioan. 4. & 7.

Hinc huius fontis aqua saliens à Christo
minatur, & vere, quamquam spirituali se
ducta metaphora à fontibus artificiosis, q
hortis amœnitatis & voluptatis causa con
excitantur: deriuata namque ex altiori loco
canales aqua, (non enim supra originem
re potest) & in varios tubulos destributa, m
in pluuiam spargitur, nunc in teli formam
ploditur, nunc temere fuseque labitur, vt
spiam interdum ab inopinato se & aspergi

perfundi miretur, interdum etiam per fistulas quasdam incredibilis artificii musica harmoniæ aures mulceri. Fons ergo per spiritum sanctum in essentiam animæ diffunditur, qui in potentiis naturalibus diducitur: & in iis tot prinulos constituit, quot virtutum habitus. Ex his opera prosiliunt virtutum, quibus asperguntur homines rore diuini verbi, & quidem persæpe inopinato, vel peracuto iaculo confodiuntur. *est* enim *Dei verbum penetrabilius omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque & medullarum: estque discretor cogitationum & intentionum cordis.* Concrescit etiam subinde *vt pluuia doctrina* Sanctorum, vt fundere gratiam ore, oculis, totoque vultu ac corpore videantur. Ceterum virtutum ille confluxus tantum concentum in iustorum animis efficit, vt hormoniam audire videare, & psalterium decachordum. Hanc gratiæ melodiam describit Apostolus. *Fructus* (ait) *Spiritus* sunt *caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* O quam insignis melodia! connexæ etenim virtutes sunt, & nulla deesse debet, in hac hormonia: vnaque prudentia hanc lyram dirigit, vt in concentu nihil desiderari possit pro loco vero & tempore tubuli aperiuntur, fiuntque opera virtutum, quæ magna viac feruore erumpunt, eoque feruentius, quo copiosior aqua in tubis, gratiaq; in potentiis reperitur. Huius fõtis architect⁹ Christus est, & illũ stabilit, cũ ait; *Qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum qui aũt biberit*

Heb. 4.

Deut. 32.

Gal. 5.

Ioan. 4.

biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aq
salientis in vitam æternam.

Aqua perennis.

Aqua perennis est, nisi peccato aliquo hu
fontem alio deriues, aut extinguas; salit enim
vitam æternam : nam opera æternæ vitæ p
mio compensantur : nec fons ipse siccabi
fluetque iugiter, donec gratia in gloriam æ
nam commutetur. Salit etiam aqua hæc in
tam æternam : nam opera ex eo facta ad th
nûm vsque diuinæ Maiestatis ascendunt, &
acceptantur, sempiterna donanda beat
dine.

Dicet aliquis : Qua ratione ad cœlum vs
erumpit atque ascendit, cum fons ipse in ele
tia animæ resideat, nec origine sua altius a
possit conscendere? At non ita est : quæ
que in anima gratia residet, non origo primi
nia censenda est: è cœlo fons iste dimanat, ot
nemque ducit. Qui sedet ad dexteram Pat
ipse est fons vitæ, ille plenus gratia & verita

Cant. 4. est *fons hortorum, puteus aquarum viuentium, q*
Ioan. 19. *fluunt impetu de Libano.* Libanus seu candidus i
ctus est in cruce, lotus aqua corporis sui, cu
vnus militum lancea latus eius aperuit, & contin
exiuit sanguis & aqua. Hæc cisterna non siccabit
in æternum : nam & alius in ipso fons perenn
est, iugiter è diuino sinu profluens, teste Psal
Psal. 35. mista: *Quoniam apud te est fons vitæ.* Hic crescit
Psal. 45. ingentem fluuium, qui totum Paradisum irri
gat : *Fluminis* enim *impetus lætificat ciuitatem De*
Hinc defluxit aqua nostra viua, diffusa in cord
bus nostris per Spiritum sanctum. Quid mirum

ergo

ergo, si fluuius à mari deriuatus ad mare recurrat, & saliat aqua in vitam æternam?

16. Initio mundi (vt refert Moyses) *fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuidebatur in quatuor capita.* Fluuius hic gratia est, quam Deus in animæ centro collocat: ex qua flumina quatuor deriuantur, quorum primum in Intellectum influit: ibique nascitur riuulus fidei, si ante excitatus non erat: prudentiæ deinde, sapientiæ, scientiæ infusæ, ac ceterorum donorum intellectualium, quibus ipse Intellectus restauretur & perficiatur, ignorantia rerum diuinarum errorque abigatur.

14. *A gratia fonte quatuor in animæ potentias fluuij deriuantur. Gen. 2.*

1.

Secundum flumen Voluntati congruit, quæ plurimos in se riuulos virtutum continet, spem nimirum, caritatem, iustitiam, religionem, orationem, & cetera quibus cuique (hoc est, Deo in primis, sibi, aliis) quod suum est, redditur. His Voluntas prona ad peccatum sustollitur acroboratur, cum ad opera virtutum ardua ex se cum delectatione elicienda, tum ad tentationes generose propulsandas atque euincendas: pellitur amor sui, vt regnet amor Dei, qui omnia vitiorum monstra conuellat ac destruat.

2.

Tertium flumen eam partem occupat, quam vocant *Irascibilem*, & in ea turgescunt quoque riuuli, fortitudo, patientia, longanimitas, perseuerantia, ceteræque fortitudinis partes.

3.

Quartum replet Voluntatem, vt est appetitus *Concupiscibilis*. Ex eo profluunt riuuli tempe-

4.

rantiæ, castitatis, sobrietatis, modestiæ, liique id genus, quibus decorum in hom nascitur in rebus agendis, ac ornamenta pl ma prælucent. Hæ ergo virtutes omnes, v flumina quædam cælestia, à fonte gratiæ der tur, quib. fidelis animæ paradisus irrigatur, ctusq; germinat bonorum operum copios

15. *Gratia arbori comparatur. Gen 2.*

Gratia denique arbori comparatur, & m to arbori vitæ: tum quia immortalitatem pertit, tum quia omnium fructuum, quiab minibus eduntur, radix est, ex qua cetera in arbore visuntur, promanant. Radix ergo boris est gratia: truncus, ex quo brachia ma caritas: rami, qui sæpe prodeunt ex paucis tr ci brachiis, sunt virtutum habitus, qui veli tellectu vel in Voluntate diuinitus infus sident. Ex his folia, flores, fructus, verba seri desideria, conatusque incipientium, facta d que heroica prodeunt. Sic ergo potentiæ s riores copia virtutum supernaturalium r rantur, roborantur, ac inuictæ contra tent num impetus redduntur. Quæ omnia, & longe plura atque maiora, illi gratiæ, cuius officia laudesque percensuimus, asscribe sunt.

Cap. XXIII.

Inordinationem potentiarum inferiorũ xilio gratiæ Christi reparari.

27. SEd quid de inordinatione virium i riorum, quæ rationi insidiantur, eam

rebelles præuertunt ac supplantant? quis modus vt in gratiam cum ratione redeant, & rectitudo deperdito redintegretur? Id profecto sine singulari Dei priuilegio, quod post Christum illibatæ Virgini Matri concessum est, nulli potest mortalium contingere in hac vita: nam Apostolus ipse, qui in tertium cœlum raptus fuerat, *Video*, ait, *aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* Hæc lex aculeum habet, & pungit etiam antequam aduertas: & si minimum inhæreas, vel dissimules, noxam contrahis. Deinde, nemo liber est à peccato, vitareq; omnia potest, quam diu nouercæ illi, omnium malorum origini, legi nempe peccati, excludendæ modus non est relictus. Hinc Concilium Tridentinum: *Si quis dixerit hominem semel iustificatum amplius peccare non posse, neque gratiam amittere: atque ideo, eum qui labitur & peccat, numquam vere fuisse iustificatum: aut contra, posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia: anathema sit.* Non est tamen diffitendum, singulari Dei gratia multis donatum esse, vt vel raro grauiores libidinis, iracundiæ, inuidiæ, opum habendarum, & similium cupiditatem illecebras sentiant, vel in vno genere aut etiam pluribus liberi sint: quod in viris sanctis ac perfectis docet experientia. Vnde D. Augustinus: *Concupiscentiis carnis non consentire, magna laus est: quas non habere, magna* PERFECTIO *est.* Homines ergo perfecti his molestiis carere possunt. Quis credat

Rom. 7.

Sess. 6. can. 23.

Concupiscentia fomite sine speciali priuilegio carere neminem.

Speciali gratia nõnullos immunes esse à grauioribus impugnationib.

Serm. 12. de verbis Apostoli.

Exẽplis probatur.

D. Io-

1. D. Ioannem Baptistam: qui, *ciuium turmas fug-*
Ioānis Bap- *petit antra deserti teneris sub annis, ne leui saltem*
tistæ. *culare vitam famine posset*, molestas rebellio
sensisse, & incentiua carnis, superbiæ, auari
graues item ad virtutum opera difficultates
buisse, cum ea non sine voluptate usurpasse
Matth. 3. ptura ipsa renuntiet? Non defuerunt quo
qui, in studium PERFECTIONIS incumbe
tes, ab vnius pluriumue defectuum impug
tione post aliquot saltem conuersionis annos
beri fuerunt, præsertim domita magno ar
incredibilibusque pœnitentiis passionum im
tentia. Neque enim omnes propendent a
uaririam, ad libidinem; non omnes ad super
aliaue flagitia. Hæc PERFECTIO apud an
quos Patres, de quibus Cassianus, Theoda
tus, Palladius, *impassibilitas* vocabatur; per qua
EO PERFECTIONIS veniebant, vt pa
uas admodum difficultates persentiscerent
virtutum exercitio: vix vlli motus in eis exci
bantur, aut certe raro nec admodum dira
si.

2. In quo genere Equitius Abbas Valeriæ Pro
Castitatis uinciæ, egregius Dei athleta, (de quo D. Gre
commen- gorius in Dialogis) vehementer profecit: qui cu
datio in E- ægerrime ferret se subinde nocturnis immun
quitio. *Lib. 1. Dial* ditiis contaminari, tantum ieiuniis & oration
ca. 4. apud Deum effecit, vt dormienti visus sit An
gelus quippiam velut fellis folliculum, aut po
tius vasa seminaria, vel quid simile, in eius cor
pore amputare; quo sublato, omni molestiato
to vitæ tempore liberatus est; & (vt D. Gregori
ve-

verbis vtar) *ita alienus exstitit à tentatione, ac si sexũ non haberet in corpore. Qua virtute fretus, ex omnipotentis Dei auxilio, vt viris ante præerat, ita cœpit postmodum fœminis præesse: nec tamen discipulos suos admonere cessabat, ne se eius exemplo in hac re facile crederent, & casuri tentarent donum quod non accepissent.*

3. *Thomas Aquinas. In vita eius & Breuiarijs Romanum*

Idem D. Thomæ Aquinati concessum fuisse adhuc iuueni narrat Ioannes Garso: qui cum Ordinem S. Dominici contra parentum voluntatem esset ingressus, & parentes ex insidiis raptum in arcem Sancti Ioannis reduxissent ad labefactandum eius animum, procacem iuuenculam in cubiculum miserunt. Ipse castissimus iuuenis, arrepto titione, cum alia arma non essent ad manum, illam terruit ac fugauit: interea eodem titione (quod imago cui accideret, ibi deesset) crucis figuram pinxit. Feruentissima deinde oratione ad Deum fusa, cum in somnum incidisset, per quietem sentire visus est sibi ab Angelis constringi lumbos: quo ex tempore omni postea libidinis sensu tota vita caruit.

4. *Gregorij Nazazeni virg. nalis castitat Russinus in prologo in libros S. Greg. Nazianz. in edit. Bill. ho*

Non absimile est, quod Gregorio Nazianzeno Athenis philosophiæ operam danti contigit. Cum enim iuuenis castitatis laude vehementer flagraret, duæ eleganti forma virgines dormienti apparuerunt: quas cum castitatis instinctu oculo toruiore respexisset: tum illæ, blandeaccedẽtes, illum complexæ sunt: Non est, aiũt quod timeas bone iuuenis: nos Sapientia & Continentia nominamur, quas impense diligis: ideoque ad te missæ sumus, quia in te gratissimum

uobis

betur ante Orat. 49. & ipse S. Greg. in carmine lugubri de anima sua calamit.

nobis domicilium præparasti: age quod agis. His dictis disparuerunt.

28 In alio quoque genere plurimum valuerunt alij Sancti; vt B. Fráciscus, ac eius socij, quorum studium & industria in eo maxime defluxit, vt omnem habendi cupiditatem, & gloriæ ambitionisque fastum, imo & earum semina prorsus delerent ex animis, quæ vel in ipso nascentis Ordinis exordio deleta fuisse, res ipsa atque eorum vitæ decursus satis declarant: illi in primis (vt de B. Francisco loquar) quod à vero emisso largiendæ omnibus eleemosynæ nil poscenti negauerit, quin etiam, quidquid haberet, pauperibus largitus sit, desiderio PERFECTIONIS Euangelicæ consequendæ: quod & nique coram Episcopo Assisinate bonis omnibus cesserit, reiectis etiam vestibus, vt liberius dicere posset, *Pater noster qui es in cœlis*; noluerque toto vitæ tempore vel tangere pecunias; quæ ipse cum summo paupertatis amore seruare constituit, ac ab omnibus sui Ordinis alumnis in perpetuum seruari inuiolabili lege sanciuerit. Eo in feruore spiritus (vt scribunt D. Bonauentura & D. Antoninus) cum adhuc esset in habitu sæculari vani honoris prostratæ spei Assisij despectus, deformis, & squalidus propter ieiunia & pœnitentias incedebat: non pauci, insanum rati, luto & lapidibus impetebant, innumerisque lacessebant iniuriis, patientissime interim omnia, hilari serenoque vultu, ac si surdus mutusque fuisset, tolerantem. Obseruauit hæc Bernardus, vir sapiens, nobilis, & opulen-

5. D. Francisci & sociorum paupertas & humilitas.

B. Bonau. lib. 1. vitæ S. Franc. c. 2.

S. Antoninus p. 3. tit. 24. c. 7.

tus,

tus, à cuius consiliis tota ciuitas pendebat; nec putauit tantam patientiam, mundique contemptum, duorum annorum constantia probatam, diuina virtute carere posse: inuitatum ergo Franciscum ad cœnam vt & ea nocte domi suæ quiesceret. Annuenti lectum parari curauit in eo cubiculo, in quo lampas semper ardere solebat ipseque in eodem loco sibi sterni mandauit, vt Francisci sanctitatem exploraret: quam dissimulare volens Franciscus, cubiculum ingressus inconcinne in lectum prosiliit, dormitabundo similis. Bernardus vicissim suo tempore decubuit; & cum nonnihil quieuisset, altum se dormire ac stertere simulans, Francisco libere agendi occasionem præbuit. Franciscus, Bernardum ratus sopitum esse, surgit è lecto, & facie ac manib. in cœlum protensis atq; defixis tanto ardore orare cœpit, vt ignescere putaretur; fundensque vim ingentem lachrymarum, tota nocte nihil visus est aliud agere quam identidem in hæc verba prorumpere, *Deus meus & omnia*: & id quidem ideo dicebat, quod Prophetico spiritu cognosceret, diuinam bonitatem perielitanti mundo, studio pauperum Religiosorum, quorum Ordinem excitabat, opitulari velle. Videbat hæc interea, audiebat, ac diligentissime obseruabat omnia Bernardus, & supra quam dici potest Spiritu diuino incensus cõstituit sæculo valedicere. Quod prima luce patefacienti, Magnam, ait Franciscus, rem aggrederis, Bernarde: Dei super ea consilium exquirendum est: quod hac ratione fieri poterit:

Adea-

Adeamus domum Episcopi: cui vicinus ha-
tat Sacerdos probæ vitæ: hunc dicere sacrum
rabimus: eleemosyna numerata, atque eo
hunc finem audito, ad tertiam vsque in ora-
ne perseuerabimus, petentes à Deo vt in ap-
tione libri Missalis beneplacitum suum no-
manifestare dignetur. Factum est. Sacerdos
go, signo crucis se muniens, primum aper-
Matth. 19. Missale in nomine Domini nostri Iesv Chri-
Matth. 14. illudque occurrit supremo folio: *Si vis perfe-*
Luc. 9. *esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperib*
cundum, aperto libro, occurit: *Si quis vult pos*
venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam
sequatur me. Tertium aperienti illud obuiu
Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque pera
que duas tunicas. Tum Franciscus, En, inquit, B
narde, voluntatis diuinæ certum indicium. V
de, perfice quod à te exigit: ipsi summa lau
gloria, qui Euangelicam vitam nobis ostend
dignatus est. Opulentus erat Bernardus, &
credibiliter pecuniosus. Vendidit tamen omn
collectamque pecuniam cum Francisco per o
mos viduarum, orphanorum, peregrinorum
Religiosorum deferens, comite vbique Franc
sco, distribuebat. Syluester quidam ciuis Assi
auaritia incitatus, cum hæc dispergi videret, ac
cessit ad Franciscum, eique, Et tu, inquit, pro
pidibus quibusdam, ad Ecclesias reparand
coemptis, nondum plene satisfecisti. Mira-
tus hominis auaritiam Franciscus, memor ta-
men Euangelij, omnipotenti tribuendum es
suadentis, è sinu Bernardi manum implen

dicen

dicens Siluestro: *Si hæc non sufficiunt, addam & plura.* Abiit quidem Siluester: sed vesperi sordes suas agnoscens vehementer indoluit, proposuitque sibi Francisci sanctitate, ac feruore Bernardi: tribusque noctibus contemplatus crucem auream procedentem ex ore Francisci, cuius extremitates à terra vsque ad cœlum, brachia ad mundi fines protendi videbantur, & ipse sua omnia pauperibus erogauit, & Francisco adiunctus est: eoque PERFECTIONIS deuenit, vt (sicut de Moyse legitur) loqueretur Deo, tamquam amicus ad amicum suum. Et hæc quidem de D. Francisco & eius sociis.

S. Bonauent. l. 1. vita S. Francisci, c. 3.

Illud dignissimum perpetua memoria, quod refert Palladius de quodam Serapione, pauperatis & humilitatis studiosissimo, qui & à sindone, qua sola veste induebatur, sindonites, & ob impassibilitate ἀπαθὴς appellatus est. Is nullam possidendi desiderium patiebatur: & vero nihil habebat prorsus: ne sellulam quidem, nec quietis certum locum admittebat: ceterum in studi meditatione & diuinorum librorũ lectione diuitias suas collocabat: & vt omnibus omnino careret, vel etiam seipso, sese paganis, iisque mimis & histrionibus, viginti solidis distraxit, fidelissimeque iisdem seruiuit: pedes eorum lauabat aliquando: præter panem & aquam sumebat nihil: assidue diuinas paginas manibus tenebat, voluebat animo: effecitque vt dominos suos Christo adiungeret, à theatralibus auocaret, & ad vitam pudicam, honestam, piamq;

6. *Serapionis apathia. In hist. Lausiaca, sect. 73. in Bibliotheca sacra.*

traduceret. Qui cum libertati illum reſtit
vellent, admiſit quidem, ſed ea lege, vt pre
ſeruituris ſuæ, quod ideo aſſeruauerat, illis
deret. Vrgebant illi, vt velut dominus &
ſpiritualis præeſſe ſuæ familiæ dignaretur,
cuniæ ſummam iam dictam, quam illis re
bat, pauperibus erogaret. Non ita, inquit,
pecunia eſt, non mea, qui nihil poſſideo:
Dei obſequio aggregaris, alios quæro, q
ſimile beneficium impertiam. Precanti
ſaltem euoluto anno Athenis ipſos inui
præſtitit id quidem; ſed cum neminem i
ſet Athenis qui ſibi vel panem porrigeret
bus diebus manſit omnino ieiunus; ſola
ſindone tectus, omni ſubſidio carebat hum
& edendi deſiderio incredibili exagitatus
to die in colliculum quendam, vrbi imm
tem, in quo Primates oppidi conſilium h
re conſueuerant, conceſſit: manuumque i
ti complosione ac concuſſione, ſtrepitue
to, magnam vim ſe pati conteſtans, clam
Athenienſes viri, opitulamini. Concurrerunt
rabundi omnes gregatim, vt fit, ad ſpectacu
quis ſit, vnde, & quid velit rogant, edicat.

Caſſian. collat. 5. c. 21. ait, *genere Ægyptius, profeſſione Monachus. Ex qu
ſum à vera patria mea, in trium fœneratorum m
incurri: quorum duos quidem, ſoluendo debitum
quo modo, vt potui, placaui; tertius adhuc me de
nec habeo vnde ei ſatisfaciam.* Illis autem, quis
aut vbi degeret exactor adeo moleſtus, re
rentibus, opemque ex animo pollicen
Cupiditas, ait, *pecuniæ deſiderium volupta*

ferocitatis ventris, hi tres mihi à puero molesti fuerunt: ex quibus duos primos superesse iam videor, nec vltra mihi molesti sunt: tertium vero ferre non possum quam enim quartum iam diem ieiunet stomachus, lacerat que: vrget me sæuissimus fœnerator, debitum exigens, & nisi reddidero, mortem minatur. Quidam ei obuium porrexit, ex quo comparato pane vnico circa Macedoniam venit. Illic quendam de primoribus vrbis, bonum ceteroquin virum, sed Manichæum cum tota familia reperit, seq; illi reprehendidit. Ibi patrem familias & domesticos omnes, ab execrabili secta intra duos annos ad matris Ecclesiæ sinum reuocatos, veris Christi Domini filiis adiunxit.

7. *B. Ignatij Loiolæ continentiæ eximiæ argumentum Lib. 1. c. 2.*

Ad hæc Maffeius duo refert de B. Ignatio, Societatis IESV fundatore: & in primis, quod nocte quadam vigilanti augustissima specie ac beatissima luce fulgens Maria Regina Angelorum, cum paruulo Iesu, non modo sese palam ostenderit, verum etiam incredibili benignitate spectandam aliquandiu præbuerit. Quo viso mirifice recreatus B. Ignatius, tantum repente odium fastidiumque concepit eorum quæ apud cæcos mortales prima putantur, ac præsertim quæ cum inhonesta voluptate coniuncta sunt, vt omnes rerum illarum quamuis diuturno vsu ac vetustate corroboratas imagines ex hominis memoria confestim aspectus ille deterserit.

8.

Alterum est de inanis gloriæ molestia, quæ ægritudini corporis adiuncta incredibiles animi dolores attulerat: denique, ait Maffeius,

Eius victoria contra cenodoxiæ seu inanis gloriæ titillationem. Lib. 1. c. 10.

diuino præsidio detestabile hoc ingrati animi vitium ita debellauit, euulsitque radicitus, vt postea, quamcumque salus animarum aut Dei gloria postularet, non minus bona quam mala, sine vlla prorsus cenodoxiæ titillatione, palam & ingenue expromeret.

Hos ergo Patres quis dicet tali rerum ambitionis aut auaritiæ spiritu pulsatos? Quod si qui reperiantur, vt multi reperiuntur qui non modo superbię fastum, auaritiæ sordes carnis mollitiem pedibus proculcent, sed etiam in omnibus Deo, superioribus, æqualibus, inferioribus se subiiciant, infima quæque amplectantur, paupertatem carius quam matrem complectantur, carnem ieiuniis & ciliciis affligant, & quidem maiori voluptate atque ardore, quam qui insanis amoribus oblectantur: quis huiusmodi molestis fomitis iaculis impeti, & non potius ad primi parentis statum accedere censeat? Certe primus parens leui tentatione edendi primi cum vxore lapsus est: hi ne summis quidem deliciis capiuntur, etiam non vetitis: & insuper gustare cogantur, reddunt insullas & insipidas, multaque alia, quæ sensibus contraria sunt, non sine summo incommodo ferri possunt, quærunt, comminiscuntur, ac tamquam delicias amplectuntur: pro quacumq; re, vel etiam admodum leui, quæ Dei voluntati vel rationi repugnet, mortes & multas & atroces poenas subire parati sunt, quam animam peccato contaminent. Imo ne tyranni quidem torquendis martyribus tot genera excogitare potuerunt tormentorum, quot PERFECTIONIS

Iosi rationes corpusculi affligendi adinuene-
unt. Illud ex dictis conficitur: si homines, Chri-
stiauxilio, tres illos capitales inimicos, superbiã
vitæ, concupiscentiam oculorum, & concupi-
scentiam carnis, ex quibus cetera vitiorum por-
tenta promanant, ita subiugare potuerunt, vt vix
insurgere valerent; quid censere oporteat de ce-
teris, cum capite truncato reliqua membra ca-
dere necesse sit.

39. Verum quia priuilegium illud omni fo-
mite & impugnatione carendi B. Virgini con-
cessum est, anne ratio aliqua esse posset modum
illum cognoscendi & assequendi; si non omni-
no, saltem ex parte, vti de Sanctis iam declarau-
imus? Video tres modos fomitis extinguendi à *Fomitis extinguendi rationes tres.*
Patribus proponi: quorum primus est, per so-
lam extrinsecam Dei assistentiam, seu Spiritus
sancti protectionem, manentibus tamen viri- I.
bus animæ veluti habitualiter inordinatis. Hoc *Per assistẽtiam Dei extrinsecã.*
Spiritui sancto difficile non est: vnde cum nihil
in rerum natura moueri possit, nisi Deus vt pri-
ma causa rebus intime præsens simul coopere-
tur: si primus hic motor cooperationem suam
subtrahere velit, quod Deo admodum facile
est, appetitus sensitiuus numquam rebellabit,
numquam mouebitur sine rationis imperio.
Verum hic modus tamquam imperfectior, vt-
pote qui omnia in Deo, nihil in subiecto consti-
tuat, præter inordinationem, iis tribuendus
non est, qui omnino fomite caruerunt, nem-
pe CHRISTO Domino, B. Virgini Matri, & pri-
mis parentibus: nam & hoc modo fomes in no-

bis ligari posset, sine vllo ornamento intrinse

2. Secundus modus perfectior quidem, & bilior, fit per virtutes infusas in excellenti gr & habitus internos, inclinantes appetitum periorem & inferiorem in bonum fidei & tioni conforme. Verbi gratia, excellenter h lis laudem omnem abhorret: castus detest impudicitiam: spiritu pauper non modo divi contemnit, sed ne tangere quidem vult, nec rum curis implicari: vir patiens occasiones f nendi quærit, & si non inueniat, sibi pœnas fligit: vir egregie sobrius à cibis etiam licitis stinet: interdum, mortificandi sui causa, cibis licationibus amara quædam atque acida, adh lendum saporis ac voluptatis sensum, con scet, qui gradus extremus est in virtute tem rantiæ: vnde isti longissime absunt à vitiis co trariis.

Per virtutes infusas. Est Caietani & aliorum in 3.p. D Th. q.27. a.3.

Accedit quod vsu longiori etiam appet sensitiuus, in quo proprie virtutis ratio non uenitur, ad virtutem assuescat, & assuetudi cum voluptate, et am sensui repugnantia app tat & exerceat: nascitur que in eo affectio qu dam, (ea vis est necessitudinis partium inferi rum cum superioribus in vtramq; partem) q se trahi patiatur ac regi rationis ductu, vt equ freno, vt canis loro, & quidem cum facilitate delectatione. Hunc modum dixi perfectiore ac nobiliorem, sed æque sufficiens non est: quo verissimum esse reperiemus, si quæ sexta, sept ma, octaua, & nona gratię Prærogatiua diximus attentius consideremus: fragilitas etenim hu

mas

mana maior est, quam vt etiam intensissimi virtutū habitus,& earum vsus,præuenientes naturæ motus impedire possint. Tentationum occasiones, hostium multitudo,industria,experientia, impugnationum varietas, præponderant omnib. viribus ac vigiliis nostris: ferit.n. à tergo concupiscentia,& imprudētem aggreditur. Cogitatio, quæ in imaginatione est,necessario mouet appetitum sensitiuum, quantumcumq; homo repugnet: nec perfecte frenare in nostra est potestate. Sæpe vero pæne prius canis hic momordit quam ratio habitib. vti possit: qui agere non possunt nisi in hostem manifestum, sicut nec ratio,nec voluntas humana, in quibus fundantur: vnde si quispiam B. Virginem intensione habituum ac virtutum æquaret, ne ille quidem ab inordinatione potentiarum inferiorum liber censendus esset,si diuina deesset protectio. Imo bona forte naturæ dispositio, quoad illas motuum concitationes, subinde plus prodest, quam copiosior gratia inhærens sine auxilij specialis protectione: nam gratia habitualis,etsi ornamentum quoddam sit animæ eiusq; essentiæ inhæreat, non tamen proprie agit, nisi vt se in potentias, per quas operationes suas exercet, infundit. At virtutes præsupponunt cognitionem vsumque potentiarum, in quibus consistunt: quæ cum præueniantur, impossibile est hominem solis illis habitibus internis sic hostibus resistere, vt non subinde dentes morsusque atque aculeos concupiscentiæ sentiat.

Tertius ergo modus est ex vtroque compo- 30

Per vtrũque iunctum.

situs: nempe copia donorum internorum, q
bus mẽs miro modo roboretur, & à vitiis p
sus abhorreat: quo fiet vt sponte ac delibe
animo nulla ratione vel committat, vel perm
tat, quantum in se est, aliquem motum exc
cum in anima, tum in ipso corpore. Sed, vt d
hoc non sufficit: requiritur protectio acc
dia Dei singularis, qua dæmonem arceat, co
neat appetitum, ne sese moueat, & si occu
occasio illuminatione quadam mẽtis ac opp
tuno consilio intellectum instruat, efficacia
dia suggerat ad repugnandum, vincendum
Psal 59. tentationem: *dat enim Deus mouentibus se s
ficationem, vt fugiant à facie arcus*: tum volunta
roborat, vt vel hosti resistat, vel quod agend
Deus inspirat, amplectatur.

Christus triplici de causa à fomite peccati immunis fuit.

His præsidiis Christus Dominus ac eius s
ctissima mater vallati, nec peccarunt, nec v
in eis motus insurgere potuit. Hoc tamen
dendum: in Christo Domino hanc immuni
tem longe excellentiori modo quam in vllis a
1. fuisse, & quidem triplici de causa. Primo, ex
propriæ conceptionis: non enim per virtute
seminalem, sed ex purissimo intemeratæ virg
nis sanguine propagatus est, ideoque pecca
2. originali non erat obnoxius. Deinde, ex vi be
titudinis: non enim viator tantum erat, sed co
3. comprehensor. Denique, ratione vnionis hy
postaticæ, quæ ne vmbram quidem peccati ad
mittebat.

Gradus ad debilitandum fomitem.

30. Sed quis ad hæc idoneus? Nullus sane: ad
tamen quatenus sperare tentareque liceat, si no

adeo

adeo perfecte, quantum saltem per Dei gratiam licebit. Magna moles est, & non opus dieiv nius: nec enim solet Dominus Deus eam sanctitatis eminentiam primo quoque tempore largiri, etiamsi faces ardentissimas tironi subinde admoueat. Hi ergo gradus seruandi sunt.

In primis, vt studiosus PERFECTIONIS ab omni peccati labe animam suam egregie expurget. 1. *Vitiorum expurgatio.*

Deinde firmissime statuat, vitia omnia, quantumcumque leuia, vitare, idque pro virili præstet: & notas quasdam constituat, vt, erratorum numero deprehenso, & à se pœnas exigat pro meritis, & lapsuum numerum minuat ac corrigat. 2. *Venialium peccatorũ fuga.*

Tertio, Sacramentorum adhibeat subsidium quo & gratia augeatur, & ex gratiæ accessione protectio quoque diuina accedat prolixior. 3. *Sacramentorum subsidium.*

Quarto, in suscipiendis Sacramentis non vltimum suum finem constituat, quasi in sola habitualis gratiæ amplitudine consistat PERFECTIO, quæ tamen vitiorum radices non euellit, nec admodum minuit: sed omnes animi neruos adhibeat, vt prauos vitæ superioris & naturæ corruptæ habitus euellat. Quod studium, vt longe difficillimum, atque maxime arduum, arripiunt pauci, multi vel deserunt, vel sensim negligunt: præsertim quia aut ratio contumacissimi hostis pellendi cuilibet peruia non est: aut, si non ignoretur, tamen & nos ipsos amamus nimium, & ea quæ nostra sunt, vireſque infirmas non raro & labiles constantia deserit. Enimue- 4. *Euulsio prauorum habituum.*

ro certum est, nihil tam arduum esse, tam firm
tam inueteratum, quod Christi virtus non d
primat, generosus animus non comminu
constantia non labefactet.

Gutta cauat lapidem, non vi, sed sæpe cadendo.

Euelluntur arbores altissimæ, & meta
rudia leuigantur, complanantur, expoli
tur.

5. *Virtutum internum exercitiū.*

Quinto, euellendo tetras illas fibras, sens
quidem virtutes inducuntur, studium tam
particulare oportet adhibere, vt longo vsu, ex
citio præsertim interno, frequentibus actib
& quidem ex omni habitus latitudine elicit
virtutes augeantur, altasque illæ ipsæ in an
radices agant, vt cum facilitate spiritualis athl
ardua quæque exerceat, tentationes repellat
longe procliuior sit ad bene rectèque agend
quam ante ad peccandum, cum in vitium p
penderet.

6. *Vigilantia.*

Sexto, magna ex parte nostra requiritur vig
lantia, & eo quidem maior, quo demissius de n
bis opinari debemus, nos nimirum auxilio D
esse & indignos & indigos: sicque excubandu
nobis est, ac si Deus victoriam, cuius testis e
vult & agonotheta, soli industriæ nostræ ac labo
ri relinquere velle videretur. Illudque ideo ob
seruandum valde, ne motibus hisce rebellib
occasionem causamque præbeamus: etsi enim
voluntati rectè dispositæ ij repugnent, eide
tamen adscribentur, si causam præbuerit: qui
nim causam alicuius effectus producit, cens
tur

tur & effectum velle producere. Exempli gratia: *Cum Pericles* (inquit Cicero) *haberet collegam in prætura Sophoclem poetam, hique de communi officio conuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles, O puerum pulchrum! At, inquit Pericles, prætorem, Sophocle, non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere decet.* Quæro vnde motus ille. Sane non aliunde ortus, quam ab aspectu inordinato. Simile esset, si quis oculos coniiceret in iuuenculas formosiores, elegantes adolescentulos intueretur, manus aut alias corporis partes tractaret, audiret curiosius verba minus honestatis sane, si moueatur, sibi imputet. Item qui vane de genealogia parentum, de opibus, de eorũ potestate, de se tuisque reb. multa prædicaret, si tunc sagitta inanis gloriæ volãte feriatur, etsi eam nolit, vult tamen in causa: qui in mensa oculos circumducit, & singulos cibos considerat, si inordinato appetitu feratur, oculis adscribat, qui sæpe animam intuentis deprædãtur. Denique, *qui amat periculum, in illo peribit.* Nec admodum ille sibi beneuolentiam Dei cõciliat, eiusque auxilium promeretur, qui, quod in se est, ad vitandum peccatum non facit, sed in causa peccatum ipsum procurat, spe nixus, sed vana, Deum auxilio futurum. Non ita, sed iuuantem se Deus adiuuat, & si quis manum operi admoueat, præsto est omnibus inuocantibus se.

Lib. 1. Officiorum, sub finem.

Abassini Æthiopes (vt scribunt ij qui in locis illis versantur) in Sacerdotibus Christianis præ ceteris suspiciunt castitatem: cum eorum Reli-

In annuis prouincia Goana, anno 1609.

« Religiosi, quos habent plurimos, sint impuni
« mi. Ipse Rex, fratri suo Proregi Tigrę colloqu
« eosdem Ecclesiæ Romanę Sacerdotes Angel
« esse asserebat. Antistes quidam Religiosus, R
« ginæ seu Imperatricis magister, cum esset ap
« Reginam cum nostris, percunctatus est quo
« terentur remedio, quaue medicina, vt sic esse
« casti. Cum responsum esset adhiberi ora
« nes, pœnitentias, & sedulam sensuum custod
« Illa, inquit, ratione tuto tale monile seruat
« Placuit responsum Reginæ; necimmerito: n
etsi nemo continens esse possit, nisi Deus c
Deus tamen continentiam nostram non serv
nec nos insanis concupiscentiæ motibus libe
nisi & nos ipsi opportunis præsidiis iuuare c
nemur.

7. *Fiducia in Deum.*

Septimo, etsi vires omnes conferre debe
mus ad vincendum, tamquam si nobismetip
relictis victoria de hostibus reportanda fore
nihilominus ita in Deum fiduciam omnem c
iicere necesse est, ac si ex nobis nihil plane po
semus, vt & nihil sine Dei auxilio possumus.
deo sæpe ad Deum recurrendum est: ita enim
monet D. Bernardus: *Nos ergo fratres, (obsecro, i*
per custodiam nostram stemus, quoniam tempus mo
tiæ est. Nec in sterquilinio huius miseri corporis, sed
corde vbi Christus habitat, in iudicio & consilio ra
nis sit conuersatio nostra ita sane, vt non in ipsa habe
mus fiduciam, nec fragili innitamur custodiæ, sed fig
mus gradum in munitionem firmissimæ petræ, Chri
totis viribus innitentes, sicut scriptum est: Qui stat
supra petram pedes meos, & direxit gressus mos

In serm. de diuersis, ser de verbis Hababuc. c. 2. Super custodiam meam stabo post medium.

Psal. 39.

Hæc
pore i
esse ve
dum e
motu
inuid
re, vel
mone
nari:
landi,
ribus
perm
beri
riam
na o
rit.
N
ram
aggr
tim a
quin
tis ac
lium
re op
farit
cen
mol
cum
Deu
pec
pia
non
Hæ

Hæc Bernardus. Et quidem matutino tempore infimis precibus rogandus est, vt auxilio esse velit. Id etiam Angelo custodi commendãdum est. Adhibenda quoque protestatio: si quis motus exurgat à concupiscentia, vana gloria, ira inuidia, & similibus, nolle omnino id à se prodire, velle detestari ex animo: & quæcumque à dæmone, carne, mundo obiici poterunt, abominari: largiri Deus dignetur gratiam assidue vigilandi, ipsumque inuocandi opportunis temporibus; totamque spem in ipso collocandi: non permittat à se vitiis occasionem ansamque præberi: vires denique sibi sufficiat, vt ad eius gloriam de hostibus victoriam reportet. Id matutina oratione serio feruenterque agendum erit.

Nec id modo, sed generosus pugil dabit operam vt propositi frequenter sit memor. Si rem aggredi debeat alicuius momenti, vbi præsertim alicuius lapsus esset periculum, non incipiat quin prius tabernaculum Dei in se commorantis accesserit, opem implorauerit, & eius consilium super ea re quæsierit. Si feminam conuenire oporteat, si lasciuum adolescentem, si aduersarium, si mensa adeunda, si ex loco superiori dicendum, si conferendum differendumque animosius, hæc & similia non adoriatur imparatus, cum Ecclesia sæpe repetat versiculum illum, *Deus in adiutorium meum intende*; signo salutifero pectus muniat, tum magna cum modestia incipiat, pergat alacriter, & generose conficiat, vt non tam rem suam quam Dei negotium agere videa- *Psal. 69.*

videatur. Quod si, dum agit, se pulsari se-
tiat interius, non curet, pergat & animo-
quod cœpit solius Dei intuitu, inuidia dæ-
nis lacessitus non omittat.

8. *Protectio diuina. Augustin. in Psal. 102.*

Requiritur postremo Dei protectio: quæ
tique non deerit, si humiles fuerimus, & ta-
quam paruuli optimum patrem timuerim-
De hoc D. Augustinus in psalmum centesim-
secundum, *Secundum altitudinem cœli à terra*
roborauit misericordiam suã super timentes se; Q-
inquit, *si aliquando potest cœlum abscondere se a*
tectione terræ, aliquando poterit Deus non prote-
timentes se. Attende & cœlum: vbique atque v-
que protegit terram: & nulla pars terræ est, quæ
cœlo protegatur. Peccant homines sub cœlo, fac-
omnia mala sub cœlo, tamen proteguntur cœlo. I-
lux ad oculos, inde aer, inde spiritus, inde pluuia ad
ram propter fructus, inde omnis misericordia e-
Tolle auxilium cœli à terra, statim deficiet. Sicut
go protectio cœli permanet super terram, sic prote-
Domini permanet super timentes eum. Times Deu-
super te est protectio ipsius. Hæc Augustinus:
quibus videre est, Dei protectionem deesse
posse, modo ipsi non desimus nobis, si hum-
les & timentes ad eum recurramus.

Quæ diuinam protectionem augeant.

Augetur vero Dei protectio cum virtutu-
incremento & gratiæ: quo enim Deo caro-
sumus, eo maior eius cura erga nos atque p-
tectio. Crescit quoque cum cura diligentiaq-
quam ad ea vitanda, quæ Deum offendu-
adhibemus: nihil enim mercede dignum in-
natum prætermittit, nec se patitur liberalio-

I. *Gratiæ & virtutum incremen-*

superari. Denique protectionis gradus caritate in Deum nostra metiri possumus: quo enim Deo sumus cariores, eo maiorem de nobis ostendit solicitudinem, idque merito: nam quo Deum intensius diligimus, eo magis timemus ne ab eius amicitia excidamus, eo diligentius ipsius opem imploramus, & eo ipse libentius eam nobis impertit: ait enim: *Ego diligentes me diligo: & qui mane vigilauerit ad me, inueniet me.* *tum.* 2. *Diligentia nostra.* 3. *Caritas protectionis mensura.* Prouer. 8.

His subsidiis nonnulli sancti Patres ad magnum sanctitatis fastigium peruenerunt, rabidos concupiscentiæ morsus ac stimulos magna ex parte euaserunt, & propemodum ad primi parentis innocentiam redierunt. In pugna tantum discrimen aliquod est, quod Adamus hoste intus caruerit, verum virtute, gratiæ amplitudine ac robore nihil ei posteri non pauci concesserunt. Et hi quidem nos ad imitationem prouocant. Audet S. Paulus, & dicit: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, Curro non quasi in incertum: sic currite, vt comprehendatis.* Sed hæc pauca pro opportunitate: spectant enim ad praxim, quare in librum secundum ea reiiciemus. 1 Cor. 11. 1. Cor 9.

Id ex dictis conficitur: *Gratia Domini nostri Iesu Christi hominis vulnera morbosque sanari, potentias superiores ad diuina peragenda restaurari, animam hominis nobilissimis gratiarum ornamentis illustrari, mentem ac voluntatem præstantissimis virtutum luminibus ac gratiis condecorari, muniri, roborari, denique totum hominem* PERFECTIONIS *studio aptum idoneumque restitui*: cuius be-

beneficij auctori, Deo Patri & Filio eius Je
Christo, & Spiritui sancto, gloria in sæcu
Amen.

Cap. XXIV.

De quadruplici hominis vita, naturali, p cati, gratiæ, & æterna.

Quinq; errores circa animæ originem.

1.

Lib. de hæres. c. 6. 70.

EX hoc cognoscimus quantum vulnus peccatum originis acceperit homo in lectu, quod ne sui quidem principium, nec rum actionum originem pernoscere vmq potuerit. Et sane de animæ ortu quot err emerserunt! Voluerunt nonnulli, Augu auctore, animas humanas particulas esse di substantiæ, proinde nec creari, nec traduci rentibus. Ignoscendum fuisset Stoicis id nantibus, sed turpius hic error à Philone I defenditur: qui etiam Gnosticis, Manich Priscillianistis lampada tradidit. Non mi turpiter hallucinatus est Plato, quem diuin nominarunt, qui humanas animas à Deo dem creatas fuisse, & ex nihilo, sed omnes mul cum Angelis: deinde fastidio quodam a ctas bonorum illorum spiritualium, quibus cœlo fruebantur, amare cœpisse res terrenas, que à Deo idcirco in corpora tamquam in c ceres compingi. Origenes (quod mirere) lap est in hunc errorem: eumque damnauit Con lium Bracarense primum, & D. Leo sanctiq; tres reprehenderunt. Censuerunt nonn

Philo lib. quem inscripsit, Quod deterius potiori insidiari solet.

2.

Lib. 1. de principiis cap. 7. to 1. Conc. Brac c. 6. to. 2. Conc. Leo epist. ad Turbium, c. 6.

animas quidem in cœlo cum Angelis non fuisse sed cum ijsdem conditas quibusdam locis asseruari, ac deinde modo vnam, modo alteram ad corpora transmitti. Quam stulte id quidem, D. Hieronymus in quadam epistola satis exprimit. Visi sunt alij amplius sapere, asserentes, vti corpora à parentum corporibus, ita & animas ab eorundem animabus generatione traduci. Hoc insipienter Tertullianus; quem secutus est Apollinaris, teste D. Hieronymo. *Formauit* enim *Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*, animas vero bestiarum fecit materiales, dicens: *Producat terra animam viuentẽ in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ.* Quæstio de ortu animæ (fateor) difficilis est; & D. Aug. censuit originem latere, neq; facile esse definiendum. Quamquam fides iam dubitandi locum non relinquit, asserens nempe animas à Deo creari, & infundi singulorum corporibus dispositis ad animæ rationalis susceptionem.

3. *Epist ad Marcellinum, inter epistolas Aug. 27.*

4. *Epist. tit. Gen. 2. Gen. 1.*

5. *Aug. lib. 4. de orig. animæ, tom. 7. Veritas de origine animæ rationalis.*

Tota fere cohors Philosophorum in quæstione de animæ immortalitate vel errauit, vel certi aliquid vix statuere ausa est, vacillans in omnibus, & multa lumine naturæ comminiscens, quantum excogitare potuit. De principiis naturalibus sic definiuerunt, vt ne iam quidem constet de eorum veritate. De vita humana, principio motuum omnium, norunt vix aliquid Philosophi. An in corpore fiat concoctio ciborum; crescant corpora vi alimenti, decrescant defectu natiui caloris; vnde potentiæ nascantur; sintne in anima potentiæ aliquæ; qua

Philosophorum sententia de animæ immortalitate.

ratione moueantur; cuius imperio partes mnes corporis agantur: pauci cognosc Quomodo ergo nossent in nobis esse vitam ritualem? quomodo peccatum principat interdum tenere? Deum excludi, reg hostem teterrimum? quod tamen magn fert ad vitam Christiane instituendam, & xime ad PERFECTIONEM assequendam, discernendos spiritus; qua sine cognitione ta spiritualis ne quidem potest consistere.

2. Quia vero mortales oculos aperire lunt; quodque in eorum obtutus sese intr atque ingerit, videre recusant; ex vita n rali cæteras vitas depingere statui.

Vita naturalis descriptio.

Nemo sanæ mentis in dubium reuocab uere, tametsi normam rationemque vit ignoret. Conflatur vita naturalis ex com ctione corporis & animæ, quæ tanquam ma corpori dat esse & vitam. Ex animæ es tia confluunt potentiæ seu facultates: è bus operationes manant, tum internæ, tum ternæ. Ab eadem anima motus omnis ori & quod oculos aperiri, manus contrahi, pe incedere, hominem flere vides, ridere, ec tere voces nunc significantes, nunc omn nudas & notionis expertes, scias hæcab anima latente produci. Sed quomodo la cur potius non ais eam ipsam in aperto esse, videri? Prodit omnino sese, &, si spir non esset, eam oculis corporeis conspice signa tamen abditæ latentisque animæ sat perque obseruas, & eam ratione præsen

Potentiæ ex animæ essentia cõfluunt.

Anima in actionibus conspicitur.

esse discernit. Quanta differentia irati ac pacati, exultantis contractique animi, iocantis ac pugnantis pugilis! pæne in vultu gestuque corporis annuentem aut renuentem iudicas, & quid intimo latet animo, vultus ipse sæpe, vel tristis vel hilaris, grauior vel leuior, vox remissior aut excitatior manifestat; vt eleganter Cicero. *Ex oculorum*, ait, *obtutu: ex superciliorum aut remissione aut contractione: ex mœstitia aut hilaritate; ex risu; ex locutione; ex reticentia; ex contentione vocis, ex submissione; ex cæteris similibus facile iudicabimus quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet.* Hæc ille. Videmus ergo animi motiones; & quid ex recta ratione, quid ab inordinato affectu oriatur, iudicamus. Intuere vultum infirmi; præstolare donec animam emiserit; solo oris aspectu mortuum dicis, animam decessisse: & nescio quomodo ipsa in vultu etiam dormientis sese præsentem esse denuntiet. Hanc vitæ humanæ harmoniam ex anima & corpore colligatam (quod in ea lumen quoddam rationis vel ex ipsius corporis officijs effulgeat) Philosophi diuinam esse censuerunt? nec modo in hisce inferioris ordinis rebus considerandis occupari, sed supra cœlos animam versari, & cœlestia quædam rimari in ipso corpore, idq; operibus factisq; demonstrare. Hinc hominis forma non prona, sed recta, corpus erectum, vt sit facilis ad cœlos prospectus: sicut poeta quidam describit:

Lib. 1. Officiorum.

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; tueri
Iussit,

Ouid. lib. 1. Metamor.

Iußit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Li. 22. ciu. c. 24. circa medium. Quod pie Auguſtinus explicans ait: *In ipſo corpore noſtro, quamuis nobis ſit cum belluis mortalibus commune, multiſq; etiam reperiatur infirmius, quæ pertota Dei bonitas, quanta prouidentia tanti Creatoris apparet! Nonne ita ſunt in eo locâ ſenſuum & membra diſpoſita, ſpecieſq; ipſa ac figura atque ſtatus totius corporis ita modificata, vt ad miniſterium mentis rationalis ſe indicet factam? Non enim vt cætera animalia rationis expertia prona videmus eſſe in terram, creatus eſt homo; ſed erecta in cœlum forma corporis admonet eum, quæ ſurſum ſunt, ſapere. Porro mobilitas quæ linguæ ac manibus attributa eſt, ad loquendum & ſcribendum apta atque conuenientia, ad opera artium plurimarum officiorumq; compagem nonne ſatis oſtendit quali animæ vt ſeruiret tali corpus adiunctum?* Hæc pauca de multis quæ Auguſt. adfert in hanc ſententiam.

Rationis lumen microcoſmũ, vt ſol mundum, illuſtrat.

3. Hoc rationis lumen in anima, vitæ naturalis primo principio, poſuit Deus, vt ſol mundo, qui microcoſmo præluceret, & ſingulariter hominis vitam inter animalia degentem illuſtraret. Ex quo noua & plura quidem lumina vt à ſole ſtellæ & aſtra oriuntur, quibus natura humana miro ſplendore coruſcat. Cum enim anima hominis ſit imago ſuperni Numinis, *Pſal. 4.* miq; & æterni legislatoris; ſignatum eſt quoq; ſuper hanc imaginem lumen vultus eius.

Lex naturæ vnde oriatur.

Ab hoc vultus diuini lumine, quo Deus omnia intuetur & iudicat, leges omnes oriri habent, & in eius imagine, hominis nempe animã, deſcriptæ ſunt. Et primũ quidem illud præ-

cipium cęterorum basis est; *Bonum esse prosequendum, fugiendum malum*: omnes enim hoc norũt, hoc fatentur, hoc prædicant; ex eo omnes naturæ pendent leges: nam quæ bona sint, quæ mala sint, ratio, quæ legislatorem agit, non obscure præscribit ac designat. *Legum primum principium: bimembre.*

Et bona quidem, alia vtilia, alia honesta censentur. Eorum quæ vtilia, quædam communia sunt cum viuentibus, qualia sunt viuere, crescere, alimenta sugere; quædam homini cum animalibus, vt conseruatio speciei per sexuum cõmixtionem; quædam denique soli homini propria, vt est viuere secundum rationem: est enim proprium bonum hominis, ex rationis norma actiones suas dirigere. Ex hac propensione prosequendi boni, diuersæ natcuntur leges: vt, Vitam esse conseruandam; & ex hac aliæ, Cibo, alimentis, & somno eandem sustentandam esse; Si vis inferatur, vim vi esse repellendam. Inclinatur quoque ex prima & generali lege prosequendi boni ad seipsam in specie conseruandam. Hinc lex generis humani propagandi: ex quo principio sequuntur leges, Vxores nempe legitimas à nonnullis saltem sibi copulandi; Non more pecudum generationem esse debere communem, vt proles agnoscatur & conseruetur; Prolem esse educandam; Legitime denique in parentum hæreditatem succedere. Inclinatur & ad bonum honestum; vnde hoc principium nascitur, Vitam ex rationis nutu esse instituendam. *A bono quarendo bonorum quædam vtilia, vtilium genera tria.*

Leges ab vtili eductæ.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

Ex hoc duo noua principia emergunt: Vnum

Leges ab honesto duplices.

Deum colendum esse; &, Quod tibi fieri no alteri minime faciendum. Ex priore prode

Præcepta prima tabulæ.

præcepta primæ, vt vocant, tabulæ: Nulli, cepto immortali Deo, diuinos latriæ hono esse deferendos; Et si quem Deum in tes vocaueris, non falsum, sed verum inuoces, veritate, iudicio, ac reuerentia; Certum il cultui tempus attribuas, quo & agnoscas,

Præcepta secundæ tabulæ.

venereris, & inuoces. Ex altero principio cuntur præcepta alterius tabulæ, quibus sta tur, Vt parentes tuos ames, colas, & obse Vitam alteri non adimas, non pudicitiam, poriſque decus, non bona temporalia, non mam: & hæc ne voluntate quidem; name turpe est velle, quod recta ratione caueri prohibetur fieri: hæc enim prudenter no volet sibi ab altero irrogari.

In hoc esse semina virtutum. Hom. 9. in Hexamer. ante medium.

4. Sunt & in eadem ratione semina quæ virtutum naturalium, referente Basilio; v clinatio quædam ad Religionem, pietatem, stitiam, veritatem, amorem Dei naturalem proximi: quæ semina non sunt tantum de ria pertinentia ad salutem, (vt videtur sen Cassianus) sed in intellectu quidem est lum rationis seu συντήρησις, dictans homini euid ter harum virtutum officia; & in voluntate, turalis quædam propensio & incitatio ad h obeunda. Dicuntur autem semina virtutu quia ex his, tanquam primis rudimentis, vir tes oriuntur & succrescunt.

Virtutes quatuor

Prodeunt ex illis quatuor illæ virtutes, q velut cardines internam naturæ PERFECTI

REM fulciunt: Prudentia in intellectu, Iustitia in voluntate, in appetitu irascibili Fortitudo, in concupiscibili Temperantia: ex quibus cæteræ virtutes morales propagantur, hominemque ijs vtentem componunt & perficiunt, &, vt Deo & hominibus, quod suum cuique est reddat, efficiunt. Si quis ergo rationem ducem audiat ac sequatur, his ornamentis vitam suam illustrat atque componit; in ijs anima ipsa inuisibilis cernitur, & incredibiles amores in internis intuentium oculis excitat. Vt enim res tenuis, exigua, vel obscura per crystallum perspicacius conspicitur; & maior illustriorque apparet: sic & anima per illustrissimas virtutum species & illustrior efficitur; & re ipsa inuisibilis in oculis mortalium, visibilis conspicuaque redditur.

cardinales vnde oriantur.

Simile.

Hæc in vita naturali præclara sunt; & seruient, spero, vt in ea tanquam in speculo cæteras spirituales vitas intueri liceat. Sed quia homo à gratia, in qua stabilitas eius ac consummatio consistebat, excidit; excidit etiam à fœlicitate vita humana, suasque habet miserias & calamitates; quas nihilominus amat infœlix, & præfert excellentiæ amoris diuini, opibusq; spiritualis vitæ, in qua sola saluari beatiq; poterit; sine qua omnes mundi sapientes cum omni sua scientia, ingenijs, rebus gestis præclarissimis, stulti obscuriq; merito reputabuntur. Ab hui⁹ amore Deus nos volẽs auertere, multa in diuinis literis memoriæ prodidit, & illud in primis: *In sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terram* Gen. 3.

Vita humana breuitas & miseria.

de qua sumptus es; quia puluis es, & in puluerem numer
2. Reg. 14. *uerteris.* Illud, *donec*, breuissimum est: *omnes en* quasi g
morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, us are
non reuertuntur. Et quidem à primo ortus no ni sing
momento dilabi incipimus tanquam aquæ, næ. Ec
absorpti à terra imbibimur nunquam emer potest?
O breuis vita, quæ à suo ortu diffluit, & e 6. E
momento spargitur, nec amplius appare amamu
Iob 7. sapientissimus Iob: *Dies mei velocius transie* imus
quam à texente tela succiditur, & consumpti moria
absque vlla spe. Hesterni quippe sumus, ait idem nus: L
Iob 8. (nam heri nati, hodie morimur) *& ignor* vita si p
Iob 14. *quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terra* vt mor
vmbra nunquam in eodem statu permanet. Am
Psal. 38. dicit Rex Dauid. *Ecce* (ait) *mensurabiles po* feratur
dies meos, & substantia mea tanquam nihilum a morten
te. Ita est: exactis enim diebus, si eos metir ter tim
limus, & substantiam nostram, iam transie rit, qu
& ad nihilum redacta sunt; vnde nihil pond floribu
ne momentum quidem, in bilance adici na quæ
Psalm. 89. Sed graue est quod addit: *Omnes dies nostri* amato
cerunt, & in ira tua defecimus. Si enim & die gitius
& substantia deperdita deficiamus in ira e morte
quid ex nobis supererit? Id sane de quo Sal fluuio
Matth. 26. tor: *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ill* lacta
Eccl. 7. Sapiens: *Quid necesse est homini maiora se quæ* menta
cum ignoret quid conducat sibi in vita sua numero natur
rum peregrinationis suæ, & tempore quod velut u tur, vt
bra præterit? aut quis ei poterit indicare quid post pende
futurum sub sole sit? Moritur enim nobis mu Nam
dus, dum morimur; &, quasi non essent quæ morte
Eccle. 18. eo fiunt, nos ea scire non possumus. Denique flat c
mnes

numerus dierum hominum vt multum centum anni: quasi gutta aquæ maris deputati sunt; & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Et comparati anni singuli singulis guttis aquæ, & calculis arenæ. Ecquid ergo minus, quid leuius excogitari potest?

6. Et hæc vita est breuis & misera, quam adeo amamus, ob quam conseruandam omnia exponimus, neglecta animæ vita æterna, & ex memoria prorsus deposita, de qua ita D. Augustinus: *Labores & pericula & exitia huius transitoriæ vitæ si pro eadem vita quandoque finienda subeuntur, vt mors eius non omnino auferatur, sed paululum differatur, quanto magis pro æterna subeunda sunt, vbi mortem nec natura solicite cauet, nec ignauia turpiter timet, nec sapientia fortiter sustinet! nulli quippe erit, quæ non erit. Habeat igitur te vita æterna in dilectoribus suis. Nonne cernis, hæc vita miserabilis & egena quam vehementes habeat quantumque sibi obliget amatores suos? qui tamen, periculo eius sæpe turbati, citius eam finiunt eo ipso quo finire formidant, & mortem dum declinant, accelerant; veluti si quisquam fluuio rapiendus irruat, latronem bestiamue fugiendo. lactant in mare tempestate sæuiente aliquando & alimenta; &, vt viuant, proïciunt vnde viuant, ne cito finiatur quo vel in labore viuitur. Quantis laboribus agitur, vt longiore tempore laboretur: & mors, cum impendere ceperit, ideo cauetur, vt diutius timeatur. Nam inter tot casus fragilitatis humanæ quam multæ mortes timentur! quarum certe vna cum venerit, restat cæteras non timeri: & tamen fugitur vna, cum omnes timeantur. Quibus excruciantur doloribus, qui* Epist. 45. ad Armentarium.

curantur à medicis; & secantur! Nunquid vt non moriantur, sed vt aliquanto serius moriantur? Multi cruciatus suscipiuntur certi, vt pauci dies adijciantur incerti. Et nonnunquam ipsis doloribus victi contra moriuntur, quos mortis timore suscipiunt. Et cum omnino non eligant vitam finire ne doleant, sed dolent ne finiant, accidit eis vt doleant & finiant: non sola quia & sanati vtique vitam finiunt post dolores, quos tantis pœnis comparata nec sempiterna esse potest quia mortalis est; nec diuturna, quia tota breuis est; nec de ipso breui spatio sui secura, quia semper incerta est; verum etiam quod aliquando eam dolere finient, quam ne finirent, dolore voluerunt. Habet etiam magnum malum, ac vehementer execrandum & horrendum, nimius amor vitæ istius, quod multi, dum nolunt paulo diutius viuere, grauiter offendunt Deum apud quem est fons vitæ: atque ita, dum ab eis fugitur qui necessario futurus est vitæ finis metuitur, ad prohibentur, vbi sine fine viuitur. Huc accedit, quod ipsa misera, etiam si posset esse perpetua, nullo modo tanta vitæ etiam breuissimæ comparanda est: & tamen isti, amando miserrimam ac breuissimam, perdunt beatissimam ac sempiternam; cum in ipsa hac, quam male diligunt, hoc velint, quod in altera perdunt: quia vtique in ista nec miseriam diligunt, nam beati esse volunt; nec breuitatem, nam eam finiri nolunt: sed tantum quia vita est, sic amatur, vt sæpe propter ut (licet miseram & breuem) beata & sempiterna amittatur. Hæc Augustinus. Vitæ namq; naturalis finis mors est; quæ nihil est aliud, quam consortij animæ cum corpore initi dissociatio: dissolutio, & certa quidem & infallibilis: sed

Psalm 35.

Mors naturali vitæ contraria.

para-

paratio hæc neutrius partis interitus is est, qui adimat extinguatque omnia; manet enim animus, nec moritur; nec corporis excitandi spes potest excidere Christiano homini. Quare cum æterna vita supersit, sic viuamus, vt non frustra nati, non temere naturæ dona tam excellentia à Deo accepisse videamur.

CAP. XXV.

Vitam peccati immanem esse tyrannidem.

7. EX his concipimus quid sit vita naturalis, quæ (vt collectim dicamus) aliud nihil esse videtur, quam *substantia quædam spiritualis, quæ se spiritualiter & corporaliter mouet ac perficit, quæque tribuit homini vt sit, estque facultatum, quibus operatur, origo, illisque mediis omnium operationum principium.* Videamus nunc an similitudine quadam, peccati vitam si non ad viuum describere, saltem aliqua ratione adumbrare valeamus; nam & eius cognitio non paruam nobis vtilitatem adferet. Est ergo *vita peccati habitudo quædam spiritualis, quæ animum contaminat, facultates occupat & inficit, mouet intellectum, voluntatem, omniaque corporis organa ac membra: facit vt, qui filius Dei sit, euadat flagitiosus; filius iræ, filius perditionis, filius diaboli; estq; malorũ omniũ, quæ vel in animo sunt, vel ex homine prodeunt, origo ac principiũ.* *Vita naturalis quid sit.* *Vita peccati quid.*

Esse in primis talem in homine vitam, primum omnium probandum est, ne initio nostra vacillet oratio. Ait enim Diuus Paulus: *Sicut regna-* *Esse aliquã peccati vitam, probatur.*

Rom. 5. *regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regn per iustitiam in vitam æternam.* At gratia est anim vita, vbi ipsa regnat: est ergo peccatum anim vita, vbi regnat in nobis. Verum non quodlib

Non omne peccatum censetur dominari ac viuere.

peccatum vita letalis est animæ, sed illud qu viuit, quod regnat: concupiscentia enim p Baptismum peccatum est, sed vitam non hab

Iacob. 2. Vt ergo fides sine charitate aut gratia mor est in semetipsa, ita etiam concupiscentia dim sa culpa ac voluntate peccati mortua est, & tam non habet; alioquin & Paulus filius mor

Rom. 7. & peccati fuisset; ait enim: *Si autem, quod n illud facio; consentio Legi, quoniam bona est: nunc temiam non ego operor illud, sed quod habitat in peccatum*, id est, peccati fomes & concupisc tia; quæ quamuis vitam non habeat, & mor esse censeatur quo ad culpam, non tamen q ad velitationem, & exercitium nobis relict

Similia. Vt enim serpens dissectus in partes parum q

1. dem nocere; attamen si acceseris, adhuc m

2. dere potest: & sicut candela, exstincta flamm domum quidem non facile incendet, tamen gniculum fouet adhuc vrentem: sic & conc piscentia, etsi emortua, pungit tamen, & sæp cruentat, si audiamus; & igniculus vrit, & sim teriam aridam inueniat, etiam flammam in excitabit. Quamuis ergo concupiscentia pecc

Concupiscentia vocatur peccatum.

tum dicitur, quia à peccato orta ad peccatu inclinat ac proritat; *nihil* tamen *damnationi est qui sunt in Christo* Iesv, *qui non secundum carn ambulant.*

Rom. 8.

Verum si regnet peccatum, ergo viuit: actus

enim vitæ sunt imperare, regere, regnare, leges condere & edere, habere subditos quibus quispiam mandet, & cui obtemperetur. At peccatum regnat; alioqui cur nos hortaretur Apostolus ne regnet peccatum in nostro mortali corpore; Et seruos habet, Christo Domino auctore: *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Ait quoque Apostolus: *Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam?* Diuus item Petrus, de falsis Prophetis loquens, *Libertatem*, ait, *illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis: à quo enim quis superatus est, huius & seruus est.*

Peccati seruitus ac tyrannis prima.
Rom. 6.
Secunda ratio, seruitutis.
Ioan. 8.
Rom. 6.
2. Pet. 2.

Vt ergo Princeps aliquis, varios seruos habens, huic mandat, Fac hoc, & facit; illi præcipit, Vade illuc, & vadit; alteri, arma sumat, & aduersarium interimat, & paret: ita & peccatum dum viuit, dum regnat in nobis, præcipit seruo suo, homini peccatori, vt id, quod habet in delicijs, faciat, & facit. Et primo satis illi est feciſſe semel: tum duplicat, multiplicat, centuplicat lapsus; initio quidem ita secreto, vt à nemine videatur, &, orta minima suspicione, seruus suffunditur rubore ac verecundia. Deinde mandat fieri sine timore; denique sublata fronte, inuerecunde, impudenter, nullo Dei hominumque respectu. Et hæc quidem in vno genere; sed turpitudo vna aliarum subsidium requirit: cœpit ab vna, addita est deinde altera, & tertia, & decima, & centesima, & sic vnico peccato, tanquam domino, centum aut etiam mille alia ser-

Similitudo 1.

seruiunt; & toties replicantur, quoties
minus insanit & mandat; & quia semper insa
(quæ enim sanitas esse possit in morte viti
ti?) in peccati obsequio miser homuncio (qu
Similitudo 2. Deus orbis Principem condiderat) perp
versari cogitur. Et vt prædo in ædibus prim
priuatis, & ijs quidem in quibus inhabi
furti tirocinium ponit, deinde in vicinas
irrumpit, tum tota grassatur vrbe, deni
etiam vias obsidet regias; ita peccatum, seu
luntas peccato mancipata, timet initio veli
ctum Venereum aliumue consensum præb
stat illi & abunde est, si cogitando delectetur
euadit familiare, pergit vlterius, optat tant
optat (inquam) quod nec ausit nec velit om
no exercere; vult postmodum, sed non aud
verum mandat dominus seruo, Fac hoc, & fa
Vade, occasiones quære, solicita, ingere te,
recundiam postpone, & vadit. At impediar.
me, ait dominus, arma, obuios quosque ster
viribus vtere tuis & meis: & seruus paret. O
tentem dominum, cui mundi caput ita obse
tur, vt nec Deus ipse, cui omnia debemus, æ
na pollicens tantundem obtinere possit! Id
Rom. 6. indignabundus exclamat Paulus: *Ne exhibe
tis membra vestra arma iniquitatis peccato.* Pro
dedecus ac infamiam! non est facultas in hom
ne vlla, quæ in obsequio peccati non impend
sese, & superimpendat. Intellectus modos ma
agendi excogitat: voluntas omni ardore ferv
in bonum optatum; mandat phantasiæ, illac
repræsentat permulta: appetitui habenas

rat,& instar equi in fœditatem omnem prosilit: adsunt sensus omnes dispositi delicias domino suo paratas excipere, inducere, ac deferre: adsunt membra omnia, os, dentes, vox, manus, pedes, brachia, lacerti, vt seruiant. Si quis sese obijciat & impediat, erunt & arma, quibus & sese tueantur, aliosque offendant. Si gladius absit, dentes & vngues vices supplebunt. Manus instar mallei collecta tibi caput obtundet, pes furore armatus sicut equus inopinato impetet calcibus. Denique omnia hæc membra arma sunt, vt misella anima feriatur, confodiatur, trucidetur, & infelicissime intereat. Quid dementius, quid tetrius dici excogitarique potest? At peccatum hoc facit, cum regnat, teste eodem Apostolo: *Exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem.* Rom. 6.

Tertia ratio seruitutis.

8. Milites ergo habet peccatum: & sibi repugnantes distinet, atque prehensat, si capere omnino non possit. Cœpit orbem vniuersum, & in carcere ac seruitute diutissime tenuit. Cum autem detinet, tot catenis inuoluit atq; obstringit, vt etiam soluti, soluti omnino esse non possint. Hoc sit exemplo. Primus parẽs pactum iniit cum peccati primo auctore ac principe diabolo, qui nos omnes licitatus pretium obtulit vniuersi orbis, voluptatẽ, quæ colligi poterat ex esu vel etiam morsu vnico pomi vnius. Magni fecit id pretij parens noster, nosque omnes vendidit. Princeps vero mendacij tradidit nos peccato, filio suo primogenito, immanissimo tyranno:

ranno, cui totus pæne mundus ab exordio
uiuit. Horum seruorum aliqui nouum obse
stipendium postularunt, vt mancipiorum
star plane adstricti seruirent. Venit post
dum Christus Filius Dei, qui peccatum c
affixit, vt illud destrueret, & catenas o
dissolueret. Fecit. *Vetus homo noster*, ait Paul
Rom 6. *crucifixus est, vt destrueretur corpus peccati.* Ite
Col. 2. *Et vos, cum mortui essetis in delictis, & præputio*
nis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis om
delicta; delens quod aduersus nos erat chirogra
decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tu
medio, affigens illud cruci; & expolians principatu
potestates traduxit confidenter, palam triumph
illos in semetipso. Magna potestas Filij Dei,
tyrannum & patrem eius debellauit, eor
que vires comminuit. Nihilominus sanct
Rom. 7. Apostolus, *Lex*, ait, *spiritualis est, ego autem car*
lis sum; venumdatus sub peccato: quod enim ope
non intelligo: non enim, quod volo bonum, hoc ag
quod odi malum, illud facio. Nunc autem iam non
operor illud, sed quod habitat in me peccatum. C
delector enim legi Dei secundum interiorem ho
nem: video autem aliam legem in membris meis,
pugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in
ge peccati. Ego ipse mente seruio legi Dei, carne aut
legi peccati. O dura captiuitas, quam etiam sanc
mi Dei amici à tyranno patiuntur! Si iusti
gum ferre nequeunt, quomodo ferent qui
gati iugo seruitutis quasi in incude malleor
ictus sentiunt?

9. At milites hi carent stipendio? Nequaq

Stipendia peccati mors, ait Apostolus, &: *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis*? Infaustum stipendium, infausti domini; vt seruus, quia optime domino seruiuit, ideo cruci infami figendus sit; & viuus, & nunquam moriturus, æternum viuentibus ignibus summa cum infamia ac desperatione debeat conflagrare. O insensati mortales, quis vos fascinauit obedire tam immani bestiæ? tam truculento leoni? tam insatiabili perditionis vestræ gurgiti? Vbi sensus? vbi ratio? vbi vel exiguus humanitatis radius? Si post hanc tyrannidem saltem vos beatos efficeret, vel certe vobis nihil mali contingeret! Non est ita. In omne genus malorum præcipites itis, Dei beatissimi amicitiam perditis, dissipatis hæreditatem cui nulla potest comparari, vitam profunditis quæ terminum nescit vel durationis, vel delectationis, ac fœliciſſimæ voluptatis. Christus clamat, Reficio; hostis clamat, Deficio: & tu reficientem deseris, destruentem sequeris.

Quarta ratio, stipendia peccati. Rom. 6.

10. Sed eo, vnde digressa est, redeat oratio. Peccatum dominus est, & quidem vbique dominari vult, vbique primas tenere; alioquin Apostolus non diceret: *Peccatum vobis non amplius dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia.* Dominabatur ergo cum essemus sub lege. *Sub te erit appetitus eius*, ait Dominus, *& tu dominaberis illius.* Reprehendebat Cain, quod permisisset appetitum peccati dominari in se. Ita enim est, vbique dominari vult; quamuis immanis ac barbarus, vbique dominatum obtine-

Quinta ratio, immanis dominatus. Rom 6. Gen. 4.

re & inuenit adeo amẽtes, vt se illi subijciant tionem, si possit, è sua sede deturbat, vel tentibus desiderijs, vel graui perturbatione etiam ebrietate & crapula. Cur ita? Quia dominari vult, nec consortem admittit imp Quid? imo ne quidem Deo vult credere. E de hominis, si valeat, Deum eiusque gratia terminabit; &, si sedem vnquam fixerit, diffi ter inde auelletur. Si modus esset, Deum à cœlo deturbaret; protereret, ac destruere nim sunt peccati conatus, vt Deum perdat, terat, & in nihilum redigat; quia omnibus minari vult,

Solus vt in vacua regnet Basiliscus arena.

Sexta ratio, in iustis passio.

Ad iustificatos ipsos venio. Sunt in an iustorum præstantissima dona gratiæ & v tum: at sint virtutes intensissimæ, sit gratia rens in summo gradu; vna passio vehemen etsi tantummodo reliquiæ ac vestigium h domini sit, & seruus quasi effetus atque e tus, tamen supereminere vult omnibus; que incommodi adfert subinde, quam mul rum annorum fructus ex virtutum collectis peribus. Queritur de hoc seruo D. Paulus. (inquit) *magnitudo reuelationum extollat me, d est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ; qui colaphizet.*

2. Cor. 12.

Septima ratio.

Quid si regnet in animo hominis, pullo tiæ præsidio? Tum demum sane, quantumc que præstantia naturæ munera inueniat, homini dominatur; rabiem suam exeritin mines, in bruta, in rupes. Interdum domũ

sit; voce, manibus, calcibus, armis, flamma, fu-
tore conuallit omnia, quia dominari vult.

Sint in vna domo mille pacifici; vnius homi-
nis vnica proteruia turbabit omnes, pacem au-
feret, omnes suæ libidini volet subijcere. Vnius
sinsurronis maleuolentia aulam Principis san-
ctissimi, vrbes item, regiones, regna subuerter,
conuellet, ac solo æquabit. Inquieti Religiosi
lingua maledica sanctissimos alioquin viros ex-
asperabit; filij familias ebriosi incontinentia, fa-
miliæ totius ordinem quietemque confundet.
Athi omnes vnicum habent peccatum: & id-
ipsum est quod statuimus, dominum hunc so-
lum præesse velle, nemini cedere, turbare, per-
dere, sternere omnia, nihil ordinatum, quietũ,
factum rectumque relinquere; appetit primas
cathedras, & primos accubitus in mensis, & vult
in foro salutari, laute tractari, indui *purpura &* *Luc. 16.*
bysso, epulari quotidie splendide, nihil patitur sibi de
esse commodorum. Manus eius contra omnes,
& omnium contra ipsum. Habet de singulis
quod dicat, reprehendi nullo modo vult; supra
modum laudari, quia dominus est, & omnibus
dominari appetit. *Dentes leonis, dentes eius, in-* *Eccl. 21.*
terficientes animas hominum: quasi romphæa bis
acuta omnis iniquitas; plagæ illius non est sanitas.
Molares eius vt catuli leonis: sicut rugitus leonis,
ita & terror Regis huius. Nam parem neminem *Ioel 1.*
leo, neminem superiorem admittit. Solus *Prou. 20.*
Rex dominatur, & rugitu suo cuncta anima-
lium genera prosternit. Quod si initio blandus
catulus est, leonis tamẽ catulus est, tandemque

Ezech. 19. aliquando *fit leo, & discit prædam capere, & homines deuorare; viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere.* Talis est peccati dominatus.

Octauara-tio, furor pro ratione. II. Diximus in vita naturali rationem agere præsidem imperij, actionibusque omnibus tanquam æquam regulam præesse; & beneuitam vita peccati, *sit pro ratione voluntas*; summa ratinum esto, Ita placet: torque soles rationis tionalis sunto, quot voluntatum fluctus, quot passionum monstra, quot cæca desideria. quid illa operantur præter cõfusionem & tem? *Cum essemus in carne*, ait Apostolus, pa-

Rom. 7. *nes peccatorum, quæ per Legem erant, operabantur membris nostris vt fructificarent morti.* Hi sunt siliarij qui consuluntur, quibus creditur, quiparetur. Exterminant consilium omne sanc & rectum, deliberationem nolũt, iudicium ijciunt, præcipitantiam hisce præferunt omnibus. Sed *si cæcus cæco ducatum præstet, nonne ambo*

Matth. 25. Luc. 6. *foueam cadunt:*

Nona ratio iniquæ leges. Est & hic tyrannus legislator, legesque condunturpro libidine, & quidem conformes legi de qua D. Paulus: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati,* &: *Lex spiritus vitæ in Christo*

Rom. 7. Rom. 8. Iesv *liberauit me à lege peccati & mortis.* At quas leges, quas tabulas hic legislator suis condit subditis? Basis omnium hæc est; *Nemo carnem*

Leges peccati. Ephes. 5. *suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam.* Lex ergo sit: Curam tui primam soliusque ducito. Structue ædificij tui bases tres, in quibus fœlicitatem summumque bonum constituas; honorem

nempe, diuitias, ac voluptatem. Si per ostium nequis intrare, irrue per fenestram, & domus sublimia occupa. Marsupijs plenis, horreis ac penuariis eructantibus, animæ tuæ gratulare de beatitudine acquisita. Tene quod habes, ne alius accipiat crumenam tuam. Deniq; *Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis. Venite ergo, fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ; vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra. Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis; sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ.* Connubij vero lex Domus Charitatis esto, cuius & proles & parentes communes sunto. *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* Ventrem vnicum tibi Deum deligito ac colito. *Fidem serua quam diu tibi vtile est; si inutile, perfidiam nullam puta.*

Sap. 2.

Gen. 1.

Schola Machiauellistica præcepta.

Iura, periura, secretum prodere noli. Nullum scelus reputa rere, quod vel abditum est, vel ad magna viam aperit. Sic versare, quasi potentiam omnem vereri videaris; sic age, vt, si valeas, omnem potentiam tibi substernas, nulliq; pareas. Tibi soli lex esto: iura vel humana vel etiam diuina nulla, nisi quatenus eorum obseruatio honori vel bono sit. Adempti aut etiam tacti honoris, vel iniuriæ tibi illatæ auctorem è medio tollito. Si secreto non possis, ferto quidem, &

vultu beneuolentia simulata occasionem expet
donec supplicium grauitate pœnæ vindictæ tardit
aturatæ compensarit. Qui tibi non faueat, ferto
nem. Hæc schola Machiauelli.

Decima ratio, coniugium peccati & carnis.

12. Nemo vero mirari debet tales condil
ille idem præpotēs dominus in thalami soc
carnem sibi coniugauit; ex quo connubio sc
lem educit copiosam. Illam amat incredibi
more: & sane fidelis ei coniux est, compla
que in omnibus. In vtroque coniuge (vti in
naturali virtutum semina esse diximus) vi
rum semina haud secus quam in cœnoso bu
num stagno dense volutantur.

Proles. Psal. 7. Isa. 59.

Proles sane copiosa: nec mirum; nam vte
perpetuo parturit iniustitiam, concipit do
rem, quid ni pareient iniquitatem? *Oua aspi*
supponunt ac *rumpunt*, & serpentes ac dracc
recludunt. *Qui comederit de ouis eorum, morie*
Hi enim vesani parentes serpentes sunt & c
cones, ouaque in mentibus nostris & ponere
fouere conantur, imo & rumpere atque exc
dere. Oua sunt eæ suggestiones, ac praua sur
uaque consilia, quæ animis nostris persæpe i
tidem obtrudunt aut recondunt: & quidem
fouent in nobis, dum tacite & ex insidijs n

Iacob. 1.

adoriuntur; rumpunt vero, dum palam impe
faciunt. De quibus D. Iacobus: *Vnusquisque te*
tatur à concupiscentia sua abstractus & illectus; dein
de concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, pe
catum vero cum consummatum fuerit, generat mo
tem.

Primogenitus peccati.

Primogenitus horum coniugum est amor i
inor

inordinatus, & hic ſuperbiam, auaritiam, & immunditiã generat, hi autem ſerpentium & draconũ filij cetera omnia vitiorũ portẽta; ita enim D. Paul. *Manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non conſequenter.* Gal. 5.

Sapientia carnis.

3. Hæc omnia homines cæci nõ vident, næuulos ſanctorum acutiſſime diſcernũt, & defectus naturales iuſtorũ exaggerant: vident aliorũ animas in omnibus, in vultu, in manib⁹, in inceſſu, & eos viuere ſtatuunt, de vita & morib. eorũ iudicant, & non videt ſe mortuos eſſe Deo, viuere diabolo, ſe mancipia teterrimo dño ſeruire. Vbi frons tua, ò ſapientiſſime hominum? vbi prudẽtia? O quam ſapienter Apoſtolus: *Prudentia carnis, mors eſt! Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes*: nã in alienis omnibus eſtis fatui. *Ipſa claudet oculos veſtros*, ait Iſaias: *Prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet.* Item: *Sapientia veſtra & ſcientia veſtra decepit vos.* Sed quid ait Scriptura? *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum.* Rom. 8. Iſai. 5. Iſaiæ 29. Iſaiæ 47. 1. Cor. 1. 1. Cor. 3.

Hæc eſt illa prudentia, quæ omnes peccatorum actus dirigit. Bene Chriſtus Dominus: *Si oculus tuus* (inquit) *fuerit ſimplex, totum corpus tuum luci-* Matth. 6. Oculus animæ.

lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Oculus enim purgatus & lucidus res agendas ac tractandas optime nobis repræsentat; quod oculus puluere aut prauo humore aspersus, aut tectus macula notabili, facere non potest. Intellectus noster, vt interpretatur Diuus Chrysostomus, oculus est, quem prudentia puriorem & clariorem reddit. Hic si puluere amoris rerum transeuntium aut humore carnalium desideriorum, aut denique graui peccati & erroris macula labefactatur; defectu luminis, actionum nostrarum corpus obscurum erit, & in graues incidemus errores. *Si* enim *lumen quod in te est, tenebræ sunt; quantæ tenebræ quantæ erunt!* & si errore ac mendacio laboraris; ipsa opera quæ ex se lumen non habent, nisi ab intellectu & prudentia, quanta obscuritate atque errore laborabunt! Si stulto regimen Reipublicæ committas, quid censes de illa futurum?

In Lucam.

Matth. 6.

Rom. 8. Monitio de peccati iugo excutiendo.

14. Quare, vt aliquando concludam, *debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus*: quæ enim ipsa de nobis merita est? Quot nobis molestias facessit! Quid, quod cum Dei aduersario fœdus iunxit, in nostram coniurauit perniciem? *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.* In quo ergo debitor es carni? vt secundum eam viuas? Ipsa pellex est peccati, quæ in te mortem operabitur; ille tyrannus est, qui non regere, sed tibi dominari cupit, & perdere. Memor semper esto consilij Apostolici: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Etenim de

Rom. 6.

surdum plane (ait Chrysostomus) *atque indecens, ad cœlorum regnum vocatos pro Regina peccatum habere; vocatos vt cum Christo regnent, peccati captiuos esse malle: perinde ac si quis, diademate à capite abiecto, intemperijs acta mulieri mendicæ ac pannosæ seruitutem seruire velit.* Hæcille, sed elegantius alibi accopiosius. *Et si quis* (ait) *sit diues, et si genere nobilis; est vilibus & ignobilibus vilior, quando captus fuerit à peccato. Quomodo enim et si quis regnauerit, fuerit autem seruus, est barbaris omnibus miserior; ita etiam in peccato. Barbarum enim est peccatum, & tyrannidem exercens in animam nescientem parere semel captam, sed in perniciem eorum qui ipsum suscipiunt. Nihil est enim æque inconsideratum atque peccatum, nihil adeo amens & stultum & violentum, Omnia euertit, & confundit, & perdit quocumque insilierit. Est visu deforme, importunum, molestum, graue: & si quis pictor ipsum effingeret, non mihi videretur aberrare, ipsum sic effingens; mulierem quandam forma belluina, barbaram, ignem spirantem, iniucundam, nigram, quales externi poetæ depingunt Scyllas; manibus enim innumerabilibus nostras apprehendit cogitationes & ratiocinationes, & ex improuiso ingreditur, & omnia discerpit & dilacerat, sicut canes clanculum mordentes.* Hæcille: quæ prosequitur elegantissima descriptione auari hominis. Denique cum dęmone peccatum confert his verbis: *Peccatum dæmone peius eijcianus. Dæmon siquidem non omnino spoliat regno cœlorum, sed subinde fit vt & prosit modesto & vigilanti: peccatum vero omnino excludit; voluntarius quippe dæmon est peccatum, spontaneaque insania.* Hæc

Hom. 11. in c. 6. ad Ro.

Hom. 9 in c. 3. epist. 1. ad Cor. ad verba: Nescitis quia templum Dei estis.

In epist. ad Rom. c. 15. hom. 28. in Moral.

Chryſoſt. Quibus omnibus pæne cuncta, q
diximus, complexus eſt.

Mors peccati. 15. Huic vitæ contrariatur mors peccati: q
ſecundum genus mortis eſt, eſtque ſeparatio
talis peccati ab anima: quæ à morte natura
hoc diſcrepat, quod per ſolam partium com
ſiti ſeparationem interitus ac mors ſequa
Non eſt ita in deſtructione peccati: alia vita
troduci debet, quę vitam illam funeſtam e
Luc. 11. de qua Chriſtus ait: *Cum fortis armatus cu
atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet; ſi au
fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa ar
eius auferet, in quibus confidebat.* Introducitur
ro fortior armatus cum noua vita, per Dei g
tiam, aut ſingulari animi dolore, aut Sacram
Per Chriſti mortem figuratur. torum ſuſceptione, aut martyrij voluntaria p
peſſione, adhibita aliqua pœnitentia. In Chr
Domini morte ac reſurrectione forma alio
Rom. 4. mortis huius ac ordinis elucet: *ipſe* enim m
*tus eſt propter delicta noſtra, & ſurrexit propter
ſtificationem noſtram.* Chriſtus ergo in cruce m
ritur, & nos peccato morimur: morti ſucce
reſurrectio, & peccati noſtri remiſſioni iuſti
catio & reſurrectio quædam à morte ſufficie
Rom. 6. gratia in nobis vitam nouam excitante. At Chr
*ſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors
vltra non dominabitur. Quod enim mortuus eſt pec
to, mortuus eſt ſemel; quod autem viuit, viuit De
Ita & vos* (ſubiungit Apoſtolus) *exiſtimate, v
mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo
Chriſto* IESV *Domino noſtro.* Non autem ſic v
uentes, vt in mortem relabamini; ſed viuentes
De

Deo, qui non moritur; & conformes Christo, qui rediuiuus eo à morte remotior est, quo Paulo in gloria similior. *Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Vetus homo noster* Ibidem. *crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.* Vis ergo iterum mori, vt iterum crucifigaris? Christus semel crucifigitur, semel moritur, *mors illi vltra non dominabitur.* Ergo dedecet nos iterum Deo mori, viuere peccato. Et hæc sane spem æternæ retributionis in nobis excitare debent, & constantiam: *si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.* Ibidem. Ibidem.

Nec vero miretur quis, quod diximus fortem armatum pelli oportere à superueniente potentiori; ita enim fit. vt namque tenebræ pellantur, superuenientes solis radij id efficiunt; & prius quidem adueniunt, quam ipsæ tenebræ recedant: vt vero splendor ipse locum ipsum vestiat ac informet, prius tenebræ pulsæ concipiuntur. Sic etiam in genere causæ efficientis, vt loquuntur Scholastici, gratia prius peccati tenebras propellit; sed in genere causæ formalis, obscuritas peccati loco cedat necesse est, priusquam gratia animam ipsam compleat atq; exornet. Accedit quod resurrectio spiritualis sit noua vita, quæ mortem peccati plane sequitur. Ex quibus patet, telum, quo peccatum confoditur, esse Dei gratiam, qua hoste teterrimo pulso nouum regnum inducitur, nouaque vita, quæ resurrectionis nomine exprimitur; quod homo *Ad* 1. 2. *q.* 113. *a.* 1. & 2.

homo peccato mortuus, Deo & gratiæ ipsius uiuiſcat: de qua vita modo dicendum erit.

Cap. XXVI.

Vitam ſpiritualem ſeu gratiæ & dici & moueri debere à ſpiritu, eodemque ab aliis diſcerni.

16. VItam in anima noſtra reperiri quæ ſit à vita naturali, tam Chriſtianis tum eſſe ſtatuo, vt idipſum ſole clarius poſſit: ſed quia pauci in hanc regiam, præ tia ſummi Regis illuſtriſſimam, ingredi aſſueti tenebris mundi huius, nec ſine do hunc ſplendorem ferunt, radios vero in nullo modo poſſunt; ideo caligantes oculi rem fugiunt, dolorem exhorreſcunt. Si qua videndum eis eſt, vtuntur ſole qui terram diat; vtuntur oculis ſubinde intellectu & ne, etſi multi perraro, imaginatione plurim in pleriſque rebus: quid mirum ſi cæcutie ſolis interni ſplendorem, ſi lippientes præ gantur oculi, ſi acie palpitent? noctuæ ſunt, & tenebras amantes lucem fugiunt, la remque excutientes ſuauiſſimo Dei lumine uantur. Hi ergo iuuandi ſunt: idcirco vitam turalem deſcripſimus, vt ſimilitudine qua ſpiritualem poſſint agnoſcere.

Spirituales pauci cur eſſe velint,

17. Nihil euidentius à Scriptura aſſeritur, Patribus. Dicit enim D. Ioannes, *nos ideo*

Vitam eſſe in nobis

tos esse de morte ad vitam, *quoniam diligimus fra-* spirituatres. Mortui enim sumus, non vita corporali lem.
defuncti, sed peccati vita decussa in vitam me- 1. Ioan. 3.
liorem translati; quod D. Paulus euidentius explicat his verbis: *Mortui estis, & vita vestra abscon-*
dita est cum Christo in Deo. Non ita oculis patet; Col. 3.
quia in Deo, qui huius vitæ pars est præcipua,
latet: spiritus enim Deus est; & vita hæc spiri-
tualis, non corporalis. *Cum* autem *Christus appa-* Ibidem.
ruerit vita nostra, tunc & nos apparebimus cum ipso
in gloria. At qui sunt huius vitæ auctores? qui pa-
rentes? *Ex Deo nati sunt*, ait Ioannes. & alibi: *Nos* Ioan. 1.
filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. quia 1. Ioan. 3.
vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. nati, Col. 3.
inquam, *non ex sanguinibus, neque ex voluntate car-* Ioan 1.
nis, neque ex voluntate viri, sed *renati ex aqua &*
spiritu sancto, in vtero matris nostræ Ecclesiæ, Ioan 3.
quam *Christus* impense *dilexit, & seipsum tradidit* Ephes 5.
pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aquæ in
verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam,
non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hu-
iusmodi, sed vt sit sancta & immaculata; & vt nos si-
militer sancti simus, nati ex sanctissimo patre &
sancta matre, sponsa Christi, *columna & firma-* 1. Tim. 3.
mento veritatis.

Hæc vita rationalis est; hoc enim supponitur:
est namque spiritualis, ornamentum ac PERFE-
CTIO vitæ naturalis. Hinc nos hortatur Apo-
stolus, vt rationabile sit obsequium nostrum;
& addit, *ne conformemur huic sæculo, sed reformemur in nouitate sensus nostri*: quibus verbis indi- Rom. 12.
cat naturalem vitam esse deformatam, reformari

mari vero posse ac perfici per spiritualem; [illegible]
sibus quoque inueteratis nouos sensus sub-
tuendos: nam & hæc vita sensus habet; a-
quin cur diceret Dauid, *Gustate & videte quo-*
suauis est Dominus? & si odoratum non habe-
cur diceret Sapien tia, *Ego quasi vitis fructi-*
suauitatem odoris? & si tactus voluptate no-
peretur, cur anima amantissimo suo Dom-
diceret, *Osculetur me osculo oris sui*? & si aud-
non vteretur, cur Dauid se ad audiendum e-
taret, dicens. *Audiam quid loquatur in me Dom-*
Deus? Signum item vitæ est motus: mandat-
tem Deus Abrahamo, *Ambula coram me, &*
perfectus. Noe quoque, pater eius, cum Deo
bulasse dicitur; sicut & Enoch. Denique Apo-
lus hortatur nos, vt *in nouitate vitæ ambul-*
& addit circumstantias, *Sicut in die* (inquit)
neste, ne vlla nocturna, indecens, & indec-
conuersatio intuentium oculis displiceat. I-
spiratio etiam vitæ indicium est: & Rex Da-
Os, inquit, *meum aperui, & attraxi spiritum*: nem-
pe, *quia mandata tua desiderabam*. Vt enim anim-
lia in aere viuentia spiritum cordi refocillan-
attrahunt ac remittunt: sic ij qui vitam de-
trahunt, requirunt aerem diuinum, diuini Spi-
tus refocillationem, quo confortatur homi-
cor; quod fit cum vltro citroq; homo Dei v-
luntati summo desiderio acquiescit, & Deus
cissim voluntatem timentium se facit, depre-
tiones eorum exaudit, & saluos eos efficit.

18. Qui viuunt naturalem vitam, eam alime-
to sustentant. Huic vitæ, quam in Baptismi fon-

Vita spiritualis sensus & functiones.
1. Visus.
2. Gustus.
Psal. 33.
3. Odoratus.
Eccl. 24.
4. Tactus.
Cant. 1.
5. Auditus.
Psal 84.
Gen. 17.
6. Ambulatio.
Gen. 6.
Rom. 6.
Rom. 13.
7. Respiratio.
Psal. 118.
Psal. 144.
8. Natiuitas seu

adipiscimur, paratus cibus est; & animis sua quoque cibi potusque appetentia est. *Qui* enim *edunt me*, ait Sapientia, *adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient.* Sed pueris cibi molliores conueniunt; idcirco Sacramento Confirmationis muniuntur ac roborantur, atque ideo dicitur parnulis: *Cibus sum grandium: cresce, & manducabis me. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.* Si quis in morbum incidat, ei medicamento opus est: & morbis animi suum remedium est, cum refrigerio spiritus, & solatio spiritualium medicorum. Insufflauit enim Dominus, medicus orbis, Spiritum sanctum in Apostolos, vt & peccatum remitterent, & sanarent ægrotos, ac solarentur: & ad abstergendas morborum reliquias Vnctio extrema relicta nobis est; quæ etiam vires confert ad hostis insidias detegendas, eumque in extrema lucta debellandum. Sed quid si patres desint, qui spirituales filios generent? Non sane desunt; cur alioqui Ioannes Apostolus diceret: *Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate*? & D. Paulus: *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Item: *Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres; nam in Christo* IESV *per Euangelium ego vos genui.* Verum quia generatio spiritualis naturalem præsupponit, &, qui nascũtur denuo, primum nasci corporaliter debent; ideo huic propagationi nõ deest suus quoque fructus vberrimus, vt & parentes simul naturales

Baptismus.
Eccl 24.
9. Cibus paruulorum & grandium, seu Confirmatio & Eucharistia.
Aug. lib 7. Confess. c. 10.
Ioan 6.
10. Medicina morborum, Pœnitentia & extrema Vnctio.
Ioan. 20.
11. Filiorũ propagatio Ordo & Matrimonium.
1. Ioan. 3.
Gal 4.
1. Cor. 4.

turales sint & Christiani genitores; quam vi
tem ac donum in contractu ac Sacramento
trimonij iusti recipiunt, ad augendam vi
quam in se continent, eamque fouendam i
bole, quam ex aquis Baptismi, submerso pe
to originis, tanquam nouam prolem Dei qu
lium susceperunt.

12. Analogia vitæ naturalis & spiritualis, atque huius partes.

19. Sed ad vitæ huius principia propius a
damus. Anima nostra vitæ naturalis prim
principium est: propter quod actus prim
Aristotele definitur. Vt ergo illa iuncta cor
vitam humanam efficit; sic & gratia; i
animæ nostræ, vitam spiritualem generat.
hac Christus: *Ego sum resurrectio & vita: q
dit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet: & om
viuit, & credit in me, non morietur in æternum
lium suum vnigenitum misit Deus in mundum,
uamus per eum. Iustus autem ex fide viuit.* Dem
Viuo autem, ait Paulus, *iam non ego, viuit vero
Christus.* Hinc D. Augustinus, *Duæ sunt, inq
vitæ: vna corporis, altera animæ. Sicut vita cor
est anima, sicut vita animæ Deus. Quomodo s
ma deserat, moritur corpus: sic anima mori
si deserat Deus.* Idem alibi: *Vnde viuit caro
de anima tua. Vnde viuit anima tua? de Deo
Vnaquæque harum secundum vitam suam viuit.
ro enim sibi non est vita, sed anima carnis est
anima sibi non est vita, sed Deus est animæ vita. A
ergo debet secundum Deum viuere: non enim e
bitrix carni, vt secundum carnem viuat. Ergo q
cundum Deum debet viuere, si secundum seips
uat, deficit. Tunc autem recte viuit caro secun
anim*

Ioan. 11.

1. Ioan. 4. Rom. 1. Gal. 2.

In Ps. 70. serm. 2.

Li. de verbis Apost. serm. 13 c. 6

animam, si anima viuat secundum Deum. Et D. Bernardus: *Considera, ô anima, quid impendas corpori tuo, & inuenies sine dubio quod vitam ei sensumque ministras: & vitam quidem inuenies in toto corpore vniformem, neque enim aliter viuit oculus quam articulus: sensum vero non ita. Quare ergo vt tibi quoque anima tua (quæ est sine dubio Deus tuus) similis largiatur. Neque enim viuere dicenda est anima, quæ veritatis non habet cognitionem, sed adhuc mortua est in semetipsa: quemadmodum & ea sine sensu, quæ necdum habet dilectionem. Est ergo animæ vita, veritas, sensus caritas.* Hæc Bernardus, qui quinque sensibus externis suum assignat etiam sensum spiritualem internum. Denique Ambrosius Christum appellat vitam nostram cum D. Paulo. Sic enim Christus vita nostra est, quia nobis gratiam promeruit, quæ vitam animæ tribuit. Cum enim D. Ioannes dixisset ipsum esse plenum gratia & veritate, adiecit: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Et Petrus diserte Christum vitæ auctorem vocat.

Serm. de vita & 5 sensibus animæ.

In c. 9. Luc.

Coloss. 3.

Ioan. 1.

Act. 3.

13. Est ergo gratia animæ vita: solet vero anima ad conseruationem vitæ vti partibus quatuor præcipuis: corde, cerebro, hepate, & pulmonibus. Beneficio cordis membra omnia vitali calore fouet anima, ac omnibus spiritus vitales diffundit: hepatis ope sanguinem conficit, ac corpus nutrit: cerebri auxilio mouet corporis membra: pulmonum adminiculo cor alioqui natura calidius refrigerat. In corde oĩum pri-

13. Analogia vitæ spiritualis cum quatuor partibus nobilioribus corporis.

I *Corde.*

primum ac postremum vita insidet: eoque m
tuo, animal non viuit. Animæ spiritualis
caritas est, quæ spiritus vitæ per omnia mem
dispergit: & si spiritus in homine spirituali
sit, certo scias ipsum non viuere. Hinc per P
Ezech. 36. phetam Ezechielem ait Dominus: *Auf*
cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor
neum: & spiritum meum ponam in medio vestr
faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia
custodiatis, & operemini. Spiritus enim est
gratia, seu anima spiritualis, qua vita in
constat, quæ facit vt in præceptis Dei amb
mus, & iudicia eius custodiamus. Vbi spir
non est, ibi, certum est nec vitam nec carit
esse. Imo solemus nuncupari spirituales à
tu, non vtique humano, sed diuino. Na
Psal. 103. enim hoc spiritu, teste Psalmista Regio. E
(ait) *spiritum tuum, & creabuntur.* qui? spir
les, vtique à spiritu. Et D. Paulus originem
Rom. 8. tæ huius à spiritu, & quidem infuso, ma
testatur. *Non enim*, inquit, *accepistis spiritum*
uitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum
ptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. E
Gal. 3. per spiritum hunc filii spirituales sumus. I
scribens ad Galatas, *Hoc solum*, ait, *à vobis vo*
scere: ex operibus Legis spiritum accepistis, an ex
ditu fidei? Sic stulti estis, vt, cum spiritu cœperitis,
carne consummemini?

Est ergo spiritus qui vitam dat homini in
nam, qui informat, qui caritatem produc
accendit, vt vim illius spiritus foras tamq
ignis exerat. Illum petit Ecclesia, dum ita

Excita, Domine, in Ecclesia tua spiritum cui B. Lau-rentius Leuita seruiuit: vt eodem nos repleti studeamus amare quod amauit, & opere exercere quod docuit: In Octaua S. Laurentij.

Illud omnium primum à Deo petendum est: ex bono enim spiritu tota vitæ spiritualis sanitas exurgit. Idcirco Salomon hunc spiritum postulauit. *Inuocaui*, ait, *& venit in me spiritus sapientiæ.* Sap. 7. Nihil præterea petiit Eliseus à domino suo in cœlum assumendo, quam vt duplex veniret inse spiritus eius. Nec nobis negabitur, quandoquidem & Christus suggerit vt eum gnauiter petamus. *Quanto magis*, ait, *Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se?* Luc. 11. Apostolis vero quid primum omnium misit Dominus, & quid spirituales eos effecit? certe Spiritus sanctus: alioquin illitterati & animales erant, rudes & impoliti: spiritu tamen feruentes, ignei, nubibus celeriores, tonitruis haud absimiles euaserunt, accensi nimirum igne quē Deus in terram misit, quem accendi diffundiq; voluit. Is vnice nobis petendus est. Hic suffecit vires, corroborat animum, hic magna & ardua aggreditur, seque esse in homine factis ipsis testatur. Ita orabat Dauid: *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me: Redde mihi latitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Psal. 51. quem si obtineat, paratum se ostendit ad spiritum hunc diffundendum, egregiaqne opera patranda. *Docebo*, inquit, *iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Requiritur ergo in vita spiritua-

tuali cor, & quidem feruens, quod valeat spiritus vitales per corpus transfundere.

2. *Cerebro.*

21, Verum quid proderit cor homini, si cerebro, id est, lumine ac moderatore, careat, quo motus omnes excitentur ac dirigantur? Vita ergo spiritualis suum cerebrum habet, suas intelligentias, & in primis fidei lumen: cuius operatio adeo necessaria est, vt oculorum obtutus capite: sic intellectus in anima rationali: eius defectu, insani & fatui amentesque sapientiami quique coram Deo reputantur: estque principium spiritualium operationum, sine quo Deum amare, nec sancte operari, nec denique vlla ratione saluari possumus. Ideo Habac.

Fidei necessitas.

Habac.2. *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso.* Ignorat enim natura finem suum, quem habet directore, qui sursum tendere ceat: alioquin ad infima semper demergi

Psal.11. vel *in circuitu ambulat*, in quo nec principii finis inuenitur.

Lumina spiritualia, seu oculi. Primum lumen, fides.

Ipsa ergo fides est quæ animum attollit sup naturam, ac docet vt interno oculo in cœl intendat, & rationibus nitatur in agendo: n naturalibus modo, sed maxime diuinis: hæ nim sunt solidissimæ & irrafragabiles; natural vero pertrahunt in fines humanos, inanes & nos, actusque ipsos in ordine naturalium act num relinquunt, qui vel mali vel non meri rij sunt. Accedit quod hisce frequenter decip mur, cum fallaces sint: raro etiam fit vt efficac ter persuademus aliis, quod à Deo mou

debeant homines ad agendum: rationes vero supernaturales efficaciores sunt, iisque nituntur fundamentis, quæ refutari ac conuelli non possunt, & intellectum conuincunt. Iste oculus non fallit: certior est lumine solis, oculo corporis, & quolibet intellectu creato, etiam Angelorum. Obiecta enim subinde possunt aliter apparere, quam reuera sint: etiam oculus male affectus male iudicat: sed lumen fidei, quæ primanititur veritate, falli non potest, nec fallere. *Cælum & terra transibunt, verba* primæ veritatis *non præteribunt.* *Matth. 24.* *Fidei vsus.*

Verum cum ceteris certior sit hic oculus, tamen cur vtimur frequentius & assentimur securius luminibus hisce corporis mendacibus? Si proficisci lubet, aperio oculos: si de vita, si de re familiari, de defensione honoris agatur, mentem attollo, serio cogito, voluo & reuoluo; cur interea luminis adeo certi fideique præsidium negligo? Sane plurimi mortalium, & quidem qui fidem profitentur, fidei non magis vtuntur, quam si à fidelium grege seiuncti essent, aut certe fides vlla non esset. Signum est ergo eos vel nõ viuere, vel sponte ruere velle in suum exitium. Longa & periculosa est via quæ ducit ad æternam vitam: qui ibis non apertis oculis? quot putas sunt præcipitia? quot hiatus? quot cauernæ quas fodiunt aduersarij tui? & si cogitas de vita temporali, eiusque subsidiis, cur non de vita æterna? Cur finis hic non assidue obuersatur animo, cum vita tua via sit tenebrosa, quæ ad finem illum tendit, & sine lu-

ce in tenebris ambulare non possis? Si fide
oculo vtereris, Deum vbique præsentem vi
res, caueres ne quid cogitares, diceres, facer
quod Maiestatis eius oculos offenderet: si
te lapsus fuisses, saltem cum templum ingre
reris, crucifixi Christi videns effigiē, spini
ronati, verberibus attriti, vulneribus consi
fide excitatus indubie dicentem audires h
pro te Dominum tuum sustinuisse, exprob
tem tibi delicias, mollitiem, impietatem, in
stantiam, ingratitudinem: denique quidqui
bidinose, iracunde, nefarie egisses, id tibi di
no Spiritu improperari: vnde tibi calcar fi
subiiceretur vt in te exardesceres, ad pedes
cerdotis accideres, & sanus domum redi
Alioquin, si sopita fidei lampade incedas,
deris frequentius ad enormes scopulos: t
tibi sacra, non profana, non verbi Dei fulm
non Mysteria tremenda (quæ immotus, exc
& inuerecundus, quasi in foro stares, aut c
statua insensibili, conspicis) amplius pro
runt, quam si tu ipse statua esses insensibilis,
hilque de suprema illa Maiestate dignum h
mine Christiano conciperes.

Secundum lumen, sapientia.

22. Sed ad alios mentis oculos transeo. Pu
ter hanc fidei lucem, caritatem comitatur sa
entia, quæ & fide illustrior, & maiores, the
ros secum deuehit. De hac Salomon cum di
set se super salutem & speciem dilexisse, & p
posuisse pro luce habere illam, addidit: *Quon*

Sap. 7.

inexstinguibile est lumen illius, venerunt autem m
omnia bona pariter cum illa, (comitatur eni
ca

caritatem, quæ virtutes omnes suo quasi sinu complectitur) *& innumerabilis honestas per manus illius*, (omnium enim operum: quæ accepta caritate exercemus, honestas à sapientiæ luce splendescit) *& lætatus sum in omnibus: quoniam antecedabat me sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est. Infinitus thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei.*

Ex hac lex caritatis procedit. Quam præstans legislator! Si felices putentur respublicæ quibus sapientes imperant, quam felices animæ quibus præest sapientia, quæ à diuino Spiritu haurit quidquid habet! *Fons sapientiæ*, inquit Ecclesiasti eus, *verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna.* In homine riuus quidem legis & sapientiæ æternæ est, & mandata æterna cum illo de cœlis defluxerunt. *Eccle. 1.*

Agit ergo sapientia in mente legislatorem, & præsidet rebus omnibus diuinis, & luce sua demonstrat. Prima eius lex est. Deum esse diligendum, eundemque esse timendum. Vt enim ex sole calor ac splendor promanat; ita ex gratia, sole animæ nostræ, sapientiæ lumen & calor amoris diuini procedit: & quia timor & amor ab eodem vtero manant, & vnus sine altero esse non potest, soror caritatis est timor Domini: qui subinde nihilominus amoris mater dici solet, sicut & sapientiæ. Idcirco Sapiens ait: *Dilectio Dei honorabilis sapientia.* & *Radix sapientiæ est timere Dominum & rami illius longæui.* Oritur enim ipsa sapientia ex timore: non *Leges sapientiæ.* *Eccle. 1.*

Ibidem. tantum ex germana caritatis sorore, sed etiam ex imperfecto timore. *Initium* enim *sapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus.* Nobilitatur idem ipse timor Domini & perficitur accessione caritatis & sapientiæ: nec amplius timor seruilis, sed filialis est: ita fit vt filii nobiliores sint parente, & ab iisdem parens nobilitetur ac perficiatur. Hunc præscribit sapientia, internus legislator, in primis, hunc cõmendat, hunc attollit, vt caritatis fratrem germanum cum quo perpetuo graditur, & cui inseparabiliter adhæret. Idcirco Sapiens sic eum commendat, vt non radix tantum, sed corona ac ornamentum sapientiæ sit. *Corona* (ait) *sapientiæ timor Domini, replens pacem & salutis fructum. Tunc Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.* Est ergo legum omnium prima & maxima: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa Lex pendet, & Prophetæ.* Omnes enim leges, tam diuinæ quam humanæ, ac virtutum omnium, eo tendunt, vt Deo, nobis, & proximo, cuique quod suum est reddamus. Fert ergo præterea leges omnes quas Christi gratia, & caritas quam in nos effudit Spiritus sanctus, continet. Caritas quippe secum pertrahit virtutes omnes supernaturales & infinita dona atq; auxilia, quibus anima tum ornatur, tum perficitur, iuuaturq; in virtutum exercitiis. Sapientia singulis his virtutibus lumen suum præfert: & quis finis, quod medium, quæ

Ecclc. 1.

Luc. 10.

Matth. 22.

obli

obligatio sit, suo splendore commonstrat. Hanc Paulus vocat legem spiritus vitæ. *Lex* (inquit) *spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis.* & D. Ioannes vnctionem vocat, quod gratia Spiritus sancti oleo comparetur, quod lucet & vngit: resque impolitas & asperas leuiget, atque instrumenta rubigine obducta abstergat, animæque nostræ facultates incultas, ad virtutis exercitia lentas, ac rebelles, grato quodam lumine atque vnctione demulceat ac inflectat, quod eleganter Regius Propheta expressit, dicens: *Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum.* Quibus omnibus & Legis inclinationem & facilitatem ex sapientiæ vnctionisque præsentia in diuinæ Legis obseruatione exaggerat: lenit enim incredibiliter hæc vnctio, & saporem ipsis virtutum exercitiis alioquin amariorib. infundit. Qua de re D. Bernardus gratiose (vt solet) super Cantica. *Licet namque* (ait) *& sapientia potens, & virtus suauis existat: vt tamen proprias quibusque reddamus vocabiles significantias, vigor virtutem, sapientiam placiditas animi cum spirituali quadam suauitate demonstrat. Hanc puto ab Apostolo designatam, vbi post multa hortamenta pertinentia ad virtutem ad id in quod sapientiæ est: In suauitate, in Spiritu sancto. Igitur stare, resistere, vim vi repellere, quæ vtique in*

Rom. 8. 2. Ioan. 2. Psal. 18. Serm. 85. in Cant. 2. Cor. 6.

partibus virtutis deputantur, honor quidem, sed labor est. Non est enim idipsum, honorem tuum laborem se defendere, & quiete possidere: non est idem, virtutem agi, & virtute frui. Quidquid virtus elaborat, sapientia ordinat, deliberat, moderatur, virtus exequitur. Sapientiã scribe in otio, ait Sapiẽs. Ergo sapientiæ otiantes sunt: & quo otiosior sapientia, eo exercitatior in genere suo. E regione virtus exercitata clarior est: eoque pretior quo officiosior. Et si quis sapientiam virtutum omnium rem definierit, non à vero deuiaro videbitur. Virtutem amor est, labor non est, sed sapor. Et forte sapientia à sapore dominatur, quod virtuti accedens quodammodo veluti condimentum sapidam reddat, quæ per se insipida & aspera sentiebatur.

Ecclc. 38.

Tertiũ lumen Prudentiæ.

23. Sed ad tertium mentis supernaturalis lumen venio, cui prudentiæ nomen est, cuius tota vis in consiliis suggerendis, in actibus virtutum ad finem suum dirigendis, impedimentis rerum gerendarum detegendis atque amoliendis consistit: vocatur enim à Philosopho *recta ratio agibilium*, à Divo Augustino *rerum bonarum & malarum & neutrarum scientia*: estque aurigæ similis, qui currum trahit per vias planiores, fugit anfractuosos sinus, vallium stagna, collium rupes, & ad finem deuehit præstitutum: est & nauis gubernator, sedensque in puppi, Syrtes Charybdes vitans, portum quærit: est denique dux belli, ostendens quid, quando, vbi, qua ratione, cur agendum, configendum, dissimulandum, fugiendum, aggrediendum, omittendum. De hac in-

Lib 6. Ethi c. 5.

Lib. 83. q. in 31. tom. 4. & lib. 1. de libero arb. c. 13. tom. 1. ex Cic. lib. 1. Officiorũ. Similia.

quitur Paulus : *Prudentia ſpiritus, vita & pax.* Rom. 8.

Hęc prudentia eo nobilior eſt humana, quod hæc à natura, illa à Deo inhabitante proueniat. Humana poteſt fallere & falli : hæc eo certior & conſtantior, quod ab eo proueniat, qui nec mutari poteſt. Sicut ergo in rebus agendis ea quæ ad cognitionem ſpectant, à fide, à ſapientia peti oportere reputamus : ita conſilia ac directiones à prudentia requirenda eſſe: nec illius infrequentiorem vſum requiri, quam fidei, ſi rite, ſapienter, perfecteque agere velimus. Parum enim prodeſt diuina cognoſcere, ſi male, temere, & imprudenter agamus : quare à Deo nos dependeamus neceſſe eſt, in omnibus ad ipſum tamquam ad tabernaculum recurrentes : ſæpeque dicamus cum Sapiente: *Da mihi virtutum tuarum ſedium assistatricem sapientiam, & mittas eam de ſede magnitudinis tuæ* Sap. 9. *vt mecum ſit, & mecum laboret: vt ſciam quid acceptum ſit apud te omni tempore.* omni, inquam, tempore, non vno anno, ſemel, aut aliquoties: non in die nec in grauib. operibus tantum, ſed in omni opere & tempore. Sic Tobias ſapienter filium ſuum erudiebat. *Omni tempore*, ait, *benedic Deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & conſilia tua in ipſo permaneant.* Tob. 4.

14. Varia alia ſunt lumina quę Deus immittit, pro loco, tempore, & neceſſitate, eaque frequentiſſima: parum enim iuuarent interna illa dona, ſi ſol iuſtitię *qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*, perſępe faciem ſuam non oſtenderet : & vere oſten-

Quartum lumen actuale à Deo miſſum. Matth. 5.

ostendit: si enim homo attenderet, sane cogn
ceret nullum vmquam tentari, quin solis ip
radius aliquis diffundatur cœlitus, & consili
suggerat; nihil à quoquam agi alicuius mo
ti, quin diuinus Spiritus, si modo non præ
temus, viam ad recte sapienterque agendū
riat, aut, si quid fugiendum, ad minimum
tandi occasionem præbeat. Ad quid vero tā
lum? vt nempe maius lumen à Deo accip
modo petieris. Imo profecto ne cogitandi
quidem consiliorum optimorum lux sæpe
ritur, eaque suggerit, quæ ad Dei obsequi
boni communis vtilitatem, quę ad nostrum
uatorumque commodum faciunt. O si oc
non clauderemus! ô si videremus spiritualem
Ioan. 1. lum solem. *illuminantem omnem hominem ve*
tem in hunc mundum, vbique lucentem!
splēdidius sole isto corporeo! *In tenebr*
tenebræ eum non comprehendunt. Ideo ten
dentur, quia tenebricosos habemus ne
1. Ioan. 1. culos: ceteroquin vbique *Deus lux est, &*
in eo non sunt vllæ.

Certo crede, & nullatenus dubita: frequ
tius Deus internis facibus nostræ mentis o
los perstringit, quam solem videamus: sed
sumus, &, licet oculi non desint, videre tam
vel nolumus omnino, vel certe negligim
Docet id experientia, quam à sanctis viris d
mus. Dauidis mihi sufficiet vnica auctorita
Regis quidem in regno amplissimo occupa
Psal. 15. simi. *Prouidebam*, ait, *Dominum in conspectu meo*
Simile, *per: quoniam à dextris est mihi, ne cōmouear.* Simi

enim sumus iis qui in cæco carcere luminis nihil vident: viderent tamen, si egredi vellent: & tenebras amant, suauissimo solis lumine destituuntur. Et nos, carcere corporis huius detenti, tenebras cum carcere diligimus diuinum aetrem illustratum & latissime patentem negligimus, & à tenebris in tenebras demergimur.

3. *Hepar seu meditatio distribuit cuique virtuti ac facultati suil alimentū ac nutritionem.*

4. De corde & cerebro diximus, de hepate dicamus. Hepar conficit sanguinem, ex quo nutritio & naturæ reparatio conficitur, & per totum corpus distribuitur. Sunt enim quædā virtutes omnino necessariæ, sine quibus vita spiritualis ali conseruarique non potest: & in primis meditatio, quæ hepar quodammodo dici potest & sanguinem conficit spiritualem, & eum per totam animam eiusque facultates, potentias, & virtutes infinitas distribuit: masticat enim diuina pabula, & virtutum exercitia, & coquit calore caritatis, ac singulis virtutum habitibus alimentum incrementiq; occasionem porrigit. Quare spirituales esse non possunt, qui res diuinas non ruminant, de iis sedulo cum Deo non conferunt, & vere numquam cogitant. Hinc non bona concoctio, nulla nutritio, ἀκρασία, malusque habitus, ac animi desperatio: non enim aliter vnquam venit in mentem quid Deo, quid hominibus debeamus, in quo deficiamus, qua ratione ad virtutem excitabimur, quomodo proficiemus, nisi meditationis exercitio! hinc frequētes casus in grauia peccata, subinde etiam letalia. Nihil ergo sic vitam

tam spiritualem consolidat, nihil ita stabili corroborat, sicut pia ac feruens rerum diu rum meditatio, quæ nobis defectus obiicit, bligationem erga Deum exponit, desideriu rum æternarum conciliat, fœditatem pec depingit, virtutis pulchritudinem repræsen denique vitiorum omnium fibras suadet ell uellendas, Dei caritatem ac virtutum amo inserendum, & assiduo labore augendu perficiendum.

4. *Pulmones orationem designant.*

26. Quod de pulmonibus diximus, opt orationi congruit: quæ non infrequentior debet, quam pulmónum aspirationes ac re rationes: iis enim cœlesti aere cor homin credibili modo refocillatur: nullusque vm ad Deum aspirat, quantumcumque bre quin attrahat nouum spiritum, cor confo gratiam augeat, & in Deo, si ita assuescit, quiescat.

Spiritu viuere & ambulare quid.

27. Concludam hanc sententiam cohi tione D. Pauli feruentissima: *Si spiritu viv spiritu & ambulemus.* Multi sunt qui non bulant: si causa quæritur, ea est, quia spiritu viuunt. Viuebat Paulus spiritu, qui dicebat *Gal. 5.* *Viuo autem, iam non ego, viuit vero in me* Christ *Gal. 2.* & *Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Rom. 8.* Viuunt, inquam: & si Spiritu Dei acti, Pa *Ibidem.* nomen inclamant: vnde addit: *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei: si autem filij*

& heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Chri-
sti. Verum hæc quidem de anima: quid vero de
misero hoc corpore, in quo tamen viuit & im-
perat ille Spiritus? Respondet Apostolus:
Quod si Spiritus eius, qui suscitauit JESVM *à mor-* *Ibidem.*
tuis habitat in vobis: qui suscitauit JESVM *Christum*
a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, pro-
pter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Et quia
in hoc corpore infirmitates multæ sunt, *Spiritus* *Ibidem.*
adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus,
sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro
nobis gemitibus inenarrabilibus: & per JESVM *ha-* *Ephes. 2.*
bemus accessum ad Patrem. at quomodo? *in vno*
spiritu Magnus thesaurus est hic Spiritus: illum
custodite: viuat, ardeat: *Spiritum nolite extin-*
guere. Tenet in manu Apostolus *gladium Spiri-* *1. Thess. 5.*
tus, quo deturbat quaquauersum aduersarios; *Ephes. 6.*
denique *corroboramur per Spiritum in interiori ho-* *Ephes 3.*
mine. Bene docet, inquies, Paulus; sed in quo spi- *Rom. 9.*
ritum suum prodit? *Veritatem dico in* CHRISTO
non mentior: testimonium mihi perhibente conscien-
tia mea in Spiritu sancto: quoniam tristitia mihi ma-
gna est, & continuus dolor cordi meo: optabam enim
ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.
Magna sane vis spiritus, magna caritas. Et post- *Rom. 8.*
quam multa de spiritu capite octauo ad Roma-
nos dixisset, ita concludit: *Quis ergo nos separabit à*
caritate CHRISTI? *tribulatio? an angustia? an fa-*
mes? an nuditas? an periculum? an persecutio? an
gladius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortifica-
mur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis) sed in
his omnibus superamus, propter eum qui dilexit
nos,

Gal. 6. 2. Cor. 4. nos & in fine epistolæ ad Galatas, *De cetero, air, mo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini in corpore meo porto* & alibi, *Semper*, inquit, *mortificationē Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper nim nos, qui viuimus, in mortem tradimur propter sum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra.* ergo tantum D. Paulus verbis prædicat spiritum ac caritatem, sed factis ipsis probat.

Inopiã spiritus defectuum & vitiorum esse causam

Si igitur caritas, eiusque vigor & vita, desideratur in nobis, & causam scisciteris: en in proptu est: desideratur enim spiritus. Cur orare cis, eleemosynam dare, ignoscere delinquentibus laborantibus opitulari? Diuinus, inquam, sideratur ille spiritus, qui se semper operi manifestat. Cur non sapit lectio spiritu cur desipit meditatio? cur in verbi Dei tiatione languor & marcor fastidiose nau Deest vere spiritus. Cur propendes ad o cta sensuum, lubenter à creaturis solatio mendicas, otiosus orbem circumcursas, me lubens diutius assides, officia diuina vt pro ra fastidis, labores auersaris, de sanitate sol cogitas, teque infinitis morbis obsitum opi ris, indulges quantum potes somno, qui lusui, recreationibus, de quibus audis au & te in iis audiri & credi cupis? Hæc omnia spiritus indigentia proueniunt. Idcirco gr oratione insistit Apostolus: *Spiritum nolite extinguere.* His vero omnibus spiritus feruoris e tinguitur, & reuiuiscit spiritus carnis. *Sed debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.*

1. Thessal. 5

Rom. 8.

quæ res in cœlis bea-

enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si au- tos efficiat.
tem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nolite Gal. 6.
errare: Deus non irridetur, quæ enim seminauerit ho-
mo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de
carne & metet corruptionem: qui autē seminat in spi-
ritu, de spiritu metet vitam æternam. Spiritu ergo am-
bulate, & desideria carnis non perficietis. Si igitur spi- Gal. 5.
ritu viuimus, spiritu & ambulemus. Apparebit nos
spiritu viuere, si opera nostra spiritu magno, ar-
denti, & incenso perficiantur. At vide an vel
etiam ambules, num iaceas, num loco hæreas,
an lente ambules; num retrocedas, aut etiam
aberres. Tria sunt (ait Augustinus) hominum ge-
nera quæ Deus odit: remanentem, retro redeuntem, & Lib. de no-
errantem. Ab his tribus generibus malis, Domino ad- uo cantico,
iuuante, vindicetur & defendatur gressus noster. ca. 4. to. 9.
Alius vero cum ambulantes sumus, alius tardius ambu-
lat, alius celerius, ambo tamen ambulant. Excitandi
sunt ergo remanentes, retro redeuntes reuocandi,
errantes in viam ducendi, tardi exhortandi, celeres
imitandi. Et infra: Quis est qui non proficit? qui se pu-
auerit esse sapientem: qui dixerit, Sufficit mihi quod
habeo. Qui sunt & retro redeuntes? qui ex continentia
auertuntur in immunditiam, qui ex sancto & singu-
lari bono proposito virginitatis diuertuntur in turpitu-
dinem voluptatis, & corrupta mente corrumpunt simul
& carnem. Hos increpat Apostolus Petrus, dicens: Me- 2. Pet. 2.
lius illis erat non cognoscere viam salutis, quam cogno-
scentes retro respicere. O malum respicere retro! Vxor
enim Loth, quæ liberata est à Sodomitis, contra præce-
ptum retro aspexit: quod euaserat, perdidit. Nec imme-

rito in ſtatuam ſalis repente conuerſa eſt, vt ſatu
etiam exemplo condiret. Qui ſunt & aberrantes
nes hæretici, qui relicta veritatis via, errando p
ſertum latrocinantur, & animas captant in pec
præpediuntque ne quis ad patriam valeat per
Hæc ille.

Vita ſpiritus vnde appareat.

Si ergo ſpiritu viuimus, ſpiritu ambule
Spiritus & ambulare, & celeriter ire, & cu
monet & iuuat, ad brauium reportandum
quiſquam horum nihil faciat, eum quis nō
cludat non habere ſpiritum? Animam ho
videmus, non in ſe, ſed in opere. Si quis ſtre
ſi generoſe, ſi heroice agat, magnanimum
mus: ſi ardua aggrediatur, ſi ferat labores
difficillima quæque ſeſe obiiciat, conſta
fortem, inuictum reputamus, & præclara
excelſi indicia prædicamus: at ſi languid
tur, ſi marcide, ſi inerter, iacentem animu
bere, inertem, deſidem, torpidum, proſtr
vix denique animum habere, aut pæne e
tuũ iudicamus. Non agnoſcitur ſpiritualis
niſi ex ſpiritu, nec ſpiritus, niſi ex operib. ſp

1. Cor. 2.

Prodit ſe nimis cito animalis homo, qui n
cipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, nec facit quę ſun
ritus Dei: nec enim habet Spiritum Dei. ſ

Rom. 8.

autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt e
viuit anima illa, non ſpirat diuina, vim ſpiri
lem non exerit, inter eos eſt de quibus S. I

Iud. in epi.

loquitur, *animales, Spiritum non habentes.* A
mo viuẽs mortuus haberi vult, vitam, actio
opera, quantum poteſt, oſtentat. Spiritua
ro homo vitam, opera, feruorem probare

poreſt, niſi ſpiritu ambulet. *Si ergo ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus.* Gal. 5.

Mors vitæ ſpiritualis.

28 Huic vitę contrariatur mors animæ ſpiritualis: quæ nihil aliud eſt, quam ſeparatio gratiæ ſeu ſpiritus diuini ab anima: de qua Ezechiel: *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur.* & Sapiens: *Os quod mentitur, occidit animam.* D. Paulus etiam, *Neſcitis*, ait, *quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis ſiue peccati ad mortem ſiue obeditionis ad iuſtitiam?* Denique Iacobus. *Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem.* Pro hac morte extinguenda Filius Dei mortuus eſt. Pretium vitæ ſane magnum, quod homines tamen parui faciunt. Nunc de vita æterna diſſeramus. Ezech. 18. Sap. 1. Rom. 6. Iacob. 1.

CAP. XXVII.

Quæ ſit vera vita.

Vitam peccati & dãnatorum, vitam non eſſe dicendam.

29. TRes vitas deſcripſimus: quarum vna ſane mors dicenda eſt, non vita. Quis enim peccati vitã dixerit vitam: niſi æternis ignibus peccatorem deputatum viuere cẽſeat ęterna vita, quia peccati vita æternum vigebit, nec ſuppliciis extinguetur æternis, etſi ipſe maxime velit. Verum talis vita in tormentis, id nominis non meretur: nec eam Scriptura dignatur vitæ nomine, ſed mortem

æternam indigirat, vt grauiter diserteque Augustinus. *Habebunt*, inquit, *impii in cruciatibus tam: sed qui viuunt in tormentis, cupiunt (si possit) finire talem vitam, & nemo eis dat interim vt nemo auferat cruciatum. Sed vide Scripturam quentem & discernentem. Non est dignata vitam vocare vitam. In cruciatibus, in tormentis ignibus sempiternis, noluit appellare vitam, vt nomen vitæ laudis sit, non mœroris: vt, vbi que audis vitam, tormenta non cogites: nam mentis esse semper, æterna mors est, non ali tà. Ipsam vocant Scripturæ mortem secundam. hanc primam, quam omnes humanæ condicio bemus, & mors secunda & mors vocatur: & nec moritur: satius & melius dixerim, nemo ibi viuit doloribus enim viuere, non est viuere.* Et paulo *Ergo illa vita in tormentis, non est vita, & illa vita est, quæ beata: nec beata esse potest, nisi sem terna.* Et inferius: *Ergo vita, quæ æterna & quia, si non æterna, nec beata: si autem æterna nis, nec vita.* Et alibi: *Vitam æternam dat vbi est sine fine felicitas. Nam si anima in pœnis æternis, quibus & ipsi spiritus cruciabuntur mundi: mors illa potius æterna dicenda est, vita: nulla quippe maior & peior est mors, quam non moritur mors. Sed quod animæ natura, per quod immortalis creata est, sine qualicumque vita non potest: summa mors eius est alienatio a vita Dei æternitate supplicii.* Hæc Augustinus. Si ergo damnatorum vita, quæ æterna est, in qua tamen peccator non moritur, & vermis eius ac ignis non extinguitur, vita non est: quanto magis

De diuersis sermon. 112. de martyribus qui Massa candida vocitantur, c. 5. tom. 10. edit. Plant.

Apoc. 20.

Lib. 6 de ciuit. c. vlt.

Marc. 9.

nus vita peccati in hac misera vita dicenda est vita! Et hæc vita mors prima merito dici potest: tum quia reuera vita gratia per illam opprimitur: tum quia ex illa mors, quam naturæ debemus, profluxit: tum denique quia illam mors æterna, quæ secunda & vltima est, subsequetur. Et hæc omnia æternæ vitæ, de qua deinceps acturi sumus, ex diametro opponuntur.

Peccati vita mors prima, damnatorum secunda appellatur.

Humana vita, mortalis & breuis misera, incerta, non est vita dicenda.

10. Vita vero humana, etsi similitudine titulo que vitæ non careat, comparatione tamē spiritualis & æternæ non tam vita quam mortis vita est appellanda. Quod si eam vitę nomine velis insignire, mortalem vitam verius appellabis quam vitam: quippe quæ ne momentum quidem vitæ habeat certum: certoque sit certus, hinc esse emigrandū, & quidem incertissima hora: cumque hora illa venerit, non tam vixisse videberis, quam momento ad mortem euolasse. Quod perpēdens Augustinus, plurib. ostendit vitam æternam solam vitam dicendam esse: & quod ista vita mortalis, in qua modo sumus, ex illius vitæ comparatione mors esse cōcincitur, quippe quæ tanta mutabilitate variatur, & nulla stabilitate firmatur, cursuque brevissimo terminatur: & ideo vera vita dicenda nō est, nisi æterna, quæ sola vita est beata. *Non ergo* (vt concludit sanctus ille Doctor) *est beata vita, nisi vera: & non est vera, nisi beata vita: nec beata vita est, nisi æterna.* Itaque D. Augustinus hanc vitam mortalem non habet pro vera: nec beata esse potest, quia mortalis est, quia perpetua non est. quod enim sempiternum non est, anxietate

Serm. 17. de verbis Domini.

non caret: vtsi in epulis beatitudinem co
ces, earumque fruitio finem habeat, illius
pectatio exitusque memoria dolorem gigni
tristitiam, quæ in beata vita non est.

Vitam gratiæ esse veram vitã, probatur.

31. Idem tamen de vita gratiæ statui non
bet, quæ à diuinis litteris & vitæ, & beatæ
ternæ insignibus condecoratur. *Qui fecerit*
cium & iustitiam, ait Ezechiel, *vita viuet, e*
morietur. & Christus: *Qui verbum meum a*
& credit ei qui misit me, habet vitam æternam
iudicium non venit, sed transiit à morte in vitam.

1. *Scripturis.* *Ezech. 18.* 1. *Ioan. 5.*

Ioan. 5. *Cor. 4.*

D. Ioannes: *Qui habet Filium, habet vitam; q*
habet Filium, vitam non habet. denique D. P
Semper, ait, *nos qui viuimus, in mortem tra*
propter Jesvm: *vt & vita* Jesv *manifesta*
carne nostra mortali. Ergo mors in nobis ope
vita autem in vobis. Merito enim vita voca
quia communicatio est vitæ increatæ: c
namque de verbo æterno dixisset Ioanne

Ioan. 1 *2. Pet. 1.*

ipso vita erat: addidit, *Et vita erat lux hom*
ergo vita illa nobis communicata est, v
per gratiam Dei. Deinde D. Petrus grati
qua viuimus, vult esse diuinæ naturæ con
tium ac communicationem: natura autem
uina, vita est: erit igitur & eius partici
tio.

2. *Ratione.*

Omnium denique actionum nostrarum
pernaturalium merito Christum auctor
agnoscimus: qui longe plura confert ad v
actus productionem, quam humana infirm
tas: vitales vero sunt omnes actiones illæ q
dem, sed nõ solius vitæ naturalis: debet ergo

nobis esse vita quæ vitam naturalem excedat: quæque, ea sublata, vt ab ea minime dependēs, superstes maneat, atque interitum nesciat.

31. Est & beata vita hæc: sed eius beatitudinis excellentia nondum in quiete consistit: in arena, in puluere, in cursu, in labore, intollerantia tota est: nondum ad metam peruenit: à carceribus modo soluitur, & vt currat expeditius, ab omnibus se abstinet: quodque est in statu beatitudinis omnia possidere, hic summæ felicitatis est extreme inopem esse. Idcirco dicuntur beati pauperes spiritu, ipsorumque esse regnum cœlorum. Item in patria, Regum more, ij audēter loquentur, qui olim humiles fuerunt: tunc enim iudicabunt sancti gentes: hic vero, *beati mites*: Item *exultant sancti in gloria, lætantur in cubilibus suis*: hic *beati qui lugent*. Denique in gloria sancti, omnium bonorum vbertate perfusi, malum nullum sentiunt, imo nec metuunt quidem: summa vero hic beatitudinis nostræ hæc est, *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate*. Certe magna beatitudinis tessera est, posse in perpessionibus gaudere: & si ausim, maiorem dicerem PERFECTIONEM nostræ beatitudinis beatorum gloria: ij enim omni malo carentes, præsentia summi boni circumfusi, gaudendi ansam habent maximam, tristitiæ nullam possunt prætendere: nos, solo ingentiaceruo dolorum locupletes, gaudium,

Eandem esse beatā.

Matth. 5.
In quo vita beatitudo consistat.
Matth 5.
Psal. 149.

Matth 5.

præter ſpem futuræ mercedis, habemus nul
& tamen Chriſtus in vitæ ſpiritualis circum
trantibus malis, tamquam beatis, *Gaudete, ait,*
exultate. Certe vitam aliquam eſſe in hom
beatam hoc argumento Chriſtus comprob
videtur. Idipſum Chryſoſtomus fuſe & eleg
ter teſtatur, de catena Pauli diſputans, dum
plicat illa verba, *Ego vinctus in Domino.* Magna,
quit, *& quæ vim magnam habet, dignitas, &*
& conſulatu, & quibuſuis aliis maior; quod quide
cit etiam ſcribens ad Philemonem: Cum ſim Paul
nex, nunc autem vinctus in Chriſto. Nihil eſt enim
que præclarum, atque vincula propter Chriſtum, a
catenæ ſanctis illis manibus impoſitæ. Vinctum e
pter Chriſtum, eſt præclarius quam eſſe Apoſtolum
eſſe Doctorem, quam eſſe Euangeliſtam, Si qu
mat Chriſtum, nouit quod dicitur: ſi quis in D
num inſanit, & eius amore vritur, nouit vim vin
rum: maluerit eſſe vinctus propter Chriſtum, quam
bitare cœlos. Quouis auro ſplendiores eis oſtendeba
nus, & quouis Regali diademate: non enim tam ſp
didum facit caput vitta ex gemmis compoſita ei im
ſita, quam catena ferrea propter Chriſtum. T
erat Regiis vinctorum carcer præclarior, atque adm
ipſo cœlo. quid dico Regiis? habebat enim vinc
Chriſti. & infra : *Hoc fortaſſe eſt præclarius, qua*
ſedere à dextris : hoc eſt magnificentius, quam ſed
ſuper duodecim ſedes : & quid dico de humanis
pudet conferre diuitias & mundum aureũ cum vin
lis. Et paulo poſt: *Nihil eſt illa catena beatius, nihil*
melius, quam male pati propter Chriſtum. Non ta
beatum exiſtimo Paulum quod raptus ſit in para
ſum.

Ibidem. Homilia. 8. in c. 4. ad Epheſ.

Epheſ. 4.

sum, quam quod coniectus sit in carcerem: non tam eũ censeo beatum quod raptus sit in tertium cœlum, quam eum censeo beatum propter vincula. Hæc ille. Et sine Chrysostomus iuxta mentem Pauli loquitur, qui in hoc solo gloriabatur. *Si gloriari,* inquit *oportet, quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor.* & merito: nam sedere ad dexteram Dei, opus est bene merentis Dei de nobis: non nostrum, qui a Deo id accipimus: at perpeti aduersa pro Christi gloria, heroicum facinus est bene de Deo merentium, ita D. Petrus: *Si quid patimini propter iustitiam, beati. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Quæ enim est gloria, si peccantes & colaphizati sustinetis? sed si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.* Concludam eiusdem Apostoli verbis: *Carissimi, communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus: si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine.* 1. Cor. 11. 1. Pet. 3. 1. Pet. 2. 1. Pet. 4.

Vitam spiritualem esse aeternã probatur.

33 At vita beata æterna sit oportet: quomodo æterna est vita spiritualis, quæ toties amittitur: & sane si vmquam perpetua atque immutabilis probari debuit, in iis id profecto accidere decuit, quos Deus præstantissimos in virtutum splendore condiderat, aut ad sibi placendum delegerat; quales fuerunt Angeli, quales primi parentes, qualis Rex Dauid, quem Deus se- 1. Reg. 13.

cundum cor suum inuenisse se profitetur: qu
3. Reg 4. lis Salomon, cuius sapientia & animi latitu
Iob 4. arenæ maris comparatur. At Angeli cor
eo non fuerunt stabiles: quanto minus filij
minum, eorumque parentes, ex mollicam
1. luto compositi! Nihilominus Scripturæ sa
Scripturis. hanc vitam beatam nuncupant. Est enim gra
forma huius vitæ: illa vero, Paulo auctore,
Rom. 6. *æterna est.* Et qui manducat panem de cœlo
tum, *viuet in æternum.* Christvs de
Ioan. 4. dat potum qui iugiter satiat, dicens: *Omnis qu*
bit ex aqua hac, (nempe quæ scaturit ex fonte
cob) *sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua qu*
ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æ
nam. Fons Iacob perennis est: ergo Christ
Ioan. 17. gratia iugis erit. *Hæc est vita æterna,* ait
Christvs Dominus, *vt cognoscant te so*
Deũ verum, & quem misisti Jesvm Christ
Quem locum de cognitione per fidem &
Lib. 3. de Trinit. circa med. gratiæ intelligunt D. Hilarius & Cyrillus A
xandrinus: & videtur esse sensus litteralis. D
Lib. 11. in Ioan. c. 16. que *caritas numquam excidit.*
1. Cor. 13. Dicitur ergo hæc vita sempiterna, quia æ
næ vitæ radix & causa est: nullus enim æterna
2. viuet, qui prius vitam gratiæ & spiritus non
Rationib. buerit. Est via ad æternam vitam, ac ratio
1. assequendi: nemo enim Deum vmquam vi
2. bit, nec beatitudinem assequetur, qui prius
3. per fidem Deum non cognouerit. Est vita
terna, quia ex natura sua immortalis est, sed
& natura diuina, cuius est participatio: v
1. Pet. 1. D. Petrus ait: *Qui secundum misericordiam*

magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem IESV *Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conseruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo.*

4. Æterna deinde, quia nullus eam potest nocentibus eripere, non Angeli, non vis humana, non mundus, non tormenta: solum peccatum potest eam dissoluere: sicut & primi parentes immortales erant, solaque transgressio mortales effecit. Ideo D. Paulus constantissime asse- *Rom. 8.* uerat: *Quis nos separabit à caritate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas?* Respondet vero: Nihil vtique poterit. Vita enim spiritualis peccato resistit; à peccato, tamquam peste exitiali, quæ illi mortem adferat, abhorret. Eodem modo loquitur D. Paulus de caritate: *Caritas* *1. Cor. 13.* *patiens est, non agit perperam, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate.* quia tantum abest vt inclinet ad vitia, vt etiam omnia persequatur, & quantum in se est, destruat: quod coniunctissima sit Spiritui & gratiæ internæ per quam renascimur, & adoptamur in filios Dei: nec à peccato vita illa vlla ratione promanat, teste D. Ioanne, *1. Ioan. 3.* Omnis, ait, *qui in Christo manet, non peccat. Qui facit peccatum, ex diabolo est. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quia ex Deo natus est.* Quantum ergo est ex parte Dei & gratiæ, num-

Ibidem. numquam peccabimus: nam *Christus*, vt ait idem Ioannes, *apparuit vt peccata nostra tolleret & peccatum in eo non est*: nos vero ex eo nati naturam parentis sequimur: & semen eius tendit in vitæ conseruationem, sicut & semen diaboli in mortem animæ. Cum ergo semen hoc & gratia peccatum excludant, sequitur eius vitam esse immortalem & æternam.

5. *1. Pet. 1.* Denique æterna est vita gratiæ, quia (vt diximus) eadem in cœlo perseuerat, cui in terra cœpit initium. Illic *incorruptibilis, & contaminata, & immarcescibilis* efficitur non solum ex parte gratiæ, sed quia ipsa anima hic mutabilis & inconstans, illic immutabilitatem, stabilitatem, & constantiam induit.

6. *Vita corporum quomodo aeterna.* *Ioan. 11.* Simili ratione & corpora nostra numquam moritura dicuntur à Christo, etsi re ipsa moriantur. *Omnis*, ait, *qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.* nempe post resurrectionem tunc namque homines amplius non morientur, in primis morte spirituali: quia gratia quæ animæ vita est, consummata æternum consistet: ex animæ vero gloria & immortalitate, in corpus rediuiuum redundante, eam gloriam & immortalitatem induet, quam eis nulla creatio detrahat, nulla æternitas deleat, nulla tempus cedens auferat vita. Nunc vero æternitate donantur corpora nostra donata, quia semen immortalitatis attactu glorioſi corporis Christi. *Rom. 8. 4. ad. 5. haeres. 1.* Eucharistia acceperunt, & Spiritui illi domicilium præbuerunt, *qui Iesum suscitauit a mortuis*: sed æternitatem illam in spe possidemus.

nondum in re. Hinc Irenæus: *Quomodo carnem dicunt in corruptionem deuenire, & non percipere vitam,* (id est, non resurgere) *quæ à corpore & sanguine Domini alitur?* & infra: *Corpora nostra, Eucharistiam percipientia, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia.*

34. Hæc vero etsi vera sint, vt verissima tamen ex parte nostra nondum securi sumus, cum *thesaurum istum habeamus in vasis fictilibus: & homo nescit vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruentur incerta:* & *si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Iob, quem Deus laudauit præ cæteris hominibus, asserens non esse ei similem in terra, cum tamen de suo statu cogitat, ipse, *Quasi tumentes:* inquit, *super me fluctus timui Deum*: at timor ille tempestatis, quando fluctus instar montium assurgunt, & naui agitæ ac capitibus nauigantium imminent, horrendus admodum est. Anxietas igitur illa multum de vitæ nostræ beatitudine detrahit, & merito ad vitam omnis mali timorisque expertem aspiramus: vnde D. Augustinus: *Tota vita istam intelligentibus tribulatio est: sunt enim duo tortores animæ: non quidem simul torquentes sed cruciatu alternantes. Horum duorum tortorum nomina sunt timor & dolor. Cum tibi bene est, times: cum male est, doles. Sæculi huius quidem non decipit prosperitas, non frangit aduersitas?*

1. Cor. 4. Eccle. 9. 1. Pet. 4.

Iob 31.

De verbis Domini sec. 42.

35. Illa nihilominus vita, quam hic tanto cum timore & tremore ducimus, si conseruata Dei amicitia hinc demigrauerimus, statum æternum accipiet, & in sempiternam commutabi-

tabitur: eritque æterna ac beata vita. Si enim
iectum vitæ illius, quæ gratia est, spectemus
corruptibilis est: & in ipsa, vita spiritualis
hac, æterna fundatur. Si enim per
turales, vt scientiæ & virtutes humano
acquisitæ, in cœlis remaneant ad ornatum
ge magis charismata cœlestia, à Deo infusa,
ipsa disponant animam ad statum beatit
Hinc Patres dicunt Deum esse vitam
quod nimirum per gratiam se illi coniunga
esse plane diuinum tribuat: & illud quide
vitæ principium ac fundamentum est, & e
potentiæ spirituales virtutesque tamquam
nimæ spiritualis essentia oriuntur: cumq
virtutum habitusque in patria remaneant,
in dubium reuocare possit ipsum fonte
riginem remanere? Gratia deinde illa habi
nos filios Dei efficit, & per consequens he
ipsaque ius illud ad gloriam cõsequi. Defe
go ius illud secum anima tamquam prẽtio
lutis suæ, & tesseram beatitudinis, vt, ea vi
ronam iustitiæ ei iustus iudex restituat. D
nemo admittitur ad cœnam illam sine vest
ptiali, quæ nihil aliud est quam caritas, ac
hæc, quæ animæ ornat essentiam: sine qua
lum ornamentum in anima remanet. Vi
go anima post hanc vitam.

7. Ratio. *Gratiam habitualẽ remanere in patria probatur.*

1.

2.

2. Tim. 4.

3.

8. Ratio. *Modus quo anima viuit in cælo.*

Sicut igitur, cum Deus in hac peregri
ne vnitur animæ per gratiam & virtutes
naturales, (qui inusitatus naturæ modus
nionis, quod nouo modo in nobis exist
cipiat) vitam in homine spiritualem esse

mus: ita & in cœlo cum Deus per eandem gratiam, sed iam consummatam, intime sese animæ commiscet ac coniungit, incipere animam dicimus veram vitam viuere, quia Deum nouo modo, & quasi nouum esse spirituale recipit: quod est sane primum fundamentum vitæ beatæ, origo ac fons omnium operationum quæ postmodum sequuntur: illa enim gratia stabilimentum accipit, statum, & firmitudinem. Et vt corpus in die resurrectionis, per nouam informationem animæ, plane diuinum & cœleste perfectum ac indissolubile temperamentum accipiet: ita & anima per operationem diuinam qua Deus se illi indissolubili nexu adiungit, quasi nouum esse diuinum accipit, in quo, quidquid beatitudinis deinde sequitur, fundatur, & homo cum Deo indissolubili nexu coalescit. Intime amantium hoc est, vt animo, quatenus fieri potest, conglutinentur: non tantum præsentia corporali, sed & intima necessitudine. Ita est: Deus namque, qui amicitiam nobiscum nouo fœdere confirmat, non tantum per amorem ac cognitionem nobis adiungitur, aut per præsentiam suam, sed intima coniunctione cum animæ nostræ essentia, substernendo basim in qua actus beatifici sequentes veluti conquiescant: quæ gratia est confirmata. Vnde sequitur, vnionem illam, per quam Deus ita vnitur nobis, vt beati simus, debere esse aliquam animæ PERFECTIONEM intrinsecã: est enim beatitudo interna & inherẽs beati PERFECTIO: alias p denominationẽ solã extrinsecã homines dicerẽt beati.

36.

36. Viuit ergo anima post hanc vitam: sed e beate? beatius quam in hac vita mortali, in nihilominus omnes beati esse volunt, & m optant, in quibus, si ea adipiscantur, se beato turos putant : quæ tamen vbi adepti sunt, minime sufficere reperiunt. Hinc Diuus Au stinus: *Omnis homo, qualiscumque sit, beatu hoc nemo est qui non velit: atque ita velit vt pre velit: imo, quicumque vult cætera propter hoc vo lit. Diuersis cupiditatibus homines rapiuntur, lius cupit hoc, & alius illud. Diuersa sunt genera di in genere humano, & in multitudine gen viuendi alius aliud eligit & capescit : nemo men, quocumque genere vitæ electo qui non ater vitam cupiat. Beata ergo vita communis est m possessio: sed qua veniatur ad eam, qua tentatur itinere tento perueniatur, in controuersia est: ac si quæremus beatam vitam in terris, nescio vtr uenire possimus : non quia malum est quod quær sed quia non in loco suo quærimus. Alius dicit qui militant. negat alius, & dicit : Beat agrum colunt. & hoc negat alius, & dicit : Beat in foro populari claritate versantur, causasque d dunt. & hoc alius negat, & dicit : Beati qui mul & potestatem habent audiendi & discernendi. hoc alius, & dicit: Beati qui nauigant multas reg discunt multa, colligunt lucra. Videtis, carissimi n ni illa multitudine generum viuendi non placet omnibus, & tamen beata vita placet omnibus.* Ha le. Perfecta beatitudo ergo hic expectari debet, sed alibi quæri, vbi possit inueniri, hoc lis inuenies : in Deo, qui summum bonum

Vita, quæ in cœlis degitur, beata.

Dicto serm de martyribus qui massa candida vocitantur, c. 2 & 3.

beatitudo nostra est. Sed quid? otiosi ac quietimus in cœlis? sufficiet sola animæ vnio per gratiam consummatam cum Deo? cæterum in pace in idipsum dormiemus & requiescemus? Non est ita: viuemus etenim.

Argumentum vitæ ex operatione metimur; & si perpetua actio sit, vitam quoque perpetuam esse concludimus. Nec beati essemus, omni operatione vacaremus: non enim beatitudo nostra consistit in sola vnione habituali, per gratiam consummatam, aut alia dona habitualia; hæc namque ad operationem referuntur, vltimaque animæ PERFECTIO gratiæ ac donorum illorum intrinseca operatione cõsummatur, nempe vt homo intelligat, amet, & fruatur. Accedit quod beatitudo nostra sit participatio beatitudinis essentialis summi æternique Dei: at Deus non censetur beatus ea ratione existit, sed quatenus amat, videt, & seipso fruitur. Id euidentius elucet in anima Christi, cuius beatitudo non consistit in vnione hypostatica, licet illa perfectissima sit in genere rei existentis; sed in visione ac fruitione Verbi increati. Illi ergo beati habendi non sunt, qui, præclaris facultatibus ac diuinis muneribus præditi, otiosi quiescunt, sed qui, vt perfectissimus Deus, (qui purissimus actus est) agunt assidue, & vtuntur donis cœlestibus, ad eum finem, propter quem instituta donataque sunt.

9. Ratio, ex operatione beatorum ducta.

1.

2.

Nec putandum est operationes illas à Deo infundi, sic vt potentiæ nihil agant, non operentur, sed solus Deus. nam beatitudo nostra

Operationes beatorum non

infunduntur à Deo.

in actione mentis consistit: ac de ratione actionis immanentis in potentia, & vitalis, est, vt effectue procedat à potentia, quam viuificat ac vlterius informat; viuere enim est ab intrinseco operari, beatitudo vero est actio vitalis, quæ est amor beatificus, visio, fruitio, gaudium. Vbi ergo & beate viuit homo agendo & vtendo facultatibus, quæ ad beatitudinem capessendam concessæ ei sunt: nam quomodo beatitudo est vita æterna, si homo vitaliter non operatur, & gratia habitualis delitescat otiosa, nec intentias ad agendum moueat? Potentiæ quæ quomodo desides conquiescunt in eo, qui infinite eas amat & beat, tot tantisque donorum aceruis cumulat? Aliter statuit Propheta Regius: *Beati*, ait, *qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Laudant Deum, & incessanter clamant: *Sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.*

Psal. 83.

Apoc. 4.

Operationes beatorum extra Deum quæ & quales.

37. Operantur ergo beati, si vnquam, & quanta suppetunt quæ videant, cognoscant, & admirentur; & (vt ad thronum diuinæ Maiestatis procedat pedetentim oratio venerabundum) in primis (extra Deum) seipsam animæ suam quæ suum considerat, cœlorum latitudinem, terrarum exilitatem, Angelorum studium, industriam in ordinandis motibus cœlestium globorum scite, distincte, tempestiue, ac fœcundum spatia temporum; generationem ac corruptionem rerum naturalium; hominum curas ac solicitudines in tuenda ac con-

randa vita, rebusque pereuntibus aggregandis.

Sed nihil ita placet vt beatorum societas, & meritorum singulorum consideratio: hæc tamen nondum animam exsatiant, nec in his beatitudinis natura atq; essentia consistit. Multi excellentes ingenio, illustres scientia, docti experientia cœlos adeunt. Eo lumine ac viribus, quibus natura præditi, agere possunt. Quod si infusa scientia vti velint, supernaturalis erit operatio, nondum tamen beatifica; nam beatitudinis essentia in consecutione summi boni vltimique finis versatur: ideo illa sola operatio pertinere potest ad naturam beatitudinis, quæ proprie Deum respicit, & circa summum bonum versatur: cæteræ vero operationes non beatificæ non inutiles propterea sunt, sed beatis, qui in omni scientia & virtute locupletes sunt, liberæ sunt, & ad beatitudinis complementum & ornamentum accidentarium seruiunt: verum comparatione earum quibus beati reddimur, similes sunt lumini candelæ, lucente sole meridiano; aut lampadi exiguæ eo loco in quo faces innumeræ colluceant; aut sicut panis aridus famelico quidem, sed inter mensas dapibus refertas.

Cap. XXVIII.

Eam veram esse vitam, quæ beata est: tandemque in Dei comprehensione consistere, ex qua bona omnia profluunt, quæ animam satient.

38. Quæ hactenus diximus, hominem be- tum non faciunt. Permitte ergo, D mine, vt (licet indigni, tremebundi tamen decet) proprius accedamus. Etsi enim popu tuus horruerit accessum montis Sinai, dice
Exod. 20. Moysi, *Loquere tu nobis; non loquatur nobis Dom*
Matth. 11. *ne forte moriamur*: tamen te auctore, te inuita
Marc. 10. laborantes & oneratos, confidenter accedi paruulus, & in numero paruulorum, qu
Psal 79. complecteris impense, dicam, *Ostende nobi*
Exod. 3. *ciem tuam, & salui erimus.* Si rubus es incom stus, en calceamenta de pedibus deposui, imm lucra mundanarum cogitationum. Ascend cum Moyse ad montem; &, si facie ad faciem videre nequeam, nube saltem interlucente,
1. Cor. 13. *per speculum, & in ænigmate*, mihi te contempl liceat. *Tibi dixit cor meum: Exquisiuit te facies*
Psal. 26. *faciem tuam, Domine, requiram. Ne auertas faci tuam à me, & ne declines in ira à seruo tuo.*

Visio primus actus beatificus. Primus igitur actus beatificus est visio fini mi boni, finisque vltimi: quo autem pacto hæ fiat, crassiori comparatione accipe. Visio est, visione corporali ducta similitudine: quemadmodum

modum ergo videamus ea, quę oculis obijciuntur, considerandum est. Quatuor ad visionem corporis alicuius requiruntur. Primum est res obiecta, alterum potentia quæ visionem elicit, tertium applicatio aut vnio rei videndæ cum ipso organo; vniri enim debet cum sensu res ipsa quæ sensu percipitur: vt cum lapidem tangis, manui admoues; cum panem gustas, palato applicas; cum vides, audis, odores percipis, quia duriorum corporum intimam vnionem organi teneritudo non admittit sine suo incommodo ac interitu, species rerum visu, auditu, & odoratu percipiendarum sufficiuntur, quæ potentijs vnitæ sensationē efficiunt. Quartum quod in visione requiritur, est lumen, quod inter rem visam & videntis organum intercedit medium.

In visione quator requiri.
1.
2.
3.
4.

Hæc omnia in beata diuinæ Maiestatis visione reperiuntur. Res namque quæ conspicitur, est summum bonum; in cuius possessione finis hominis vltimus consistit. Nihilominus eius excellentiæ est ac ordinis, vt infinitis gradibus intellectus humani vires excedat: sublimiorem tamen oculum, quo Deum contueamur, non habemus; nam oculus corporis ne per Dei quidem infinitam potentiam eleuari potest ad id videndum, quod extra obiectum eius constituitur. Vt enim oculus gustare, odorari, audire non potest; nec auditus videre, aut de saporibus iudicare; quia id ab eius obiecto secernitur: sic nec oculus corporeus (auctore D. Augustino, qui in sententiæ suæ suffragium Athanasium, Gregorium

In visione beatifica quatuor requiri.
1.
Obiectum, quod est summum bonum.
2.
Potentia intellectus.
Oculo corporis Deum non posse videri.
Epist. 111.

gorium Nazianzenum, & Ambrosium addi-
cit) spiritum potest intueri: de luce enim & co-
loribus, non de spiritibus, iudicat aut decer-
nit.

3. *Vnio obiecti cum potentia.*

Maior difficultas est in tertio, nimirum in
nione rei obiectæ cum intellectu, seu pote
visiua spirituali: non enim species efforman
test Deum infinite repræsentans, alioquin
foret infinita. Verum nec sapientia, æque in
ta & immensa, hac specie indiget, vt sese vi
dam præbeat: modos habet sufficientes,
sese mentium oculis vniat: est namque in
præsens vt rebus omnibus, ita maxime m
beatorum, suaque præsentia sufficit intell
seipsam, veram imaginem, formamque vi
tem: & quia intellectus humanus imbec
est, obtusior, ac humilior, quam vt possit ad
tæ, tam celsæ immensæque Maiestatis subl
tatem assurgere, nec modo ad radios illos p
taret, sed omnino ab eiusdem opprime
gloria, eleuatur vi quadam diuina operant
fulciēte intellectus inopiam; vt, quod hum
viribus nullo modo posset, possit tamen di
subsidio, labentes vires subleuante & adm
culante. Sicut enim impossibile est homi
rebus fidei assentiri quæ naturæ cognitio
superant; deserere item parentes, possessio
omnes; complecti vitam cœlibem, cum pro
sione perpetuæ castitatis; detestari illicita
mnes voluptates ex animo, solo Christi
intuitu, sine adminiculo gratiæ diuinę eleu
hominem ad operanda quæ naturæ vires ex

dunt: ita omnino impossibile est intellectum humanum incomprehensibilem Deum sensu interno apprehendere; nisi ipse incomprehensibilis vires modumque sufficiat, visibilemque nostræ infirmitati sese inclinando efficiat.

4. *Lumen gloriæ. Simile.*

Quartum quod expetitur in visione beatifica, lumen gloriæ nuncupatur. Huius munus est, potentiæ insufficientiam adiuuare, & habitu quodam intime inhærente confortare. Videmus sculptores, vt res tenuissimas perspicuas sibi faciant, perspicilijs multiplicatis res minimas visibiles reddere, quas nudo oculo non viderent. His potentia visiua fulcitur & erigitur, vt videat, & quidem cum facilitate, quod alioqui ne videret quidem. Sic & lumen gloriæ illustrat oculos, vt inuisibilis Deus visibilis appareat. Et sicut ad res fidei credendum habitu fidei, quo perpetuo & ad nutum vtimur, nobis opus est: ita etiam, vt beati Deum videant cum facilitate & delectatione, lumen gloriæ infunditur, & ea quidem mensura, quæ fuit gratiæ & charitatis, quam è terris in cœlum quisque deportauerit. De hoc ita D. Matthæus: *Venturus est Christus in gloria Patris sui cum Angelis suis; & tunc reddet vnicuique secundum opera eius.* Id quod reddit operibus tanquam æquam operum mercedē, est gloriæ lumen, per quod quisque eo clarius & euidentius Deum infinite pulchrum ac bonum intuetur ac participat, quo id pluribus ac maioribus operibus aucta gratia promeruit. *Matth. 16.*

39. *Visio Dei beatifica.*

Vbi ergo deposita corporis sarcina, ô anima Christiana, omni vitiorum labe detersa ad

& eorum quæ in Deo sunt.

beatas illas sedes perueneris, obstupesces p… mum mundum solemque aspicere quem m… quam videris, basilicam Imperatoria angus… rem, Regem in decore suo splendentem. Ra… ris primo aspectu incredibili desiderio poss… dæ, complectendæ, tenendæ tantæ pulch… dinis; intueberis, inquam, inuisibilem, com… cteris immensum & incomprehensibile… summo quod esse possit bono, toties à te c… to, perfruere. Quam admirabile, quam nou… quam lætum, irreuerberato obtutu De… psum aspicere, sanctissimam Trinitatem, De… vnum natura, personis trinum, eiusque om… PERFECTIONES, infinitam potentiam… pientiam, bonitatem, gloriam, immensi… vbique diffusam intueri! Considerabis … haustam charitatem, qua omnes beatos c… plectitur ad bear. Tu rues in amplexus ei… ipse rursum excipiet te, & ad oscula oris si… plexusque admittet: intrabis & penetrabis … dium Domini tui: tenebis illum, nec dim…

Matth. 17. in excessu clamans, *Domine, bonum est nos hic …*

Psal. 4. hic, *in pace*, hic *in idipsum dormiam & requies…* O dies, quando illucesces? quam tædiosa el… solis præ tui desiderio! O sol oriens qui n… occasum! O lux illa optata, qua tibi dicem…

Psal. 121. *domum Domini ibimus!* O *Ierusalem quæ ædificat… ciuitas, cuius participatio eius in idipsum!* O ibim… O idipsum! quam læto nuntio excipiemi…

Psal. 41. anima Deum toto animo diligente! Sed *quan… veniam & apparebo ante faciem* Dei? *Fuerunt mi… lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur …*

quotidie, *Vbi est Deus tuus? Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam; quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.* Nec mirum si in spe lætetur fidelis anima, in spe tristetur: *spes enim quæ differtur, affligit animam.* In spe tamen suæ certitudine confisa, exultat interime; & pusillanimitatem suam arguens, blande sese corrigit ipsa: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo,* ne desperes: videbis mirabilia amici tui, qui fidem suam non fallet. *Prou. 13. Psal. 41.*

40. Quanquam vero hæc Dei visio sola sufficiat ad assequendam beatitudinem, etsi nulla alia apparerent; tamen, quia Deus speculum est sine macula perlucidum, beatis res quamplurimas repræsentat.

Ad quæ consideranda, ita, cum Beatus Thomas, variis locis; tum nos hortatur D. Hieronymus: *Egredere quæso,* inquit, *Paulisper de carcere, & præsentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Qualis erit illa dies, cum tibi Maria mater Domini choris occurret comitata virgineis? tum post rubrum mare submerso cum suo exercitu Pharaone tympanum tenens præcinet responsuris, Cantemus Domino, gloriosè enim honorificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare? Tunc & ipse Sponsus occurret, & dicet: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea; quia ecce hiems transiit, pluuia abijt sibi. Tunc & Angeli mirabuntur, & dicent:* 1. p. q. 12. a. 8. & 2 2. q. 83. ar. 4. ad 2. *Epist. 22. ad Eustoch. in fine.* *Exod. 15.* *Cant. 2.*

Cant. 6. *cent: Quæ est ista prospiciens quasi diluculum, speciosa vt luna, electa vt sol?*

Visio sola non satiat sine amore. 41. Visio Dei etsi fons & origo sit omnis beatitudinis, & copia bonorum omnium quæ cœlis possidentur, inde tanquam ab Oceano fluens; si tamen sola consideretur, sine amore beatifico, beatam animam non facit, nec sa[tiat]. Vt autem cognoscas qua ratione anima Dei comprehendat, possideat, & beatitudinem consequatur, concipe primum ab intellectu cle[ro] Deum videri tanquam summum bonum: quitur deinde amor beatificus ex cognitione visione beata procedens. Hoc amore be[ato] co summum bonum impense diligitur, [et] ipsa quoque visio; vtpote qua tanquam [in] seu brachijs summum illud bonum tene[t]. Prima illa visio nondum hominem beat, [si] nondum voluntas amore beatifico, quiex[i]ne Dei clara oriri debet, bonum summum [ha]uit. At quia illud necessario volũtas amat, [et] dat intellectui, vt illud tanquam supremum summum bonum suum retineat; possideat, [et] separabiliter complectatur. Nec sufficit præ[ce]sisse amorem Dei à viatore elicitum: debet [ad]summum bonum, & sub ea ratione, & æstim[ari] & amari; alioquin non comprehenderetur [in] effectu beatitudinis. Accedit quod visio, [ut] beat rationem comprehensionis, præsupp[o]amorem tanquam dispositionem subiecti. [Ne]potest autem dispositio quæ præterijt, & [non] est, quidquam actu facere ad hominem [be]tificandum. Amor ergo beatificus ex vi[si]

In quo comprehensio consistat.

eminans, proxima disposítio est ad comprehensionem, in qua beatitudo nostra consistit.

In comprehensione duo obseruantur.

Hæc comprehensio duo complectitur. Vnum est, appetitus nostri completum esse desiderium, eo quod iam teneat illud quod ardentissime concupiuit; quodque amet id, quod inime vnitum sibi desiderat. Alterum est, quod res illa amata teneatur, non ab appetitu illo quidem, sed à manu, brachijs, aut ea facultate quæ data est consequi ac tenere rem concupitam. Amas opes, & eas deinde consequeris? appetitus tuus eas non apprehendit, sed manus. Iacob Rachelem annis quatuordecim optauit; potitus est optatis: sed brachijs vxorem complexus est, non appetitu. Teneris concentus musici desiderio? comprehendis non desiderio, sed aure. Denique suspiras ad Dei conspectum? satiabitur in bonis desiderium tuum: at desiderium illud non tenet, sed oculus. *In stadio currunt omnes, sed vnus accipit brauium.* quomodo? sane coronam reportat in capite, discum in manu, torquem in collo. *Sequor*, ait Paulus, *si quomodo comprehendam.* Sequeris, Paule, pedibus; comprehendes pedibus? Nequaquam: sed *videmus nunc per speculum in anigmate, tunc autem facie ad faciem*; oculis tenebo, quem desiderio & affectu prosequor.

Psalm. 102

2. Cor. 9.

Philip 3.

2. Cor. 13.

Quod si teneas id quod non diligis, bonum illud præsens minime te beabit. Si enim musicam odi, si opes, si Rachelem, si quemlibet hominem, horũ mihi molesta præsentia est, infelicem

cem me potius quam beatum efficiunt. E-
visio sola, sine amore, beatitudinem non es-
Quis, quæso, beatus, qui, quod non vult, p-
det; cuius consecutio grauis & acerba? Ide-
mnino esset, si quis per absolutam Dei p-
tiam videret clare, & tamen Deum non a-
vel etiam odisset. Is profecto per eam visi-
summam quandam intellectus Perfect-
nem esset adeptus, beatitudinem minime
profecto beatum se reputaret quispiam re-
do illum quem odisset, & cuius præsentia
mopere torqueretur. Cur ita? Quia vt bo-
suum non apprehendit, in illud appetit
tendit, non mandat potentiæ apprehensi-
nere quod inuite possidet. Ideo enim di-
comprehendere, quod ex vi appetentis d-
rij facultas aliqua teneat simul ac compr-
dat bonum suum. Hinc D. Augustinus: b-

Lib. 13. de Trin. c. 5. in fine.

*non est, nisi qui & habet omnia quæ vult, & nih-
le vult.* Ergo velle & amare præsupponit
bonum ipsum teneatur ac comprehenda-

Qui differant visio & comprehensio.

42. Proinde, si recte ratiocinabimur,
comprehensio ex vi sua distincte non poni-
sionem quam auditionem aut olfaction-
signet, sed solum habere bonum eo mod-
natum est haberi; sic vt visio aliud non s-
cet aut connotet, quam claram visionem
propositæ, possessionem neutiquam; nihil-
nus tamen manus, seu instrumentum ac-
tas, qua voluntas seu amor beatificus cons-
tur summum bonum, est visio. Scriptura

Visione Deum te-

que diuina beatitudinis nostrę coronam p-
sion-

stionem, manifestationem, apparitionem nobis exprimit. *Cum apparuerit*, inquit D. Ioannes, *similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Et Regius Propheta: *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* &: *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Denique quam mercedem Moysis laboribus respondentem pollicitus est Dominus? *Ego ostendam*, ait, *omne bonum tibi.* Id iam Patres confirmant. Basilius in primis. *Summi boni*, ait, *contemplatio, & virtutum luculentissima cognitio, Angelorum thesaurus est.* Cyrillus Alexandrinus ita scribit: *Nihil vera Dei contemplatione est pretiosius, quandoquidem nos summæ beatitudinis hæc facit participes.* & mox: *In diuinorum contemplatione nostra felicitas est.* Denique Diuus Augustinus: *Illa cognitione, illa visione, illa contemplatione satiabitur in bonis animæ desiderium.*

neri à beatis. 1. 1. *Ioan.* 3. *Psalm.* 35. *Psalm.* 16. *Exod.* 33. 2. *In const. Monast. c.* 19. *Libro* 3. *contra Iulian. post init. tomo* 2. *Lib. de spir. & lit c* 33. *Psal.* 102.

Huic rei suffragatur ratio D. Thomæ, qua probat in appetitu beatitudinem non consistere. Nam operatio appetitus vel antecedit consecutionem boni, & est desiderium: vel subsequitur, & est delectatio: desiderium vero dici non potest boni consecutio, bonique possessio, quia desiderium boni absentis est: neque potest dici quoque delectatio, nam ea præsupponit consecutionem boni, adeptamque eiusdem possessionem: illius enim obiectum est bonum iam obtentum. *D. Thom. 1. 2. q. 3. a. 4* 3.

Accedit possessionem Dei secundum rectam rationem maxime per se expetendam esse: delectatio vero non est maxime expetenda propter se: dignitas namque delectationis æstima-

tur

tur ex ea operatione, quam comitatur. Vnde delectatio beatorum sit bona, id ideo sit, quia ex comprehensione Dei, quæ optima operatio est, consequatur. Hinc Aristoteles dicit delectationem se habere ad operationem ex qua fit, sicut se habet decor ad iuuentutem. Quæ optime statuit D. Thomas operationem finem delectationis, non autem ad delectationem, tanquam ad finem, operationem referimus cum ea quasi vehiculo quodam vtamur, ad cum facilitate gerendas. Ideo enim Deus miscuit quibusdã operationib⁹ delectationem, ne ab animantibus negligerentur, cum sint necessarię ad conseruationem individui vel speciei; vt videre est in operatione comedendi, generandi.

Li. 10. Eth. c. 4. post medium.

Li. 3. cõtra Gentes, c. 26.

Relinquitur ergo, in intellectu esse actum, quo Deus comprehenditur, tenetur, delectatur; esse que visionem beatificam; præpositio tamen voluntatis imperio, quæ ea potentia vtitur tanquam manu ad retinendum bonum, quod summum & esse, & sibi esse comprehendit. Quare etsi amor non sit propriè essentia, tanquam pars essentialis formæ operationis quæ beatificat; tamen est quodammodo de essentia, quia est essentialiter requisitus ad essentialem beatificationem: est enim vera dispositio necessaria, tum ex parte subiecti, vt visio possit beare; tum ex parte Dei tanquam obiecti, vt proponatur, æstimetur, & teneatur ad modum summi boni.

43. Beatam ergo vitam quæris? hic inuen-

Satiabor, inquit Propheta Regius, *cum apparuerit gloria tua. Satiabitur* vere *in bonis desiderium tuum.* Quid vis? quid optas? quid desideras? vitam vis, non vis mori? sic viue, vt aliquando beate viuas: nam viuere, & non beate viuere, genus mortis est, vel via ad mortem. In cœlis vives non moriturus. Illic beate viues: nam nec mala patieris, nec pati poteris: quia nulla sunt. Ibi quod optabis possidebis, & possidere desiderabis: pelli possessione non poteris: & hoc te satiabit, hoc te recreabit. *Secura mens quasi iuge conuiuium. Comedite amici*, dicit Dominus cœli & terræ, *& bibite, & inebriamini charissimi.* Conuiuium hoc finem non habet: nihil illi triste succedet: quod hodie est, æternum erit. Ideo exclamat Augustinus: *O vita sempiterna, & sempiterne beata, vbi gaudium sine mœrore, requies sine labore, dignitas sine timore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abundantia sine defectione, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine caritate; vbi omnia bona in caritate perfecta; vbi species & visio facie ad faciem, vbi plena scientia in omnibus & per omnia: vbi summa Dei bonitas cernitur, & lumen illuminans à sanctis glorificatur; vbi præsens Dei Maiestas conspicitur, & hoc vitæ cibo sine defectu mens intuentium satiatur: vident semper, & viuere desiderant: sine anxietate desiderant, & sine fastidio satiantur: vbi verus sol iustitiæ mira suæ pulchritudinis visione omnes reficit, & ita vniuersos cœlestis patriæ ciues illuminat, vt luceant ipsi super omnem solis splendorem, immortali adhærentes deitati, & per hoc immortales & incorruptibiles facti, iuxta promissio-*

Cælitum vitam solã beatam esse, & satiare omni ex parte.
Psal. 16.
Psal. 102.

I.

Ex patre possessionis.
Prou. 15.
Cant. 5.
Manual. c. 7.

Ioan. 17. *missionem Saluatoris: Pater, quos dedisti mihi, vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam.* Ex parte ergo Dei, qui summum bonum est, omne genus boni complectens, malorum omnium pericula excludens, facta beata vita.

2. *Ex parte loci. Tria domicilia hominibus à Deo destinata.*

44. Sed quid locus ipse? Tria video à diuina prouidentia hominibus assignata esse commorandi domicilia: quorum à secundo præstantia & magnitudine primum, à tertio vero longe dum multis partibus superatur. Primum maternus vterus, anguſtijs & conditione mirabilis, in quo sine matris tuisque incommodo & vitæ discrimine, vix delitescere potes, tra paucos menses commorari: luce caret do alimento sustentaris, non humano solito terrigenum more. Alter locus magnitudinis præstantia tantum exsuperat priorem, cum eo comparationem admittat: estque mundi huius latitudo. Si tamen tertium deres, nimirum beatorum sedem, certe stior mundus est eidem collatus mulieris matrice fœdior, ac impuris menstruis deter Hinc exclamat Propheta: *O Israel, quam est domus Dei, & ingens locus possessionis eius est, & non habet finem; excelsus & immensus.* Si numerum perpendis electorum, pauci ad reprobos comparati: qui nihilominus in guſtissimum locum compingũtur. Quam spatiose habitabunt beati, tam ingenti circum fusa immensaque cœlorum amplitudine!

1. *Vterus maternus.*

2. *Mundus.*

3. *Beatorum sedes excellens.*

1. *Quia amplissima.* Baruch. 3.

2. Excellens quoque locus est, si situm spec

qui mirabilis, excelsus, & commodus est. Quid enim mirabilius, quam globum intueri medium, qui à nullo sustentetur? Ecquis enim orbes sustentat, præter Dei manum fortissimam? Quid mirabilius, quam cœlum diuersis contrariisque motibus cieri, eosdemque mortalibus temporibus definire, vt ne hilum quidem inordinatum tot annorum millibus reperias, vereque dixerit Rex sanctus, *Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi?* Quia vero locus altus est, ab omni morborum contagione malorumque discrimine ac timore incolæ liberantur. Nullæ turres, scalæ, machinæ, tormenta bellica, teque, vlla vi, eo possunt torqueri aut pertingere. Muri ac portæ ex lapidibus pretiosis compositi ac vallati.

Ob situm excellentē. 1. *Mirabilē.* *Psal 118.* 2. *Altum.*

Commodissima etiam mundi parte locus ille situs est, nempe in cap'te mundi: nos hic in pedibus volutamur. Capiti, vt corporis humani præsidi, hæc tria deferri solent: honos, cura, ac delectatio. Hinc corona capiti imponitur, & in faciem primum honoris causa oculos conijcimus. Cura maior, quam ceteris partibus, in eo, vtpote principe, tuendo fouendoque ponitur, ex quo salus corporis pendeat. In capite denique vigent omnes sensus, & omnium sensuum delectationes. Cœlum empyreum caput est mundi. Beatis itaque honos defertur, & quidem cuique pro meritis; ab omnibus sane qui in cœlesti palatio degunt, vt & generatim à mortalibus; speciatim tamen quibusdam qui beatitudinis suæ maiora hic monumenta reliquerunt.

3. *Commodum.* *Tria capiti deferri solita.* 1. *Honor.* 2. *Cura maior.* 3. *Delectatio.*

Cura quoque maior est: nam in brachijs dilec
conquiescunt. Omnes denique delectatio
quibus sensus humanus capitur, affatim
cumfluunt, eosque perfundunt. Pauca D. Ioa
nes de loci huius præstantia pro dignitat

Apoc. 21. scribit: *Duodecim portæ, duodecim mar
sunt, per singulas; & singulæ portæ ex singulis m
ritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tan
vitrum perlucidum: & templum non vidi in ea, D
nus enim Deus omnipotens templum illius est,
gnus: & ciuitas non eget sole neque luna, vt luce
ea; nam claritas Dei illuminauit eam, & lucer
est Agnus.*

3. Ex parte sociorum. 45. Quid de societate beatorum dicam
vnus quidem dyscolus est, qui alios perm
omnes boni, omnes perfecti. Communic
tem est meritorum ac gloriæ, bonorum
mnium; vt, qui minor sit in gloria, omn
liorum laudibus bonisque perfruatur nu
rum detrimento. *Ibi*, ait Gregorius, hy

Hom. 14. in Euang. *Angelorum chori: ibi societas supernorum ciui
dulcis solemnitas à peregrinationis huius trist
redeuntium: ibi prouidi Prophetarum chori: ibi
Apostolorum numerus: ibi innumerabilium m
rum victor exercitus, tanto illic lætior, quanto
rius afflictus: ibi confessorum constantia præ
perceptione consolata: ibi fideles viri, quos à tri
suæ robore voluptas sæculi emollire non potuit: ib
ctæ mulieres, quæ cum sæculo & sexum vicer
pueri, qui hic annos suos moribus transcenderun*
Gregorius.

4. 46. At quid ex parte beatorum? an illi fi

tur? omnino satiantur: duplex enim in illis est appetitus seu amor; alius beneuolentiæ seu amicitię, alius concupiscentię. Hi perpetuo, dum in via sumus, anhelant ad fontem illum, de quo Dauid: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* &: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Hac siti tenentur, qui etiam hic beati esse dicuntur; nempe *qui esuriunt & sitiunt iustitiam*; & quibus promittitur *quoniam saturabuntur.* Amor caritatis & beneuolentiæ est, quo non nobis sed amico amamus & diligimus. Hoc flagrabant tres pueri in fornace Babylonica, in medijs flammis cantantes: *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.* Alter amor Deum complectitur quidem, sed sibi: vt illo fruatur summo bono, sed suo.

Ex parte beatorum.

Duplex amor, beneuolentiæ & concupiscentiæ: vtrumque satiari.

Psal. 41.

Matth. 5.

Daniel 3.

Beatorum ergo amor & sitibundum desiderium satiatur in cœlis visione Dei, summi boni, qui enim est fons vitæ, auctore D. Ioanne. *Et ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, splendidum tanquam christallum, procedentem de sede Dei & Agni.* Ibidem huius instar *torrentis* decurrit, *lætificans ciuitatem Dei*; quo potantur omnes. at quomodo? haud secus quam mater sitienti filio porrigit vbera; quibus visis, puer ore manibusque irruit in papillas, ac brachijs nunc matrem, nunc vbera complectitur ac detinet. O quam suauiter potat, qui à diuinis illis vberibus pendet, summoque complexu adhæret! Suge sitibunde, fons illi exhauriri nõ potest. Sicut ergo infantis

Apoc. 22.

Psal. 35.

Psalm. 45. Simile.

desiderium expletur vnione ac fruitione vb
rum maternorum: ita & cœlites omne suum d
siderium fruitione tanti tamque immensi bo
exsatiant.

Simile. Id clarius in internis animi actibus eluce
Sicut enim is qui scientiam summo ardore p
sequitur, eam demum tenet ac possidet int
ctus operatione; nec alius explendi desid
nobis relinquitur modus: (ea enim est n
potentiæ cognoscendi, vt rem cognitam
vniat, & in se quodammodo detineat per co
tionem, & maxime per visionem, quæ est p
ctissima cognitio) sic & desiderium nostru
pletur Dei conspectu ac complexu; & qu

Amor amicitiæ expletur. amoris amicitiæ: quia ideo beati esse vol
vt non tam nobis beatitudo nostra bon
quam amico; omneque bonum nostrum
internum quam externum, eidem opt
Hinc Angeli cum senioribus perpetuo c

Apoc. 7. nunt Deo laudes in conspectu throni: B
ctio, & claritas, & sapientia, & gratiarum a
nor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secu
lorum, Amen. Optant etiam amici præsen
nisi enim præsens sit cum omnibus boni
amor iste nec quietus est, nec satiatur. Per
præsentiam bona dilecti quodammodo s
mantis, etsi eam non ob suum, sed dilecti
modum appetat; præsentia vero hæc sta
per visionem: quare visio explet desider
moris amicitiæ.

Amor concupiscentiæ: Exsatiat quoque eadem amorem con
scentiæ: quod enim hoc amore maxime

mus, est, perfectam habere præsentiam vnionemque infiniti boni, quam nobis præsentem efficit visio beatifica. Appetit denique quilibet summam sui PERFECTIONEM in omni rerum genere: at visio Dei maxima est hominis PERFECTIO, fons & origo reliquorum; de ea enim certissime dici potest, *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Ex hac nempe amor beatificus oritur, in beatitudinis consecutione ac perpetuitate necessarius: ex eadem & lætitia incomprehensibilis, quæ est decor beatitudinis & vltima PERFECTIO necessario resultans ex possessione boni amati. Et quia vera beatitudo perpetua est, & immutabilis; ideo perpetuum & immarcescibile gaudium beatorum sit, necesse est. *tia explebitur.* *Sap. 7.*

CAP. XXIX.

Vitam beatam eam demum solam esse, quæ æterna sit: tandemque esse finem vltimum, virtutis ac PERFECTIONIS *præmium.*

47. VItam, qua cœlites perfruuntur, esse beatam, sat constat ex dictis, si modo æterna sit: nam, vt D. Augustinus ait, *Tum vere viuam, quando nihil potero timere ne moriar. Ipsa enim & sine vllo additamento dicitur vita, nec intelligitur nisi æterna & beata vita, tanquam sola dicenda* *Aug. in Ps. 118. ser. 19. tom. 8.*

cenda sit vita; in comparatione ista, quam dicen-
mors potius appellanda quam vita. Neque an
Propheta, In æternum viuam; vel, Beate viuam:
aliud non sit viuere, quam sine vllo fine & sine vlla
seria viuere. Hæc Augustinus. Hanc autem
tam vitam æternam esse, & testatur & promi-
nobis, qui mentiri non potest, qui dicit se-
bus suis vitam æternam daturum. Quid
que huic vitæ beatæ finem allaturum pu-
an quia anima ipsa interitum patiatur? ne-
quam: ipsa immortalitate & incorruptibi-
prædita est. Nec gratia amitti poterit, qui-
ritas nunquam excidit; quæ in cœlis stabilie-
consummabitur. Illius quidem amissio pri-
parentem ex paradiso abiegauit; sed non
donum, ita etiam præmium: hæc namque
summatio ciues æternæ patriæ nos co-
tuet.

Cælitum vitã æternam esse.
1. *Ioan. 8.*
2.
3.
1. *Cor. 13.*

4. Ex parte Dei mutatio nulla esse potest:
nim ens entium, α & ω, immortalis & inco-
ptibilis. Quomodo enim deficiet is, qui ce-
bus & esse & vitam tribuit? qui bonorum
rum remunerator, verax vtique in promis-
beri vult, nec fallere potest, cum ipse pri-
veritas.

5. Accedit quod status illius vitæ stabilis
vocetur, *terra viuentium*, quod in æternum
&, qui in ea pedes figunt, inferne non labe-
nec à vita excidant. Sed & vitæ huius sta-
xus indissolubiles multi sunt, ac sola dirim-
morte; quemadmodum in hac vita qui le-
matrimonij, vel votorum solemnitate robo-

Status æternæ patriæ vnde pendeat æternitas. Psal. 26.

tum lmo elementa, si centrum suum sortita fuerint, non mouentur vnquam; petunt vero omnia supremum suum locum vbi conquiescãt. Cur ergo homini sua quies summa non esset, & quidem legibus cœlestis connubij, quod hic contractum solemni fide est, teste Apostolo Paulo. *Homines*, ait, *per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, iusiurandum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus.* Heb. 6.

Est quoq; status hic non modo beatitudinis, sed & finis vltimi. Si finis, non est quo tendas; si vltimus, non super est quo vlterius adspires. Hic ergo quies est, & æterna quidem; quæ quia beata, vita æterna dicenda erit.

6.

At forte hominis titubabunt pedes, & inconstantia vacillabunt, vti viatoribus contingit. Nequaquam; *stantes* enim *erunt pedes nostri in atriis tuis Ierusalem:* nam tunc homo assecutus erit summum bonum, quod per visionem detinebit; ex ea enim amor summi boni necessario sequitur: quod nobis non contingit ex cognitione naturali, vel fidei, quia nondum possidetur summum bonum; nec etiã ex spe, quæ quia repræsentat futurum, & per varias quidem & arduas difficultates acquirendum, & obscure, in speculo, in ænigmate, non ita necessario diligitur; at in patria beato intime præsens est, illud iplum tenet, possidet, clarissime conditiones

Psal. 121.

Deus in cœlo amatur necessario, non ita in terra.

eius cognoscit, nullaque difficultas affectionem conseruandæ intercurrit. Idcirco voluntas impetu quodam ruit in eius amplexus, tenet, indissolubiliter ei adhæret.

7. *Beatitudinem necessario amari.*

Adde neminem esse qui velit esse miser: omnes volunt esse beati, & quidem propensione hac naturali quodam pondere necessario omnibus à natura impressa est: & si aliter quis loqueretur, contra mentem se loqui facile sentiret conuinceretur. Verum magni refert in quo beatitudinem tuam colloces. *Trahit sua quemque voluptas*, sua beatitudo. Si veram proponas, hinc summum & verum bonum, quia eius acquisitio ardua est, & difficilis; amabit quidem quisque summum bonum, sed oderit adiunctum illum, laborem nempe & difficultatem, sine qua summum bonum acquiri non potest. Hic beatitudinem suam & absolute non amat: enim amaret, amaret & media illa, sine quibus illam acquirere nullo modo potest. Certe quilibet necessario vult esse beatus. Quid autem vult? vult & permanere, & quidē necessario. Non beatus permanere potest, nisi Deū diligat: necessario vult & diligit & Deum, & beatitudinem suam. Si Deum non amaret vere, non esset perfectissime beatus; quia bonum quod non amatur, non potest perfecte beare.

8. *Lætitia beatorum.*

Deinde lætitia sequitur possessionem præsentis summiq; boni, qua etiam fit vt felix nolit beatus: nam etsi beatus non desineret esse beatus videndo solum & amando summum bonum, decor tamen & vltima perfectionis beatitudinis desideraretur.

Constat insuper promitti fructus corollas- 9.
que eximias ijs qui in arduis atque heroicis a- *Fructus*
ctibus excelluerunt, lætandi videlicet exultan- *cælestes.*
dique ansam singularem. Fructus illi promit- *Isaiæ 9.*
tuntur à Prophe a Isaia: *Lætabuntur sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.* & à Vate Regio: *Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Duplex enim causa lætandi occurrit; de la- *Psalm. 125.*
bore emenso, & de fructu laborum qui percipitur abundantius: & quidem omnibus beatis id continget, diuerso tamen gradu; promittit enim Dominus singulis *denarium diurnum*, seu præ- *Matth. 20.*
mium essentiale, ac præterea laborum quorundam atque operum specialium fructus; alijs *centesimum*, alijs *sexagesimum*, alijs *trigesimum*. Qui *Matth. 13.*
enim spiritu illustriores fuerunt, & à carnis illecebris remotiores, vti virgines, (nam operatio carnis hebetiores animos in spiritualibus facit) centesimum; qui vero sese nonnunquam miscuerunt corporis voluptatibus, minusque ideo spirituales fuerunt, quales viduæ, sexagesimum; qui denique continentiæ duntaxat coniugalis immaculato toro contenti, vt coniuges, caste vixerunt, trigesimum fructum reportabunt. *Vnde fructus oriantur.*

Sed & ij qui *euntes* generose *ibant, & flebant, mittentes* doctrinæ *semina*; *venient cum exultatione,* 10.
portantes laureolam & *manipulos* collectarum *Laureola.*
spicarum in manibus suis; animas, inquam, multas, quas Deo adiunctas secum in horreum summi Patrisfamilias deportabunt. Simili lætitiæ *Psalm. 125.*

titiæ laurea donabuntur martyres, & ea adm
dum illustri ac præstanti; sua quoque virgin
qui se, mundum, ignitaque hostis nequissimi
la peruicerunt: glorioſe denique omnes be
ti perpetuis trophæis de hostibus triumph
bunt.

48. Est ergo cœlestium sors & conditio vi
eaque vera, eademque beata, denique æter
ideoque sola vera, quia præter eam nulla æte
est. Illud tamen omitti non debet, quod nõ
do ea possessio beatitudo nostra sit, sed &
vltimus. Beatitudo causam non dicit: nam
Deus beatus est, suaque beatitudo, sed cau
finemque non habet: ipse est sua beatitudo,
finis omnium. Finis enim includit ration
causæ: *finis* quippe *dicitur*, *propter quem* s
fiunt, quæcumque aliquo fiunt officio, vt definit
gustinus; & addit alibi, duobus modis finem
ci, *vel quo fit vt non sit quod erat*, *vel quo fit vt p
ctum sit, quod inchoatum erat*. Sic beatitudo n
finis est vitæ nostræ, finis miseriarum; & cum
nerit quod perfectum est, *euacuabitur quod ex p
est*. Hæc scribo PERFECTIONIS studiosis,
prospiciant quid tandem sibi obtentum ve
in fine. *Deus reddet vnicuique secundum opera*
nõ amplius. Si quis nihil egerit, nihil obtine
& lugebit in inferno, se nihil egisse, cum ergo
labore vitam æternam promereri, æternas p
nas posset effugere.

Qui vero socordia sua post adeptam in
in purgatorium ignem se delabi permiserit, q
nonnullo studio tam horrendas pœnas euad
pœn

Finis hominis quis, & vt differat ũ beatitudine.

Lib. 2. contra aduersarium Legis & Proph c. 7. ante med. tom. 6.

In Ps. 30. conc. 1. de principio Psalm. in initio.

1. Cor. 13.

Matth. 16.

potuisset, incredibili dolore ipse suam ignauiã accusabit. Dicunt plerique; Velim esse in loco purgatorijs. Quid optas, miser? optas vt sis inferior: si quid optare velis, opta vt in cœlis sis, ibi eris beatus. Malum est esse in locis inferioris, Dei visione vel tãtisper priuari, acerbissimis pœnis detineri. Finis tuus ille non est; non centrum illud est animæ, sed alicuius corporis grauioris. Malum est ergo illic versari: nam ab eo petimus liberari, & Ecclesia supplicibus votis & sacrificijs à Deo id postulat. Respice finem: oculis intentis brauium intuere.

Si purgatorium incendium euadere non potes, conare saltem; si potes, bene est. Et sane si PERFECTIONEM toto animo persequaris, id tibi certo sperare licet: te pœnas ignis purgatorij neutiquã experturũ; aut, si forte locis illis remanendum sit, te præter desiderij sitim & dilationis beatæ patriæ pœnam nihil perpessurum. Tales fuerunt, quos Beda commemorat in visione Drithelmi. Quis enim credat, benignissimum JESVM animas, amantissimas sponsas, quæ omni conatu minima delicta deuitant, &, vt hoc possint, multis pœnis corpora sua afficiũt paratæ interim pro Dei gloria infinitis mortibus constantiam suam vel ad minimum peccatum vitandum probare, sponsas, inquam, suas pro verbulo otioso, vel distractione in orationem irrepente, acerbissimo igne combusturum sicut latrones hic comburuntur pro enormibus sceleribus?

Purgatorium duplex: alterum ignis, alterum desiderij.

Lib. 5. c. 13. hist. tom. 3.

Male etiam te quodãmodo habebit in cœlo, quod

quod post te pæne nullum reliqueris, te pr
uertant omnes, & longior à supernis gradib
excelsi throni tua socordia atque incuria rem
seris. Itaque age quod tunc actum velis, & tu
gaudebis, tibique sancti omnes gratulabun
de tui victoria, de animi magnitudine, de re
fortiter & præclare gestis. Magnates PER
CTIO; labores, afflictiones, & lachrymas m
tas requirit, abnegationem sui, mortifica
nem sensuum, perpetuam pœnitentiæ cru
baiulationem, curam & vigilantiam indefes
Psal. 43. & Rom. 8. denique *quoniam mortificamur tota die, æsti
sumus sicut oues occisionis:* sed merces magna
Isai. 64. & 1. Cor. 2. *nec enim oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor
minis ascendit, quæ præparauit Deus iis qui dilig
illum.*

Hisce tam sublimes opes, tam excellen
ria, tantum regnum emitur & comparatur.
In Ps 93. post medium. *nale est*, ait Augustinus, *venale est, quod habe
cit tibi Deus: Eme illud. Quid habes venale? Requ
inquit, venalem habeo; eme illam. Dicis ei: Quan
valet? Pretium eius labor est. Quanto labore? gra
requies quæ non habet finem! Si verum vis compa
& verum iudicare, æterna requies æterno labori
emitur. Verum hoc est: sed noli timere; miserum
Deus. Si enim haberes æternum laborem, nunqu
peruenires ad æternam quietem.* Ergo, *vt aliqua
peruenias ad id quod emis, non in æternum labo
dum est; non quia non valet tanti, sed vt possid
quod emitur. Digna est quidem emi labore perpe
sed necesse est, vt labore temporali ematur. Decies
tena millia annorum habent finem: quod tibi di

dicit Dominus, *non habet finem. Qualis misericordia Dei!* nec dicit, *Decies centena millia annorum labora;* non dicit, *Vel mille annos labora; non dicit, Quingentos annos labora; sed, Cum viuis, inquit, labora in paucis annis. Inde iam requies erit, & finem non habebit. Et adhuc audi. Domine, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo exhortationes tuæ iucundauerunt animam meam. Et paucos annos laboras, & in ipsis laboribus non deest consolatio, non desunt gaudia quotidiana: sed noli gaudere in sæculo, gaude in Christo. Ecce quantum pretium damus: quodammodo vnam siliquam ad accipiendum thesauros sempiternos.* & alibi: *Quia amant homines viuere in hac terra, promissa est illis vita: & quia multum timent mori, promissa est illis æterna. Quid amas? Viuere. Hoc habebis. Quid times? Mori. Non patieris. Hoc sufficere visum est humanæ infirmitati; vt diceretur, Habebis vitam æternam. Capit hoc mens humana; vtcumque ex hoc quod agit, quod futurum est capit. Sed quantum capit ex hoc paruo quod agit? Quia viuit, & mori non vult: amat vitam æternam, vult semper viuere, nunquam mori. Sed & illi qui torquebuntur in pœnis, velle habent mori, & non possunt. Non ergo magnum est diu viuere, aut semper viuere; sed magnum est beate viuere.* & capite sequenti: *Amemus vitam æternam, & ex eo nouerimus quantum pro vita æterna laborare debemus; cum videmus homines amatores præsentis vitæ temporalis atque finiendæ sic pro illa laborare, vt, quando venerit mortis metus, quidquid possunt faciant, non vt auferant, sed vt differant mortem. Quantum laborat homo, quando mors imminet, fugiendo; latendo, quidquid habet dando, & se redi-*

De verb. Domini ser. 64. c. 1.

Ibid. c. 2.

redimendo, laborando, cruciatus moleſtiasque ſ
nendo, medicos adhibendo, & quidquid aliud
poteſt! Videte quam conſumptis laboribus & fa
tibus ſuis, vt aliquantum viuat, poteſt facere; v
per viuat, non poteſt. Si ergo tanto labore agitur
liquantulum plus viuatur quomodo agendum eſt
ſemper viuatur! Ponamus ergo nobis ante oculos
vitam, cum promittitur æterna, vt remoueatur
illa quidquid hic moleſtum patimur; facilius enim
ueniemus quid ibi non ſit, quam quid ibi ſit. E
men venale eſt. Eme, ſi vis. Nec multum exc
de re magna propter pretij magnitudinem. Ta
valet, quantum habes. Noli quærere quid ha
ſed qualis ſis. Res iſta te valet; tantum valet, q
tum es tu. Te da, & habebis illam. Quid exc
quid turbaris? nunquid quæſiturus es te, aut
pturus es te? Ecce tu qui es, qualis es, date i
& habebis illam. Sed malus ſum, inquies, &
te me non accipit. Dando te illi, bonus eris. V
fidei promiſſionique te des, hoc eſt bonum eſſe.
autem bonus fueris, pretium ipſius rei eris, &
bebis non quod dixi ſolum, ſalutem; incolumit
vitam, & ſine fine vitam: non hoc ſolum ha
adhuc alia tollo. Non enim ibi erit laſſari & dor
eſurire & ſitire; creſcere & ſeneſcere; quia nu
ci erit, vbi numeri integri manent. Numerus qu
ipſe eſt: nec opus eſt vt augeatur, quia non ibi fit
nuatur. Ecce quanta tuli, & nondum dixi quid
1. Cor. 2. quia illud nec oculus vidit, nec auris audiuit, n
cor hominis aſcendit. Vnde enim aſcenderet
meum vt dicerem, quod in cor hominis non
dit.

Co

Concludam denique Doctoris eiusdem verbis: *Omnia si oporteret nos quotidie tormenta perferre, si ipsam gehennā longo tempore tolerare, vt Christum in gloria sua videre possemus, & sanctis eius sociari, nonne dignum esset pati omne quod triste est, vt tanti boni tantæque gloriæ participes habeamur? Insultentur ergo dæmones, parent suas tentationes, frangant corpus ieiunia, premant carnem vestimenta, laborēs grauent, vigiliæ exsiccent, clamet in meiste, inquietet ille vel ille, frigus incuruet, conscientia murmuret, calor vrat, pectus ardeat, corpus doleat, inflētur stomachus, pallescat vultus, infirmer totus; desiciat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus; ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat; vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. Quæ erit enim iustorum gloria, quam grandis sanctorum lætitia, cum vnaquæque facies fulgebit vt sol! cum ordinibus distinctis populum Dominus in regno Patris sui cœperit recensere, & meritis ac operibus singulorum promissa præmia restituere, pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna præstare!* Hæc Augustinus: quibus addam quod refertur in gestis Fratrum Prædicatorum de duobus iuuenibus, qui pari adipiscendæ PERFECTIONIS ardore excitati, relicta patria à qua simul oriundi erant, Religionem inierunt. Vterq; & constantiam, & virtutem, & pietatem probauit suam. Altero tamen eorum morbo decumbente, spemq; euadendi nullā relinquente: alter, cū se in aliena regione destitutū iri solatio existimaret, nutabūdus tum demū insinuauit infirmo, sibi admodū fore

In Manuali.

Ita Gerardus de Fracheto in vitis Fratrū Prad. probatis ab Humberto Ord. Mag. Gener. in comitiis Parisiis celeb. Anno 1266.

„ fore difficile perſeuerare. Æger vero lolan
„ ſillum animum, quod Deo ita viſum eſſet
„ liceri deinde ne vel à morte quidem ſe e
„ turum; reuerſurum quoque, & de ſtatu
„ tiorem redditurum. Deceſſit ergo, &
„ poſt mortẽ ſocio apparuit ſub ciſti ſpecie.
„ renti vero quemadmodum ſe haberet, N
„ ptime, ait. cauſamque ſciſcitanti, Patior,
„ quippiam, non aliam ob cauſam, quam
„ cum noui ſocci de more darentur Fratribus
„ ceptis nouis veteres occultabam, contra
„ læ ſtatutum, puritatemque paupertatis
„ ſæ. dixit etiam eoſdem latere etiamnum
„ des lecticæ; rogare ſe vt eos ad Superiorem
„ ferat, iſque reatum in Capitulo expoſitum
„ ſoluat, ac orationibus ſacrificijſque expi
„ ciat. Factum hoc eſt, vt petijt. Lætiſſimu
„ mum apparuit ſocio, magno ſplendore
„ cans, eductumque foras ad planitiem dum
„ tur, & ad conſtantiam hortatur, ecce fulg
„ ſimorum hominum cohors, ſummo
„ magnas cruces humeris deferentium, in
„ tem traijciens, cœlum conſcendebat. No
„ in admirationem raptus, illico in fælicliſſ
„ illam turbam oculos conijcit; &, dum eos
„ ctu proſequitur, ſuccedit deinde alius
„ beatorum, geſtantium manibus triump
„ cruces, quas nulla difficultate geſtabant.
„ admirationem iuxta ac lętitiam hic ordo
„ priores pone ſequentium, cælorumque
„ petentiũ; ſed continere præ gaudio ſe
„ tuit, cum tertius ordo ſucceſſit, duplo
„

ram singulis sua crux à florentissimo quodam « iuuene præferebatur; cumque precedentes tur- « mas sequerentur, & Angelus defunctum nouitium cum sua cruce ad iungendum sese alijs ac- « cerseret, socius eius, Non ita, inquit, abibis, « priusquam rei gestæ seriem, triumque glorio- « rum ordinum triumphos explicueris. Beatus « iuuenis, Quoscumque vidisti, ait, tribus hisce « distinctos ordinibus, omnes beata ciuitate do- « natos esse certo scias. Qui primi comparuere, « insignes crucibus quas baiulabant humeris, ij « sunt, qui ætate prouectiori sese Dei obsequio « manciparunt; ideo longas latasque cruces, præ- « teritarum, scilicet, consuetudinum velut onera « quædam, deportare coacti sunt. Secunda co- « hors est eorum qui media ætate virtutem com- « plexi sunt; & ij cruces gestant manibus, vtpote « portatu leuiores. Qui vero agmen clauserunt, « nec cruces nec laborem sese tulisse insinuant; « quia in tenera ætate, spretis mundi illecebris, « PERFECTIONIS arcem ingressi, Angelice vi- « xerunt, totumq; iugi Dominici pondus eorum « Angeli sustinuerunt, non ipsi. Si perseueraueris « nobis adiungeris, & beatus eris: ego vero Dei « gratia cum illis ascendo. Bene vale. Quibus di- « ctis, alios secutus est, Angelo suo duce, eiusque « crucem ferente.

Ex his facile cognoscimus, quæ vita, quæ sit vera, quæ beata; & sane eam solum esse beatam, quæ æterna est; vnicamque illius vitæ capessendæ viam ac rationem esse, quam Christus & verbis & vita ipsa nos docuit, nimirum virtutis

PERFECTIONIS que ſtudium. Quod ſi e
bore non careat; exiguus tamen labor eſt,
tanto præmio compenſatur. Nec virtus
PERFECTIONIS in hac vita nobiliſſimæ
que ampliſſimum præmium deſiderari po
detur, cum ipſa amatores ſuos diuitijs co
bus, ornamentis, honore, gloria, excellen
voluptate copioſe beet ac cumulet. Si enim
virtutis cognitio incredibiles amores ex
ob eiuſdem pulchritudinem ſingularem;
PERFECTIONIS ipſius non viſio modo
poſſeſſio, ſenſus, ac complexus, quæ virt
omnium venuſtates ac voluptates contin
ea merito dici poteſt, quod milites Holo
viſa Iudith pulchritudine dicebant: Qu
Iudith 10. *temnat populum Hebræorum, qui tam decor*
res habent; vt non pro his merito pugnare co
debeamus? Nulla virtus eſt; quæ venuſta
dith decore ac forma non ſuperet. Quid
ipſa PERFE-CTIO, quæ virtutum omn
nuſtates ſplendoremque continet? non
rito pro illa contra omnia impedimenta,
res, difficultates, tentationes pugnabim
amanda beatitudo; hæc vitæ beatitudo
Doctoribus appellatur: qua qui fruitur
vita, præſtantiſſimum quod hic haberi
teſt conſecutus eſt. Sed de hac mo-
do prolixius dicen-
dum.

CAP. XXX.

PERFECTIONEM *non consistere in Dei Inactione in animæ nostræ essentiam delapsa, omni humana actione exclusa: amorem etiam concupiscentiæ non esse* PERFECTIONEM.

NEoterici quidam PERFECTIONEM constituunt in Inactione seu actione Dei, *delapsa in essentiam animæ Deo prorsus derelictæ veluti in prædam, vt de ea, quod libuerit, faciat. Qui afflatus diuinus amoris infinitus vbi in animam illapsus omnem actus nostri imperfectionem pellit; regnatque* PERFECTIO, *quæ in actu nostro consistere non debet, sui proprij boni plus æquo appetentiore.* Duo tamque illa Inactio connotare videtur. Primo, exclusionem nostræ actionis, tanquam imperfectæ, & obnoxiæ cupiditati amoris proprij: vt Inactio idem sit quod non actio, seu actionis negatio. Secundo, solius Dei actionem in animæ nostræ essentiam illapsi, ibique agentis.

Neotericorum sententia de quæstione Perfectionis.

Inactio Dei quid.

Quare *actus fidei, spei, odij proprij, resignationis perfectissimæ, charitatis quantumcunque intensæ, & quidem quæ omnem defectum excludat, omnium virtutum desiderium, mandatorum quoque diuinorum votum contineat, ardorem denique ac zelum profundendi temporalia omnia, & vitam, patiendo quan-*

tumlibet grauia tormenta, ad illustrandam Dei gloriam, dispositiones tantum sunt ad PERFECTIONEM; *nec charitas illa* PERFECTIO *est, sed Inactio quæ subsequitur, cælitus demissa in cor animæ desertæ liberrimo Dei beneplacito. Quæ quidem Inactio non est actus amoris elicitus, qualis esset oratio, aut ardens in Deum desiderium, aut obiectualis sui totius in obsequium diuinæ Maiestatis simplex sui desertio ac derelictio veluti proiecta qui animam abripit, solo deserentis sese præsentis su, ex quo de cetero anima passiue se habeat, solo maneat passio simplex sanctæ operationis, amoris finiti. Et hæc Inactio omnium actionum, quascunque perfectarum, finis est, non medium; sed* PERFECTIO *vera non est.* Explicant hoc *Simile.* litudine puelli brachijs paternis continentarique gestientis: in quo puerulo duo runt; *desiderium hoc primum dunt taxat, & deinde, dum rapitur amore ac brachijs paternis hæc tantum initio; quod superest, actus Dei est, suum exosculantis: in filio tamen lætitia resilgens, & complacentia duorum, basia, amoris vltro citroque deferentium.*

Henrici de Gandauo sententia de beatitudine. Quodlib. 13. q. 12.

2. Arbitror hos sententiam quorundam beatitudine conari ad viatores transferre, centium hominem fieri beatum per quam vnionem diuinæ essentiæ cum essentia quam vocant illapsum; eamque conflari visris, qui amantem in amatum transformificacitatem habet maximam, auctore D. Dionysio Areopagita. Modum vero hunc præscribprimum enim aiunt, *animam Deum videre,*

Lib. de cœl. hier. c. 7.

amorem rapi; ex quo amore sequi intimam essentiarum vnionem, essentiamq; animæ vi amoris trahi in essentiæ diuinæ abyssum; hanc inuadere ac penetrare, vt & ipsa à Deo inuaditur ac penetratur: quo fit, vt anima perfectius videat & amet, quam ante vnionem harum essentiarum. Denique concludunt beatitudinem proprie non esse aliquid existens in beato, sed Deum ipsum esse beato vnitum.

Pene simile est quod hi beatitudini viæ adtribunt: in hoc tamen differunt, quod hi nullam operationem ponant post vnionem illam, sed potius quietem, fruitionem, ac delectationem, non vt suas, sed vt Dei actiones; illi vero & ante vnionem illam beatificam, & post, eosdem actus visionis amorisque requirunt, quanquam perfectiores post vnionem. In illo quoq; conuenire videntur, & maxime cum Ioanne à Ripa, qui beatitudinem vult in quadam operatione consistere, sed ea increata & infinita, intellectui communicata; ipsam namque visionem increatam, qua Deus se videt & possidet, communicari & vniri intellectui nostro, vt Deum videat: hi vero amorem communicari animæ essentiæ; tumque hominem perfectum censeri, quando operari sua operatione desinit. quod mirum tamen dictu est, cum in essentia animæ nulla possit esse talis operatio, quæ solis potentijs tribuenda est. Verum actu increato non minus concinne Deus operabitur, siquidem id fieri possit, in essentia animæ, imo in aere, quam in potentijs; nam actio increata Deus est, qui nec à loco, nec à potentia nostra dependet.

Refert Capreol. in 3. dist. 14. q. 1.

3. Frequens est hic loquendi modus ap
quosdam spirituales viros, qui de Theolo
mystica scripserunt: *Deum animæ essentialiter u
ri*; eam in Deum transfundi & transform
nionem cum Deo fieri sine medio. Quæ q
mode intellecta Catholicum sensum adm
pariunt tamen nonnullis, qui distinguere
ciunt, non paruas tenebras, & contentio
ansam præbent non minimam, dum in
loquendi quisque in suo sensu vult abu

Animam Deo essentialiter vniri, quid. Id fit 3. modis.

Hac occasione illud explicabo quid sit, a
Deo essentialiter vniri. Multa magnaque
aspectu dici videntur, nihil tamen vel
vel noui. Quid illud? Deum essentialiter
liter esse vbique, ac omnibus intime ad
1. sentiam, existentiam, vitamque rebus tri
2. & hic est primus modus, quo Deus anim
anima Deo coniungitur. Altero modo
vnitur animæ rationali per donum alic
pernaturale, quo illam naturæ suæ partic
facit; non tamen proxime & immediate
tialiter vnitur, sed interiacente gratiæ ac
culo. Sic Patres ac Scholastici aiunt nos De
3. per fidem & caritatem. Vnitur denique
ctibus internis virtutum, quibus animæ
propinquat, & affectibus ac desiderijs sele
uincit, sicut duo amici vnus animus esse
tur. Etsi ergo per solam gratiam habit
quispiam Deo coniunctus esse censeatur
to tamen magis per actus, qui vita partim
na, partim humana, sunt ab habitibus
(qui ad actionem referuntur, tanquam

nam tuam PERFECTIONEM) eliciti; & quidem cum à nobis, tum à Deo, qui ad actus singulos supernaturales singulariter concurrit, promanant. Hoc autem (vt rem paulo altius repetamus) duplici ratione fieri posse videtur. Vna ordinaria est: cum nempe diuinum lumen intellectum nostrum præuenit, & Deus singulari gratia excitat voluntatem atque concursu suo cooperatur agendo; tum vt causa prima & vniuersalis in ordine rerum naturalium; tum vt author gratiæ, causaq; vniuersalis in genere rerum supernaturalium. Et quidem, quoad illam illustrationem intellectus, aliquando momentanea est: sed tunc Deus, magnus artifex, tam multa tamque sublimia ac stupenda eo momento suggerit, vt ea multis diebus litteris mandari haud facile possint. Item tam efficaciter voluntatem breuissimo illo spatio mouet, tantamq; animus haurit lætitiam ac voluptatem, vt nec verbis exprimi, neq; cogitatione possit vllo modo comprehendi. Hi actus eliciuntur à potentijs humanis: sed liberi non sunt, eo quod præueniant rationem, & nobis non aduertentibus, imo subinde repugnantibus, aduenium; vt patet in D. Pauli Christum persequentis conuersione. Eliciuntur tamen à potentijs humanis; quia repugnat, actum nostrum existere, & eundem nõ esse vitalem. Visio namq; intellectio, cognitio, item timor, desiderium, spes, actus vitæ omnino censendi sunt: intellectus tamen lumine illo vti non potest sine vsu imaginationis, tanquam instrumenti sui; vnde statim recurrit ad phantasmata,

Auxilium ac concursus Dei in actibus supernaturalibus duplex.

1. *Ordinarius.*

Est aliquando momentaneus.

mata, vt res concipiat; sicut oculo vis imagina-
ua vtitur ad res corporales recipiendas: & nu vtimur ad res apprehendendas ac conti-
das, quæ alias excidérent. Illustratio quoque
aliquando est diuturnioris durationis, non
mentanea, omninoque à Deo pendet, & g
ta eius bonitate; ideoque illam vel impetr
remouet, quãdo vult. Nihilominus etiam
non censetur homo supra consuetum sanc
modum eleuari, & vt diuina illa & abdita m
ria concipiat, necessario indiget adminic
maginationis, sicut in omnibus actibus fid
ritatis, & aliarum virtutum; ita enim D. Pa
Videmus nunc per speculum in ænigmate. Prop
quoque subinde in reuelationibus suis re
ginario modo conspiciunt, siue in somnis
vigiles; vt cum Ieremias vidit ollam succe
virgam vigilantem; & Ezechiel quatuor a
lia, quorum quatuor facies vni, quatuor
alteri; & Daniel statuam ex varijs metallis
flatam; Ioannes equos, album, rufum, a
grum: eæ namque species erant rerum cor
lium & corporales. Hæc tamen non è pot
intellectus vel phantasiæ eruuntur, sed di
miraculo intellectui repræsentantur. Alter
tio stupendo plena miraculo, moræque lon
ris est: cum Deus aliquem auocat à sensi
immittens species atque imagines, non
rum corporearum colluuie concretas, sed p
cœlestes ac diuinas. Gratis enim dicitur, ex
dendas in raptu omnimodas figuras, specie
imagines, sine quibus ne Angeli quidem

Aliquando longioris durationis.

Intellectũ indigere phantasmatibus.

1. Cor. 13.

Prophetarum visiones imaginariæ.

Ierem 1. Ezech. 1. Dan 2. Apoc. 6.

2.

Extraordinarias. Raptus quid.

ralia, resque tam naturales quam supernaturales, cognoscunt. Verum longe sublimiori modo tunc hominem subleuat, quam priori. Sic D. Paulum ad tertium cœlum siue in corpore, siue extra corpus, abreptum putamus. Lumen tamen illud, aut species intelligibiles supernaturales, non sunt actus, (quod aliqui imaginantur) sed obiecta actuum, iuncta cum gratia adiuuante ac subleuante infirmitatem potentiæ nostræ, quæ naturalibus viribus ad tam sublimem statum nullo modo potest assurgere. Similiter cum voluntas excitatur atq; inflammatur cœlesti hac visitatione ac solatio, putandum non est ipsam actum non elicere, aut ipsam gratiæ abundantiam & influxum esse actum hominis; auxilium istud est, quo actus perficitur, non autem actus infusus. Perspicuum vero est, animum sic eleuatum facillime imo sine labore agere, ob copiam auxilij, & vbertatem gratiæ; suauiter enim equitat, quem gratia Dei portat: nihilominus actus illi eliciuntur ab intellectu & voluntate, in quibus formaliter inexistunt, & à quibus vitaliter promanant; & per huiusmodi actus homo Deo coniungitur, eique firmissime adhæret; animusq; quasi brachijs duobus Deum vt summum bonum, modo aliquo præsentem complectitur ac detinet, quod Sponsa in Canticis his verbis exprimit: *Tenui eum, nec dimittam.* Hæc tamen vnio non est essentialis; quia non potest essentialiter anima Deo vniri, vt statim dicemus. Nec etiam est in essentia animæ; nam essentia animæ, vt à potentijs distinguitur, nul-

2. Cor. 12.

In raptu actus non infundi, sed à potentiis elici.

Quomodo homo passiue se habeat.

Cant. 3.

lam habet operationem, estque velut humanum corpus, quod detractis brachijs femoribusque, atque eiusmodi sensibus, instar trunci manet. Differt tamen hæc secunda ratio à prima: quod in ratione ordinaria intellectus vim imaginaria vtatur, seu phantasmatibus; secunda vero præter species intellectuales, supernaturali virtute infusas, nullam imaginem hauriat à sensibus, aut ex phantasiæ fonte deprompta accipiat. Vtraque tamen agendi ratio perficitur in animæ potentijs, & per earum actus homo Deus arctissimo vinculo vnitur, vt solentes eorum animi interna quadã necessitudine glutinari; & quo diuturniores atque intensiores ij fuerint, eo nos feliciores. Vnde sanctiores beati sunt, quod actu perpetuo Deo adhæreant; meritoque Rex pius exclamat: *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Per solam vero animæ essentiam nullum esse essentialiter Deo vniri, nulla ratione intelligi posse videtur.

Psal 83.

Naturam diuinam non vniri proxime essentiæ animæ nostræ, rationibus ostenditur.

1. Præter tres supradictos modos, & non conflatas vniones, alia assignari non potest, qua Dei essentia essentialiter vniatur cum animis nostra. Vt enim duo aliqua simul existentia, veluti lese penetrantia, proxime vniantur, necesse est illorum alterum suum esse alteri communicare, & ex vtroque tertium quoddam conflari, vti videre est in calore aquam, in animalibus, & in Verbo diuino naturam humanam penetrante; hæc enim non habent nouam aliam vnionem cum ijs quæ ab ipsis penetrantur

quia suum esse illis communicant : at DEVS proprium esse suum animæ non communicat, neque ex vtroque quippiam vnum exsurgit. 2.

Adde fieri non posse vt vnio diuinæ essentiæ cum essentia animæ sit substantialis; non enim essentialis est, qualis inter corpus & animam; non est etiam hypostatica, qualis est Verbi cum natura humana: neque potest esse accidentalis; quia anima non potest immediate à diuinitate accipere esse accidentale, cum ipsa sit perfectissima substantia: qualis ergo erit vnio illa essentiæ diuinæ cum essentia animæ? 3.

Denique si illis enthusiasmis Deus de nouo vniatur animę noua vnione essentiali, id fieri debet per mutationem Dei aut animæ: non Dei vtique, quia immutabilis est; fit ergo per mutationem animæ, ac proinde necesse est aliquod donum gratiæ animæ aduenire, Deum vero essentialiter non vniri.

Dices forte mutari animam, non quod fiat aliqua in ea qualitas, sed quia nouo modo sese habet, dū ab essentia diuina magis penitiusque inuaditur ac penetratur. Verum aliter res se habere videtur; nam penetratio per intimam præsentiam & veluti inexistentiam mutuam perpetuo existit, (*In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus*) & quidem tanta, quanta esse potest maxima. Sicut in mysterio incarnationis, si humana natura exstitisset ante assumptionem à Verbo, & nulla fuisset in ea facta mutatio, nec accepisset ali- *Act. 17.*

aliquem nouum modum intrinsecum, non po-
tuisset nouo modo vniri Verbo, quod antea e-
ei intime præsens.

Hanc veritatem clarissime atque appositi-
me explicat D. Augustinus his verbis: Cum d-
Lib. 2. contra Maximinum, c. 12. tomo 6. *Dominus, Estote perfecti, sicut & Pater vester ca-*
perfectus est: non vult illos Deo in vnitate natur-
iungere, tanquam illorum & illius vna eadem-
Matth. 5. *tura sit; sed perfectos vult esse in natura sua, sicut*
perfectus est in sua, quamuis diuersa, non vna. Q-
nisi in ipso simus, omnino esse non possumus. Non
in illo sunt omnes, quia ipse continet omnia qua-
uit, propter quod dictus est non longe positus ab
Act. 17. *quoque nostrum; sed sicut in illo sunt tales, qua-*
Eph. 5. *dictum est, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem*
in Domino. Hæc Augustinus. Ex quibus pe-
impropriam esse locutionem dicentium, a-
mam, cum Deo fruitur, & solatio ac visitatio-
cœlesti exardescit, vniri Deo essentialiter; c-
ne quidem de natura Christi humana id a-
possit: non enim natura humana in Christo
sentialiter vnita est naturæ diuinæ proxime
Verbo. Quod si ergo ne Christi quidem na-
id concedi potest, multo minus nostræ.

Infundi à Deo actum amoris in essentiam animæ, tribus modis posse intelligi.

5. Videtur etiam admodum improprie di-
infundi animæ actum amoris infiniti. Actus
nim ille, qui Inactio dicitur, aut actus erit elic-
tus à Deo infinitus: aut creatus extra potenti-
seu voluntatem hominis: aut elicitus quid-
à voluntate humana, sed singulari Dei conc-
su.

Si hoc postremum: non tantum Inactio s-

Modus.

erit summa hominis PERFECTIO, sed etiam actus caritatis obedientalis, imo & actus fidei, & (quod amplius est) actus timoris Dei à grauissimo peccatore elicitus: non enim humana virtute, sed plane diuina ope, in animam infusa elici debet. Non ergo pij illi homines de auxilio ac concursu supernaturali intelligunt illam Inactionem: alioquin aut nihil noui dicerent: aut certe verum non esset, Inactionem esse hominum PERFECTIONEM. Accedit, subinde in recenter conuersis, nondum excussis passionibus ac infinitis defectibus, plus voluptatis ac quietis, plus ardoris subsidijque, indiciorum beneuolentiæ diuinæ, quam in ijs qui in PERFECTIONIS statu prouecti sunt, quique pæne omnes defectus ac animi perturbationes exuerunt, inueniri: erunt ergo ij statim perfecti, quia Inactionem illam perfectius recipiunt? Quid dicam de peccatoribus grauissimis, meretricibus, & concubinarijs, qui tanto æstu & voluptate illico rapiuntur, vt nullo suo pæne labore pœnitentias grauissimas subeant, lachrymas vbertim fundant, sponte mant in flagella, à pedibus Confessarij auelli non possint? hinc censendi erunt assecuti PERFECTIONEM: quia signa longe maiora diuinæ beneuolentiæ, quam iusti quidam, experiuntur? Aliud ergo per Inactionem significatur, quam auxilium speciale, quod omnibus actibus supernaturalibus tribuitur: nam motum mutationem, euulsionemque omnium imperfectionum, actum charitatis, ac resignationis

Perfectionem non consistere in auxilio supernaturali.

1.

2.

3.

4.

tionis perfectissimæ, tanquam necessariam dispositionem prærequirunt.

6. His addo, complexus illos diuinos, si non speciali tantum concursu fiant, nihil esse aliud, quam delectationem prouenientem ex præsentia dilecti amantissimi Patris, singulari quodam lumine perfecto amoris seu charitatis actu apprehensi, atque ad eam omnes virtutum & habituum actus referri volunt. Atqui delectatio & quies finibus constitui non debent; cum omnium Theologorum iudicio, maxime D. Thomæ, medijs misceantur, aut certe obtineri non possint, nisi cum eo quod vt finis expetitur & acquiritur. Quare quies & delectatio percipitur in illa visitatione cœlesti; quia anima hominis per veram caritatem, in qua hominis consistit PERFECTIO, Deum præsentem habet, eumque talem apprehendit & experitur superuenire incredibili solatio, immenso gaudio & quietibus illius præsentiæ ac beneuolentiæ tuæ. Ergo quies illa, seu Inactio, PERFECTIO nostra esse non potest.

Perfectionẽ non consistere in quiete & delectatione.

1. *Lib. 3. cont. Gent. c. 23.*

2. Accedit quod gaudium, vulgi opinione propter insignem sensus voluptatem longe plus fieri soleat, quam actus ille per quem acquiritur: effert enim (si magnum est) hominem, transmutat secundum affectum, & diffundit se: subinde etiam pæne mentem eripit. Sicut enim dolor ita afficit internos externosq; sensus vt ad se totum hominem rapiat: sic & vehementius gaudium cogitationem affectumque absorbet; plusq; sese exerit, quam res ipsa quæ delectationi

Voluptatẽ pluris fieri vulgo, quã

tionem illam induxit. Verbi gratia: qui edit fa- *actum per*
melicus, de comestione ipsa non cogitat: & *quem ipsa*
quod ægroto esset molestum edere, illi non est: *generatur.*
imo ne per imaginationem quidem molestiam illam apprehendit, edendiue laborem; & tamen, si non ederet, voluptatem non sentiret. Sic qui rem amaram videt, qui tangit, qui audit, non solet reflectere super actione sua, quæ tamen causa est voluptatis exertæ: eaque actione sublata, omnis voluptatis corruit sensus. Ex quo patet, vulgo & pluris fieri voluptatem quæ ex aliquo actu percipitur, quam actum ipsum: & oculos in delectationem homines solere convertere, etiamsi sæpe ignorent vnde quibusue rationibus ipsa delectatio oriatur. Ita fit in diuinis illis visitationibus. Ideo finem in delectatione vulgo constituunt, non in actione quæ delectationem parit & quietem. Ex vehementi enim amoris vi, qua anima Deum sibi deuincit ac conglutinat, oritur quies & delectatio: tolle amorem, tolle actum illum quo Deus tenetur, corruet omnis delectatio ac suauitas quam experiris. Pono exemplum hominis sic eleuati & absorpti cœlesti voluptate, vt simile quid nunquam expertus sit. Illo rerum statu data opera desinat ipse cogitare de Deo, desinat amare, vel animo solo pecuniam attente numeret, tota illa spiritualis fabrica momento abripitur, sicque ruit, ac si nunquam fuisset. Non igitur quies illa ac voluptas pro fine habenda est, nec PERFECTIO dicenda, sicut nec in beatitudine gaudium, quod ex possessione summi

boni

boni nascitur: nam gaudium non est finis hominis, nec eius beatitudo: omnis quippe ... dignitas ex operatione illa pendet, qua Deus ... detur. Hinc fit vt in actibus amoris vesani ... ctatio ac quies turpis sit, quia amor ipse ... est. Iudicium ergo de quiete ac delectatione ... finibus actionum nostrarum, vulgi iudicium ... ex sensu iudicantis. Aliter rem se habere ... uincunt ea quæ diximus.

2. Modus Inactionē seu Perfectionem nō esse actum creatum.

7. Ad alterum venio: quod cum illa Ina... non sit solum auxilium speciale, ac eximius ... dam concursus diuinæ visitationis, (nihil ... noui diceretur, idque esset vel etiam cum ... catoribus commune) discutiendum est, ... forte esse possit quidam actus à Deo creatus ... animæ vehementer amanti beneque dispo... infusus, quo tanquam diuina ac infinita ag... vi, sine suo vllo labore ac operatione, Deo ... mo Patre perfruatur: ne, si operatione ... propria, sese quippiam humani commodi ... misceat. Primum peto an Inactio hæc actio ... Actio est. Peto iterum cuius illa sit, Dei an ... minis. Dei vtique est, non hominis. Peto ... tio qui vocetur, visio an amor. Non visio, ... visio hominis est, illuminatio Dei: atqui ... iste actus Dei est: non est ergo visio. Ac... quod visio sit in intellectu, Inactio vero in ... mæ essentia esse dicatur: non est ergo Inactio ... sio: sicut gratia habitualis, quæ est in essentia ... nimæ, non est cognitionis actus. Non etiam ... amor, quia & iste excluditur. Estne quies? ... Peto vlterius an omnimoda quies, vt ...

sit cogitatio aut amoris actus in homine. Si nullus actus in anima remaneat, credibile non est quippiam supereſſe, ipſamque plane eſſe otiosam, innaſcique illud quod doctores vocant in ſpiritualibus otium pernicioſum: quæ ſtupiditas quæ iam eſt animæ nihil cogitantis. Et gratis dicitur, poſſe animam ſine cogitatione amare: nã cogitatione omni ſublata, corruit omnis actus voluntatis, vt iam diximus: multò magis ſi anima omni plane actu ſuo careat: nam anima ſine potentiis inſtar trunci eſt: ſicut corpus ſine vllis ſenſibus, ſomnoque ſopitum: videretur ergo potius dicendum, quietem illam eſſe amici poſſeſſionem ac fruitionem, & per conſequens eſſe actum voluntatis: nam fruitio & gaudium actus ſunt voluntatis ab ea eliciti: non ergo Inactio illa erit actus creatus & infuſus, ſed gratia ſinguli cum potentia concurrente productus.

Verum redimus ad priorem modum, qui non videtur eſſe ex mente illorum auctorum, vt pote qui hominis actum omnem eliminant. Sed intelligi non poteſt quomodo Deus actum vitalem creare poſſit ſine cuiuſquam vita ac potentia viuente, quam vitaliter informet: fruitio enim & delectatio ſunt actus vitales. Ex quo ergo prodeunt? Si enim Deus infundere poteſt talem actum vitalem in animam hominis, (vti cenſet Occam, Marſilius, & Paludanus de actu beatitudinis) eundem in aere poterit conſtituere: ſicque aer dicetur videre, amare, & frui: ſicut & caput hominis, ſi actus ille in illud vertat globus deuoluatur: quod omnino abſur-

An Deus actum creare poſſit.

In diſt. q. 2.
In 3. q. 10. a. 2 in dub. in cid. concl. 4. & 6.
In 4. diſt.

49.q.1.a.2. concl. 3. surdum est, & intelligibile, vt statim dic-
mus.

3. Modus. Inactionē seu Perfectionem nō esse actum increatum

9. Illud ergo, quod tertio loco supereret, a
stituendum est, nimirum Inactionem illam
esse actum creatum, sed increatum & infin
quo benignissimus Deus in animam hom
illabatur, soluſq; operetur, & sua creatura
arbitrio ac beneplacito tamquam suo in
mento rationali vtatur. Veram hic loc
di modus non est admodum conformis d
tioni Concilij Tridentini, quo contra L
rum & Osiandrum definitur, *nos non esse*
liter iustos per iustitiam Christi. At si PERFE
nostra consistit in Inactione seu actione D
creata, non est in nobis iustitia, sed in Deo
inhæret: nam si perturbatio superueni
sinimus esse perfecti, quia nulla quies sup

1. Sef. 6. can. 10.

2. Deinde, quantumcumque perfectus, po
3. mittere iustitiam: at Dei actus infinitus
re non potest, sicut nec Deus mutari. A
quod fruitio infinita sit ipse Deus: at im
contradictionem, *Deum per seipsum suppl*
ctum operationis seu actus vitalis, idque dupli
causa: quarum prima est, quod in actu vi
cludatur esse causam formalem, seu infor
potentiam: debet enim actus vitalis infor
potentiam à qua elicitur: vita namque d
se in viuente: Deus vero rationem causa
mæ absque controuersia supplere non p
id enim summæ imperfectionis est, vt ant
clarauimus. Altera causa est, quod actus
non possit dare esse potentiæ, neque eam

Deus supplere non potest effectum operationis vitalis, duplici de causa.

1.

2.

mure, nisi ab ipsa effectiue procedat: quod repugnat fruitioni ac delectationi increatæ.

Inactio Dei septem modis concipi potest.

10. Quid ergo est demum illa Inactio, in qua consistet PERFECTIO? Si quidem de actione Dei in nobis operantis agatur septem Inactiones notare possumus.

1. Vna est, quam Deus operatur per gratiam præuenientem etiam in grauissimis peccatoribus. Et sane si quæstio sit de Dei actione operante sine cooperatione voluntatis: præuentio illa qua Deus animam nostram præoccupat, siue lumine immisso, siue impulsu voluntatis, præ cæteris maxime Inactio dicenda erit: nulla enim actio est supernaturalis in qua minus operamur in qua Deus magis solus operetur: nam primi illi motus liberi non sunt, sicut nec in peccati seu fomitis motibus primo primis: vnde merito, præ cæteris præmotiones istæ Inactionis merentur nomen.

2. Agit deinde Deus in nobis, cum pœnitentiæ gradibus sensim ad iustitiam tendimus, fide timore, spe, amore seruili, detestatione peccatorum: his enim Deus concurrere debet, & nobiscum operari: ideoque Inactiones illi virtutum actus dici possunt, & multo magis (quod tertium Inactionis genus est (actus virtutum 3.
spei, caritatis, odij sui ipsius, adepta iam iustitia.

Illæ quarto loco ponendæ singulares Dei visitationes, de quibus Sponsa in canticis: *Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est*, Mol lescit enim cor durum, imo instar ceræ 4. *Cant. 5.*

liqueſcit, ac in ſuauiſſimas lacrymas reſoluitur. Deoque quodammodo miſcetur, ob affectus excitati teneritudinem: quod viris perfectis inde accidit: non negat tamē idipſum benignissimus Deus etiam bene imperfectis. Cur? quia Dominus eſt, quia ita placet, quia tironem ſuum hac eſca velut hamo inescare vult, & ſim ad PERFECTIONEM adducere. Inactio ea teor: non tamen tollit liberum arbitrium. DEVS ſolus agit; anima enim tunc & & gaudet, & Deo fruitur, non magno quid ſuo conatu, abundantia nempe gratiæ pon ſarcinæ noſtræ velut equo ſubleuante ac de tante: agit tamen homo, & actus vitales licit.

5. Omitto pro quinta actum Dei creatur
6. animam illapſum. Omitto & pro ſexta actu creatum; qui ſi infundi poſſent animo, eſſent Inactiones, & quidem proprie dictæ.

7. Vltimus eſt raptus, ſub quo aliquæ prop & reuelationes ſublimiores comprehend ſunt. Hoc homo ſuper ſe eleuatus, nec ſen vtitur, nec phantaſmatibus ad operationes tellectus eliciendas: his enim Deus ſufficit dam ſpecies intellectuales, quibus mens ſtrata videt, guſtat, audit Dei arcana, quæ licet homini loqui: & quo clarius ea intu eo amat ardentius, eo ſuauius delectatur. Inactio non eſt actus creatus infuſus, nec increatus, ſed vbertas quædam & profuſio næ benignitatis ſele amiciſſimæ Sponſæ communicantis.

11. Præter has ſeptem in hac mortali vita nullam Inactionis genus reperio : his enim homo poſſiue ſe habet, ſed diuerſis gradibus. In quo tandem horum PERFECTIO conſtituenda eſt? Non in raptu primum ; nam raptus nuſquam proponitur tamquam PERFECTIO noſtra, vt qui non ſit in hominis poteſtate : eſt enim miraculum manifeſtum, vt homo abſque phantaſmate intelligat; nec ſpecies illæ intellectuales, quæ à Deo communicantur, in hominum ſint poteſtate. PERFECTIO deinde nobis debet inhærere, nec temporum varietate diuelli, vt, qui iam perfectus eſt, illico nulla ſua culpa deſinat eſſe perfectus. Denique deſperarent omnes, ſi hæc Inactio proponeretur tamquam PERFECTIO noſtra: cum plurimi ſint, qui nec id capiant quidem : nec Deus etiam ſtatuit eum fauorem elargiri, vt patet experientia: ſi enim omnes rapti eſſent, deſciſcendum eſſet ab omni opere, & ſine cibo viuendum : nulli eſſent agricolæ, nulli piſtores, nulli ſartores : quæ viuendi ratio futuræ vitæ reſeruatur ; paucis exceptis.

Perfectionem non conſiſtere in raptu.

1.

2.

3.

—quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Virgil. li. 6. Æneid.

12. PERFECTIO non conſiſtit in diuinis excitationibus; non in actibus pœnitentium : non in pleriſque actibus virtutum, vt fidei, ſpei, ac cuiuſuis caritatis, quia hæc non excludunt maximas imperfectiones: nec in actibus quoq; creatis extra potentiam, nec etiam increatis, quia tales nullos eſſe probauimus ; nec denique in illa vnio-

Perfectionem non conſiſtere in excitationibus ad virtutem, nõ in actibus pœnitentia, nec

nec pleriſq; virtutum actibus. De lectationē non eſſe Perfectionem.

vnione cum Deo, ac quiete, quam quarto h
collocauimus, ſi eam ab actu veræ caritatis
res, quod pij auctores faciunt: nam fruitio
Dei nihil aliud eſt quam decor atque effl
centia amoris, & ab ea pendet velut à cauſa
paratur deinde delectatio in hac miſeriarum
1. le frequentiſſime ab anima actuſque ſumma
2. ritatis ab illa ſuauitate. Perfectus erat Iob, &
men horrende Deum timebat, ſenſumque
lum delectationis aut quietis forte toto te
re ãfflictionis ſuæ expertus eſt. Perfectus D
Pſal. 2. & tamen, *Seruite*, ait, *Domino in timore, & ex
ei cum tremore.* Chriſtus denique in cruce de
ctus à Patre nullam perfectæ caritatis dele
nem percipiebat vt viator. Et tamen h
nes erant perfecti. Adde experientia teſte
3. niri non paucos, qui etſi puritati ac PERFE
NI diligentiſſime incumbant, tamen te
ta ſua conſolationes illas eximias experi
ſunt. Certe, ſi cætera non deſint, nemo
bit, tales perfectos eſſe cenſendos: ſolatia
illa à Dei benigna manu promanant: n
nobis dependent, nec in noſtra ſunt po
quidquid egerimus. Interdum diuina l
arbitramur motiones naturæ, ſenſus dele
num, meditationis ac orationis tempor
quæ in complexione ſanguinea ſæpius ex
tur quam in melancholica: etſi forte
FECTIONES longe maiores ſint in
durioribus quam mollioribus corporibus
4. ptura ſacra, Patres, ipſa demum Eccleſia C
lica non eſt admodum ſolicita nos excit

Inactionem tamquam PERFECTIONIS *Ioan.16.*
culmen, sed ad bene agendum. *In mundo*, ait Chri
stus, *pressuram habebitis : sed confidite, ego vici
mundum.* Hortantur ergo hi ad pugnandum, ad
multa patienter toleranda pro Christo, ad fidu-
ciam in Dei benignitate reponendam, ad con-
stantiam in Dei lege seruandam. Illud omitti nõ
debet, Inactionem illam multis esse incognitã, 5.
obscuram, ac difficilem intellectu: imo præmis-
sis nihilominus hisce omnibus vix dum consta-
re quid sit. Nemo vero fertur in incognitũ. Cla-
ra, obuia, perspicua debet esse PERFECTIO
vt appeti possit : alioquin tirones despondebunt animum sola ignotæ perfectionis recordatione. Ad metam mihi currendum est: brauium agnoscam oportet, quod ad currendum me inuitet. Delectatio denique, vt diximus, actionum nostrarum finis esse non potest cum ad amorem conseruandum eiusque vsum referatur, non amor ad delectationem : sicut in beatitudine gaudium non est finis hominis, sed decor quidam ex eo resultans, seruitque in hæsioni ac possessioni vt conuenienter illi statui fiat. 6.

Gaudium qua ratione vocetur beatitudo.

13. Non negauerim tamen gaudium vocari beatitudinem, quia gaudium consummatum supponit consecutionem summi boni: est enim suauissima quædam affectio ac quies inde prouenies, ex præsentia nempe & possessione sũmi boni, estque vltima PERFECTIO resultans ex beatitudine; non tamen in qua cõsistat beatitudinis essentia. Quod autem animus

non quiescat absente gaudio, est; quia, quam
gaudium abest, summum bonum non potest
se præsens: eo enim præsente, non potest
naturali quadam dependentia illa affectio
care. Ita & in beatitudine viæ: eo tamen excep
quod, quia summum bonum nõdum clare
sidetur & in suo fonte & termino, speque
tum salui facti sumus, videamus illud in spe
tantum, & in ænigmate. Ideo fit vt non sem
resultet delectatio, nec emicet decorille, q
beata visione necessario exoritur. Si tamen
diuinam potentiam restingueretur gaudium
beatis, permanente visione & amore, (vt M
chior Canus improbabiliter factum esse
mat in Christo tempore passionis) tunc h
vere adhuc beatus esset, & summi boni p
sionem haberet: careret tamen veluti qua
beatitudinis naturali condicione, seu pro
passione. Multo ergo magis in viatore no
cessario resultat ex beatitudine viæ illa sen
lis delectatio, quæ tentationibus multis ob
xia est, ideoque minus digna vt excellentia
FECTIONIS in ea constituatur.

Lib. 12. de loc 14. in fine.

14. Quare, etsi scientiam mysticam (q
pæne à prima ætate colui) amem, suspiciam,
hementer laudem, & ad cœlos vsque extol
vtpote quæ multas spirituales opes contin
ipsamque PERFECTIONEM in suo fonte
gustet: exercitio quoque omnium virtutum
fusarum, heroicis conatibus, mundo, carne, ad
mone, amore proprio, passionibus subactis,
ritatis finem (quatenus fieri potest) in omni

assequatur, ad eumque omnia referat: in multis tamen falluntur tirones: nec ij modo, sed persæpe & nonnulli sæculares, qui directioni nullius subiecti, etsi in ea prouecti, suo tamen ingenio plus æquo tribuunt atq; indulgent: qui nisi humiles sint, & sese spirituali directori regendos libenter committant, incidunt in tentationes varias, in desideria vana & inutilia, illusiones sinestas, contentiones varias, quæ mergunt hominem in interitum, vt in Erone aliisque spiritualibus viris antiqui Patres obseruarunt. *Palladius in Lauf. hist. sect. 29 30. 40. 42. tō. 7. Bibl. sacræ.*

Amorem concupiscētiæ non esse Perfectionem.

Ex quibus patet, PERFECTIONEM in Inactione à perfecto actu caritatis separata constitui non posse, sed in ipsa potius caritate: non tamen omni: est enim quidam Dei amor qui ad spem, virtutem Theologicam, pertinet: ex quo desiderium nascitur, ac intentio, timor item nō acquirendæ beatitudiuis, spes demum adipiscēdæ suo tempore. Hic amor non est PERFECTIO: *timor* enim (nempe seruilis, qualis est spei) *non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem.* 1. 1. Ioan. 4. 2.

Amat deinde amor iste Deum tamquam bonum, non Dei, sed suum: non quod inordinate Deo abutatur, quem ad se tamquam medium transferat: sed cum indigus sit & imbecillis, Deus vero perfecte liberalis & opulentus, eius benignitate vtitur ad inopiam suam subleuandam, imbecillitatem stabiliendam, omneque bonum suum assequendum. At nobilius est Deo mererе propriis expensis, amicitiæ Dei solo intuitu: qui amor beneuolentiæ est, non concupiscen-

piſcentiæ: quæ caritas amicitiæ in Deum tan
vt ſummum bonum, cui in omnibus, e
ſine præmio, imo cum ſummis infinitiſq
commodis adhæreſce e, eique in omnibu
titur complacere. De qua ita Bernardus

Lib. de diligẽdo Deo, ante medium.

ſine præmio diligitur DEVS, *etſi abſq*
mii intuitu diligendus ſit. Vacua namque ve
ritas eſſe non poteſt: nec tamen mercenaria eſt,
pe non quærit quæ ſua ſunt: affectus eſt non comm
nec acquiritur pacto, nec acquirit; ſponte affici
ſpontaneum facit. Verus amor ſeipſo contentu
habet præmium, ſed id quod amatur; nam qu
propter aliud amare videaris, id plane amas qu
ris finis pertendit, non per quod tendit. Paul
euangelizat vt comedat, ſed comedit vt euang
eo quod amet non cibum, ſed Euangelium. Vi
mor præmium non requirit, ſed meretur. Pr
ſane necdum amanti proponitur, amanti debet
ſeueranti redditur. Hæc Bernardus. Am
ro concupiſcentiæ, licet bonus & ſa
(tendit enim in DEVM, illumque
rat, dum ab illo ſeſe dependere & ſine e
ſiſtere non poſſe profitetur, ſenſimque
rum amicitiæ amorem inducit) merce
tamen eſt, eumque proprij commodi cog
merces ac lucrum progignunt, atque ea r

3. ſua ad bonum amantis inclinant. Adeo
talis amor ſine caritate non ſufficiat, nec
tem ſaluare poſſit; magnæque præſumpt
ſit, eum ſperare atque exſpectare, quem
caritate non diligas. Quod de ſpe ſeu
concupiſcentiæ ſtatuo, idem de ceteris

bus constituendum est, quæ sine caritate mortæ sunt.

CAP. XXXI.

PERFECTIONEM *in Caritate consistere.*

Præclaræ res non sine labore acquiruntur.

16. NIhil Deus in hoc mundo præclari hominibus propositum esse voluit, cuius assecutio non insigni labore constaret, ac industria. Non eruuntur auri argentiue de fodinis metalla, nisi & labore, & expensis innumeris: & *qui addit scientiam*, quæ in præclarioribus mortalium bonis censenda est, *addit & laborem.* Quis denique sceptra & diademata virtute consecutus est, quin prius vires exhauserit, facultates suas effuderit, vitam denique mille periculis exposuerit? Virtute nihil est præclarius, nihil illustrius PERFECTIONE: quæ si mortalibus cognita foret, atq; obuia, omnium ad se animos raperet: nec quisquam vllis laboribus, pœnis, ac doloribus ad eam assequendam parceret. Sæculi huius homines, vmbram eius concipientes, quid non faciunt? 1. 2. Eccle. 1. 3.

Exercitia, seu ludi in campo Olympico quinque Natalis Comes l. 5. ca. 1.

Olim in campo Olympico ludi fuerunt instituti ab Hercule, excitandis ad virtutem hominum animis: in quibus quinque exercitia præcipue vigebant, de quibus Homerus Iliade penultima; quæ Simonides hoc carmine comprehendit.

Ἄλμα,

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Georg. li 3. & Æneid. lib. 5.

Primus est saltus : alter cursus : tertius dis qui proiiciebatur ad metam : quartus iacul pugna quam cæstum vocat Virgilius : whi rat lucta. Hi incredibilia patiebantur, præ qui lucta vel cæstu gloriam præmiumque rebant : & vt reliqua omittam, quanta im tas in cæstuum ludo ! Cæstus, à cædendo d

Cæstus vnde dictus.

claua erat instar flagelli, ex loris bubulis stis, globis plumbeis aut ferro grauibus, athletæ sese mutuo diuerberabant, aut rius dicam) membra vicissim comminu vni namque iam caput obtũdebatur, iam ctis maxillis, aut cranio, dentes cerebrum cutiebantur; alter, conuulsis scapulis, ic manitate succumbens sub onere fatiscebat denique, fracta ceruice, ruebat mortuus. alia forma Ieronimus Mercurialis cęstus bit. *Erant*, air, *cæstus laminæ æneæ manibus Quibus autem alligabantur, erant lora qua ctis interstincta, quæ manibus & brachiis cru alligabantur, vt non modo pondere aliquo & verum etiam soliditate, cæstibus certantes, sæ rent.* Hactenus Mercurialis. Describ Virgilius eleganter, & quidem de Ente ait:

Virgil Æneid. lib. 5.

Quid mũdani homines patiantur pro inani & corruptibili præmio.

—— Sic deinde locutus
In medium geminos immani pondere cæstus
Proiecit, &c.
Obstupuere animi tantorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto ferroq; rigebant.

Et post pauca, de pugna differens:

Ostendit dextram insurgens Entellus, & alte
Extulit: ille ictum venientem à vertice velox
Prauidit, celerique elapsus corpore cessit.
Entellus vires in ventum effundit, &c.

Sed læsum aliquem audiamus:

Ast illum fidi æquales, genua ægra trahentem,
Lactantemq; vtroque caput, crassumq; cruorem
Ore reiectantem, mistosq; in sanguine dentes,
Ducunt ad naues.

Qua vi autem percuterent: ex hoc collige, quod victor Entellus suo cæstu taurum victoriæ præmium interfecerit.

Dixit, & aduersi contra stetit ora iuuenci,
Qui donum adstabat pugnæ; durosq; reducta
Librauit dextra media inter cornua cæstus
Arduus, effractoq; illisit in ossa cerebro.
Sternitur exanimisq; tremens procumbit humi bos.

Deus bone! quis mortalium gloriari potest se pro Deo tanta aut talia fecisse? *Nondum vsque ad sanguinem restitistis*, ait Paulus. Sed quod præmiũ? *Heb. 12.* quæ merces? Respondet Paulus: *Et illi quidem vt* *1. Cor. 9.* *corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.* Horum exercitiorum meminit Paulus: omnium quidem in generali, cum ait: *Omnis qui* *Ibidem.* *in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Tum enim nec bibendi censebant esse tempus, nec edendi; non procurabant opes; non indulgebant voluptatibus; omnia postponebant; hoc vnicum sibi proponebant, *Age quod agis.* In particulari vero Paulus non meminit saltus, nec disci ad metam

Ibidem. tam proiiciendi: expresse cursus meminit, *tis*, inquit, *quod ii qui in stadio currunt, omnes dem currunt, sed vnus accipit brauium? sic curratis comprehendatis.* Luctæ meminisse videtur ne agonis & contentionis, cum ait: *in agone contendit.* Exuebantur nudi, omni veste abstinebant: ne teneri, vel deiici, aut sterni possent. Sed cæstuum modum exp

Ibidem. euidenter, dicens: *Sic pugno, non quasi aerem berans.* Summa enim ars atque industria tarum erat, declinare ictum, vt cassus vel ret, aut aerem verberasse diceretur. Paulus exercitium flagellationi corporis accommo & modum pugnandi nos docet, flagellum quam cæstum se apprehendisse asserit: s bat, tamquam generosus athleta, non in sed in proprium corpus: quod qui ictus gere non poterat, non verberabat aerem.

Ibidem. egregie tundebat corium suum. *Castigo, corpus meum, & in seruitutem redigo.*

Quid ergo miseros illos pugiles accen vt adeo dura susciperent, exponentes se innumeris, ac euidenti vitæ periculo? C na, laus que aliqua spectantium: & quidc rona corruptibilis: sed vnicus accipiebat um, verbera quamplurimi multa & hom Quod insani homines pro vmbratili corr laude subbibant, nos à diuina edocti sapi subeamus (Deo Agonotheta vidente) ad p FECTIONEM consequendam. Mercedi

1. Cor. 11. amplior ac nobilior est. Ideo D. Paulus *lamini carismata meliora: & adhuc excellen*

viam vobis demonstro. Quam? Caritatem. Quomodo viam, cum PERFECTIONIS vinculum Caritatem esse velit? Est vtrumque, & vinculum PERFECTIONIS, & via excellentior: sed de viæ PERFECTIONE agimus: viatores enim sumus, & quidquid agimus in via, ambulantes agimus. Non est tamen via sublimior, nec status (si status in via esse possit) meis vicinior, Caritate: quæ demum in cœlis, cæteris desinit, nos in Dei throno collocabit. Deo Sapiens loquens de timore, qui ex riuo eodem, quo diuinus Amor, exoritur, *Timor Domini*, inquit, *gloria gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.* En coronã q̃ Deus summus Agonothetha noster promittit ijs qui PERFECTIONI assequendæ insignem operam nauabunt. Idcirco, ô generose Christi athleta, de Caritatis laudibus differo, ne curras in incertum, ne corpus tuum flagellando frustra agere videare, sicut is qui aerem verberat: sed scias quid in meta sis inuenturus, quid consecuturus, quid tecum in cœlum deportaturus.

Caritatis via maxime sublimis. Eccle. 1.

1. Cor. 9.

7. Hanc *coronam exultationis, gloriam, & gloriationem*, seu PERFECTIONEM nostram, arbitramur esse Caritatem: quam D. Augustinus describit *motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se atque proximo propter Deum.* De hac virtute adeo illustria ac præclara diuinæ paginæ Patresque prædicant, tot rationibus illam extollunt, vt merito in ea huius vitæ PERFECTIONEM esse constitutam nemo inficias ire audeat.

Caritas quid. Li. 3. de. de doctrina Christ. c. 10 sub fin. in Caritate Perfectionem constitui probatur.

Et

1. Scriptura. Col. 3.

Et primum quidem, quod virtutum sit pe[rfe]ctissima, diuinæ litteræ constituunt. Super om[nia] ait Paulus, *Caritatem habete, quod est vinculum p[er]*

2. Ex Patrib. Lib. de bono patient. Lib. 4. aduers. hæres ca. 25. Serm. de Fide, Spe, & Carit. qui subiungitur hom. in epist. S. Pauli ad Cor. tom. 4. 1. Ioan. 4. Sine caritate ceteras virtutes non prodesse, iis maiorem esse, & cum ea ceteras dari.

PERFECTIONIS. Præfert etiam idem Apost[olus] Caritatem spei & fidei, quæ tamen Theolo[gicæ] virtutes sunt: asserens ceteras virtutes nih[il] Caritate prodesse. Hinc D. Cyprianus: *Ca[ritas] fraternitatis vinculum est, fundamentum pacis, [u]nitas & firmitas vnitatis: quæ & spe & fide ma[jor]* D. Irenæus *maximum* vocat *præceptum a Pa[tre] facto datum*. D. Chrysostomus item, *Quid [est] Caritate sublimius esse poterit, cum ipsa Carita[s] sit? sicut Ioannes Apostolus loquitur, Deus Carit[as] vt, etiamsi quid comparaueris, parum sit: si quid ueris, minus: dum Caritas Deus est, cui compara[tum] hil est. Inchoatur in mundo, perficitur in cœlo qu[æ] in sæculo, inuenitur in regno. Hic enim nec fid[es] perficitur, nec spes proposita consummatur. Ef[fi]fidelem, Caritatu est bonum: sperare quod pro[mis]est, amare est* CHRISTVM. *Car[itas]nim est quæ & fidem adiuuat, & spem sibi soci[at] vtramque secum Deo muneranti assignat. Ip[sa] inquam, quæ & fidem excitat, & spem longa[nim] reddit, & vtrique semet sociam exhibet & magi[s] cum ipsis ad* CHRISTVM *perueni[t] tunc* PERFECTIONE *cessantibus, s[an]ctis regna cœlestia possidebit.* Denique Aug[us]nus: *Apostolus Paulus, cum contra opera carn[is] mendare vellet fructum Spiritus, à capite hoc [est] Fructus, inquit, Spiritus Caritas est. Ac deinde [ve]tamquam ex isto capite excrta & religata cæt[era] quæ sunt gaudium, pax, longanimitas, ben[ig]*

In Euang. S. Ioannis tract. 87. in initio, to. 9. Gal. 5.

bonitas, fides, mansuetudo, continentia. Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit vnde gaudet? quis pacem veram nisi cum illo potest habere, quem veraciter diligit? quis est longanimis, in bono perseueranter manendo, nisi ferueat diligendo? quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? quis bonus, nisi diligendo efficiat? quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? quis vtiliter mansuetus, cui non Dilectio moderetur? quis ab eo continet vnde turpatur, nisi diligat vnde honestatur? Merito itaque Magister bonus Dilectionem hic sæpe commendat, tamquam sola percipienda sit: sine qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ non potest haberi sine ceteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Hæc Augustinus.

Perfectissima ergo virtutum est Caritas, & sine ea (vt ait D. Thomas) ceteræ esse non possunt. Excellentissimo namque modo quo potest in hac vita Deum attingit: etenim sic Deum amat propter seipsum, sic eius honorem ac gloriam quærit optatque vt ei bene sit, vt nihil admixtum proprij habeat commodi: vnde proxime ac purissime nos Deo bono increato, vt in se consideratur, vnit atque agglutinat. Ex quo sequitur, spe perfectiorem esse, vtpote quæ Deū amet vt est hominis bonum, cum hoc nempe respectu, quod hominis rationibus conducat. Præstantior etiam est fide, quæ Deum, vt est prima veritas, tantum attingit, & id quidem obscure. Non enim Deum cognoscit vt in seipso est, sed vt à nobis apprehendi potest per figuras & ænigmata: Caritas vero tendit

D. Thomas 1.2.q.66 a. 6. c. 1.2.q. 65.a.2.& 4 3.

Rationibus 4.

Prima ratio principalis.

Caritatem ex obiecto esse virtutum perfectissimam.

tendit in Deum quodammodo vt in seipso, e
eiusque honorem, gloriam, & bonum super
nia procurat, & promouet. Hæ tres virtu
Theologicæ vocantur, quod eorum obie
circa Deum versentur : cæteri sque virtutes
quæ vel ad eius cultum, vel ad cuiusque per
CTIONEM, aut aliorum bonorum commu
que vtilitatem referuntur, dignitate præstan
antecellant. Quare cum Caritas obiecti di
tate ac præstantia ceteris præferatur, in ea
FECTIO, non in alio statum aliqua, reponen
detur.

Secũda ratio principalis.

18. Accedit, nihil esse inter dona cœlesti
mortalibus concessa sunt diuinitus, quod
turam Dei propius accedat, quam gratia
naturæ diuinæ quædam participatio est. N
minus Caritas nobilior gratia est ac præst
est enim actus ipsius gratiæ, eiusque fi
PERFECTIO. Hinc Doctores tradun
tatem, qua Deũ formaliter diligimus, essi
dam participationem diuinæ Caritatis
Deus est: &, Caritatem nos facere Deos
supra hominem conuersari in cœlis, & co
nire cum Deo & Angelis. Quidquid re
uinæ litteræ ac Patres gratiæ habituali tri
tribuunt iidem & Caritati : vnde conclu
nonnulli, gratiam & Caritatem aut solo n
ne distingui: aut, si differentia sit, eam re
non esse, sed tantum formalem. Censent
que alij nec realiter nec formaliter, sed
tione distingui.

Durandus in 2. Sent d 27.
Alex. de Ales in Sum Theol. p. 3 q 69. memb. 2. a. 4. & alij Gratiæ & Caritatis collatio.

Gratia nos Deo gratos efficit: efficit &

tas. *Ego*, inquit Sapientia, *diligentes me diligo. &:* 1.
Qui diligit me, diligetur à Patre meo. *Prou. 8.*

Gratia à peccato iustificamur: iustificatio quo *Ioan. 14.*
que Caritati adscribitur. *Remittuntur ei peccata* 2.
multa, quoniam dilexit multum, ait Christus. & Cō *Luc. 7.*
cilium Tridentinum formalem causam iustifi- *Sess. 6. c. 7.*
cationis Caritati mentibus nostris infusæ acce-
ptam refert.

Gratia vocatur animæ vita, vti peccatū mors 3.
eiusdem: de Caritate sic scribit D. Ioannes: *Qui* *1. Ioan. 3.*
non diligit, manet in morte. &: *Scimus quoniam trans-*
lati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fra- *1. Ioan. 4.*
tres. Gratia nos in Dei filios regeneramur & ado
ptamur: idem efficit Caritas: nam *omnis qui dili-*
git, ex Deo natus est.

Gratia nos à peccato præseruat, & inter Dei 4.
& diaboli filios discernit: præseruat quoque ac
discernit Caritas: nam *omnis qui natus est ex Deo*
(ait Ioannes) *peccatum non facit, quoniam semen i-* *1. Ioan. 3.*
pius in eo manet: *& non potest peccare, quoniam ex*
Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & *Super canō*
filij diaboli: Hinc Diuus Augustinus: *Qui non di-* *epist. S. Ioā.*
ligunt Deum alieni sunt, Antichristi sunt: & quamuis *hom. 7. tom*
struerent Basilicas, non possunt numerari inter filios Dei *9.*
quia non pertinet ad illos fons ille vitæ. Habere baptis-
mum & malus potest: accipere Sacramenta corporis
& sanguinis Domini & malus potest: habere no-
men Christi, & vocari Christianus, & malus po-
test: habere autem Caritatem & malus esse non po-
test.

Gratia donum illud est, per quod Spiritus S. 5.
in nobis habitat: at *Caritas Dei diffusa est* *Rom. 5.*

6. *in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.*

Rom. 13.

7 Gratia fons est & radix omnium virtutum & Caritas, Apostolo teste. *Plenitudo, ait, Legis Dilectio.*

Gratia in extremo iudicio filios regni a damnationis separabit: nullus enim cum perit, nullus sine gratia saluatur: at Iacobus stolus statuit coronam vitæ repromissam ligentibus Deum: ac D. Augustinus quit, *Caritas diuidit inter filios regni, & filios nis æternæ.*

Iacob. 1.

Lib. 15. de Trin. c. 18. tom. 3.

8. Gratia donum Dei omnium est maxim

1. Cor. 13. Apostolus anteponit Caritatem omnibu donis: & monet nos vt super omnia Cari habeamus, *quod est vinculum* PERFECT NIS Hinc Diuus Augustinus *Nullum est dono excellentius.* & paulo post: *Dantur & Spiritum sanctum munera, sed sine Caritate nihil sunt.* & alibi: *Adde Caritatem, prosunt detrahe Caritatem, nihil prosunt cetera. le bonum est Caritas ista, fratres! Quid pre quid luminosius? quid firmius? quid vtilius curius?* & alibi: *Quisquis habet Caritatem quid illum mittimus longe vt videat Deum? C tiam suam attendat: si ibi Caritas habitat, habitat. Vult illum forte videre sedentem habeat Caritatem, & in eo habitat sicut in cath* incredibili verborum pondere idem Dius guſtinus exaggerat diuersis locis, & m in quadam epistola. *Caritas in omnibus De* inquit, *ita excellit, vt etiam Deus dicta sit.*

Col. 3.

Lib. 15. de Trin c. 18. tom. 3.

De verbis Domini ser. 50. c. 2. & 3.

In Psal 149 paulo post initium.

autem verba D.Ioannis iam citata, *Deus Caritas est*, addit: *Quid amplius dici potuit, fratres? si nihil omnino disceremus per ceteras paginas Scripturarum, & solum hoc vnum audiremus de voce Spiritus Dei, quia Deus Caritas est, nihil amplius quærere deberemus.* Et post multa: *Nescio vtrum magnificentius nobis Caritas commendari possit, quam vt dicetur, Deus Caritas est. Breuis laus, & magna laus, breuis in sermone, & magna in intellectu. Quam cito dicitur, Deus Dilectio est! Et hoc breue est: si numeres, vnum est: si appendas, quantum est! Deus dilectio est. Et qui manet in Caritate, in Deo manet, & Deus in illo manet. Sit tibi domus Deus, & esto domus Dei: mane in Deo, vt maneat in te Deus. Manet in te Deus vt te contineat, maneas in Deo ne cadas: quia sic de Caritate dicit Apostolus, Caritas numquam cadit.* Hæc Augustinus. *Epist 143. ad Iulian. tom. 2. 1. Ioan. 4. In epist. cã. S. Ioan. tract. 7. Ibidem tract. 9. 1 Cor. 13.*

9. Gratia nihil maius efficere potest, quam vt hominem Deo coniungat arctissime: coniungit & Caritas: vnde D.Paulus, qui dixit, *Quis nos separabit à Caritate* CHRISTI? dicit etiam, *Qui adhæret Domino*, nempe per Caritatem, *vnus spiritus est* cum eo. Hoc latissime explicat, sed ad viuum, D.Bernardus. *Iam vero*, ait, *animæ reditus est conuersio eius ad Verbum: reformandæ per ipsum, conformandæ ipsi. In quo? In Caritate. Ait etiam: Estote imitatores Dei, sicut filij carissimi, & ambulate in Dilectione, sicut & CHRISTVS dilexit vos. Talis conformitas maritat animam Verbo, cum, cui videlicet est similis per naturam, similem nihilominus ipsa se exhibeat per voluntatem, diligens sicut dilecta est. Ergo, si perfecte diligit, nupsit. Quid hac con-* *Rom. 8. 1. Cor. 6. Serm. 83. in Cant. circa medium. Ephes. 5.*

formitate iucundius? quid optabilius Caritate? qua
vt, humano magisterio non contenta, per tenta
nima, fiducialiter accedens ad Verbum, Verbu
stanter inhæreas, & Verbum familiariter pers
ris, consulteſque de omni re: quantum intellectus
tantum audax desiderio. Vere spiritualis sanc
connubii contractus est iste. Parum dixi, contr
complexus est: complexus vere, vbi idem velle, id
vnum facit spiritum de duobus. Hæc D. Ber
dus.

10. 19. Gratia amicitiam cum Deo conciliat
Ioan. 15. numquid legimus, *Vos amici mei estis, si fe*
Sap. 7. *quæ ego præcipio vobis? Infinitus* ait Salomon, *q*
Amicitia *saurus sapientiæ*: (hæc tamquam lucifer pr
inter Deū tem Caritatem denunciat, à qua lumen
& homines accipit) *quo qui vsi sunt, participes facti sun*
Cant. 5. *citiæ Dei.* Talem sponsa in Canticis voca
minum, cum ait: *Talis est dilectus meus, &*
amicus meus, filiæ Ierusalem. Hanc ob c
Psal. 138 Prophera Regius spiritu Apostolos voca
micos. *Nimis*, ait, *honorificati sunt amici tui*
quod & Christus postmodum verbo c
mauit. *Iam non dicam vos seruos*, inquit: *vo*
Ioan. 15. *dixi amicos.* Passim anima sponsa vocatur
que nominibus, quib. amicitia arctissima
ditur, vt filiorum, fratrum, domesticorū fi
Dei. In quo sensu Concilium Tridentinum
Sess. 6. c. 10. stos vocat simpliciter Dei amicos. Amicit
que amicorum, est mutua beneuolentia a
norum quadam communicatione.

Et hæc inter Deum & homines reper
nam Deus fluenta gratiæ suæ ac seipsum d

sis modis homini communicat, & vicissim homo in Dei bonum & obsequium, quidquid accepit, refundit ac retribuit: in quo amicitiæ natura consistit.

Li. 3. Offic. c. 16. in fine.

10. Quin & D. Ambrosius testis est, condiciones amicitiæ inter Deum & hominem reperiri: quarum vna est, ex duobus vnum efficere, quasi in duobus corporibus vnicam animam collocare. Hinc amicus dimidium animæ dicitur: quod D. Augustinus de Nebridij amicissimi amissione scribit piissime. *Mirabar*, inquit, *ceteros mortales viuere: quia ille, quem quasi non moriturum dilexeram, mortuus erat: & me magis, quia ille alter eram viuere illo mortuo mirabar: Bene quidam dixit de amico suo, Dimidium animæ meæ. nam ego sensi animam meam & illius vnam fuisse animam in duobus corporibus: & ideo mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidium viuere: & ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaueram.* Hæc ille: ex quo vis amoris vnitiua elucet: rapit enim amor cogitationem, rapit & affectum: quid demum supereſt? sed de hoc in Priuilegiis Caritatis.

Amicitiæ condiciones.

1. *Et duobus vnum facere.*

Li. 4. Confes. ca. 6.

11. Altera comdicio est, quod inter amicos mutua beneuolentia intercedere, eaque officiis variis internæ amicitiæ testibus constare, foueri, augerique debeat: & amor ipse exterius vltro citroque intimæ necessitudinis quasdam scintillas exerat, & voluntatis propensæ semina diffundat: alioquin multæ suspiciones, quæ inter amantes se facile oriuntur, haud raro pro-

4. *Amicitiæ condicio, mutuæ beneuolentiæ indicia.*

silirent, amicitiamque dissoluerent: quis enim eum amauerit, à quo vtrum & quemadmodum ametur dubitet? hinc Aristoteles apertos deberet esse ac cognitos asserit amãtium animos vt se & amari, & vicissim amare, vtrique testatus sit. quod & in Dei hominumque Caritate vltro venire constat: quis enim de Dei in nos beneuolentia queat dubitare, cum eius misericordia plena sit terra? *qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Et certe, si Deum diligimus, certi sumus nos ab eo diligi: nam & Amor iste Amoris in nos diuini fructus est. Sacræ demum litteræ nos bene sperare iubent: *Si cor nostrum non reprehenderit nos* (ait Ioannes) *fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea, quæ sunt placita coram eo, facimus.* Accedit hanc esse amici vocem: *Ego diligentes me diligo.* & *Qui diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* Deum etiam sat scit an ipsum diligamus, cui arcana animorum nostrorum notissima sunt.

Li. 8. Ethic: c. 2. in fine.

Psal. 31.

Apoc. 1.

1. Ioan. 3.

Prou. 8.

Ioan. 14.

Id tantum in nobis forsan dubitationis vmbram mouere potest: quod, an Deum vere diligamus, certi esse non possimus: *nescit etenim homo vtrum Amore an odio dignus sit.*

Eccle. 9.

Amicitiæ diuinæ in nos indicia.

Multa nihilominus indicia sunt, quibus Dei Caritas & beneuolentia nobis innotescit: illud inprimis, pro virili eam diligentiam adhibuisse *Sacramentis* obeundis, quæ iudicio Confessarij prudentis sufficit: firma deinde voluntate *peccatum detestari*: malle etiam tormenta omnia

1.

2.

mundi

mundi subire, quam Dei amicitiam perdere. *Testimonium* quoque *conscientiæ* maximum ad id momentum habet: sicut & *visitationes cælitus emissæ: ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei*: *studium orationis* ac familiaritatis cum Deo in spiritualibus exercitijs: *mortificationis* domandarumque passionum inexplebilis fames: *odium sui* non vulgare: *desiderium ingens videndi Christum* amantissimum Dominum: *zelus ardens* persequendorum vitiorum ac peccatorum, tum in se primum, tum & in alijs: PERFECTIONIS *assequendæ studium* inextinguibile: *Amor Christi tenerrimus* & insatiabilis: Deumque honorandi atque eius *gloriam promouendi ardor* ac cura singularis: *martyrij subeundi*, multaque pro nominis diuini illustratione patiendi, eximia propensio ac cupiditas. In vulgaribus item *timor* peccandi filialis: frequentatio vsusq; *Sacramentorum* continuus iusta & religiosus, cum desiderio profectus spiritualis: magna ac *frequens cum Deo communicatio* in oratione: experientia *prouidentiæ diuinæ* prolixa super nos, cum in prosperis tum in aduersis rebus: longo tempore letali *peccato caruisse*: lubenter animum suum spirituali *directori manifestare*, ne quid lateat quod oculos diuinæ Maiestatis offendat: lõgissime abesse à *proprio iudicio & voluntate*: Amor singularis erga *res diuinas* Ecclesiastica mysteria, Dei verbum ac conciones. Hæc sane moraliter certos faciunt, nos à Deo diligi, & vicissim nos Deum diligere: quamuis infallibiliter nemo sciat *vtrum Amore an odio dignus*

3. 4. *Rom. 8.* 5. 6. 7.8. 9. 10. 11. 12. 13.

Alia indicia conscientiæ mundæ, Deoque gratiæ.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Eccle 9.*

gnus sit: ea enim cõdicio amicitiæ viatorum est: vt, quia cognitio obscura est, etiam Amor sua formidine non careat. Sed quis amicorum in humana amicitia certus est de alterius beneuolentia? cum natura se quærat in omnibus, & pauci sint qui intus ij sint, quos exterius sese produnt. Ecquis deinde hominum, corda aliorum intueri potest? quid ergo mirum si in diuina, cui ne in humana quidem amicitia certi simus de mutua beneuolentia, qui & de nostra ipsorum erga alios nonnumquam ipsi certi esse non possimus, & dubitandi secretas occasiones habeamus?

3. Amicitiæ condicio. Amici pauci deliguntur.

Vult etiam Aristoteles, (quæ tertia amicitiæ condicio est) legem amicitiæ esse, vt ea ad paucos deriuetur, & si fieri potest, singularis sit. Hoc & Caritas præscribit, & ex parte nostra magna non habet difficultatem, qui omnem nostrum Amorem in vnum Deum transfundimus: & quid diligamus, illud in ipso ac propter ipsum diligimus. Nec etiam in Deo (cuius Amor infinitus est) difficultas potest inueniri: etsi enim omnes diligat, nihil decedit alteri, quod vni vel pluribus elargitur: nec in eo id locum habet, *Pluribus intentus minor est ad singula sensus*, quia infinitæ intelligentiæ est, & in eo infinita sunt omnia.

4. Amicitiæ cõdicio, æqualitas inter amicos.

22. Æqualitas in amicitia, quarta condicio est, eamque desiderat Aristoteles. Certe nonnulla esse debet, etsi non deceat nimis exigue & exiliter ad calculos omnes amicitiæ cõdiciones vocare. Nihil tamen obest, nec decoro amicitiæ re-

fra-

fragaẽ, si inferior dignitate cũ superiore amicitiã cõglutinet: quod elegãter Lælius apud Ciceronẽ amicitiæ cultoribus præscribit. *Sed maximum est in amicitia*, inquit, *superiorẽ parem esse inferiori: sæpe enim excellentiæ quædam sunt, qualis erat Scipionis in nostro (vt ita dicam) grege. Numquam se illo Philo, numquam Rutilio, numquam Mummio antepositit, numquã inferioris ordinis amicis. Quintum vero Maximum fratrem, egregium virum, omnino sibi nequaquam parem, quod is anteibat ætate, tamquam superiorem colebat, suosque omnes per se esse posse amplioris volebat. Quod faciendum imitandumq; est omnibus vt, si quam præstantiam virtutis, ingenij, fortunæ consecuti sint, impertiant eam suis, communicentq; cum proximis: vt, si parentib. nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores, vel animo, vel fortuna, eorum augeant opes, eisque honori sint & dignitati. Vt igitur ij qui sunt in amicitiæ coniunctionisq; necessitudine superiores, se æquare cum inferioribus debent: sic inferiores dolere non debent se à suis amicis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate superari.* Hæc ille.

Nolim in amicitiæ personis tantum esse discrimen, vt mancipium Regis amicum esse vocandum putem: nisi Rex ipse seruo, qui multis erga Regiam maiestatem officiis fidem, ingenii præstantiam, virtutemque suam abunde probauit, singulari gratia manumisso, nobilitatis insignia, opes, dignitatesq; conferat, aut etiam in filium adoptet. Quod non raro accidisse historiæ testantur. Sicut nihil vetat, quin Princeps aliquis ignobilem puellam in focariam primum, deinde in pedissequam suæ matris, denique nobi-

nobilitatam, & dignitatib. auctam, ac ornatam, etiam in sponsam associet. Impares sumus, & inæquales, si naturam nostram peccato inquinatam & seruituti mancipatam spectemus: longeque maior est inæqualitas vt cum Deo amicitiam contrahamus, quam mancipij cum Rege. Matt. 20. verum *an oculus tuus nequam est, quia ille bonus est?* quos vult, nobiles facit, dignitate præstantes, & sanctitate illustres, immensa eius bonitate nostræ disproportionis & inæqualitatis defectus supplente. Quid si ergo nobilitatos cælesti gratia, si ditissimis cœlestium donorum ornamentis inclytos, ad regni sui communionem, ad filii adoptiui decora, hereditatis portionem, vel etiam in sponsam adscriba? qu's contradicet ei? vide D. Bernardus cum dixisset, *Nec verendum ne disparitas personarum claudicare in aliquo faciat concordiam voluntatum, quia Amor reuerentiam nescit; amando quippe Amor, non ab honorando, denominatur: honoret sane qui horret, qui stupet, qui metuit, qui miratur; vacant hæc omnia penes amantem: Amor sibi abundat; Amor, vbi venerit, ceteros omnes in se trahit & captiuat affectus: propterea quæ amat, amat, & aliud nouit nihil:* adiungit paulo post: *Adde quod sponsus non modo amās, sed Amor est.* Numquid beatus contendat quis esse: *ego non legi, legi autem quia Deus Caritas est: & non quia honor est, aut dignitas, legi non quia honorem non vult Deus, qui ait, Si ego pater, ubi est honor meus? Verum id pater: sed si sponsum exhibeat, puto quia mutabit vocem, & dicet, Si ego sponsus, vbi est Amor meus?* Hæc & plura Bernardus in hanc sententiam.

Serm. 83. in Cant. post initiū.

1 Ioan. 4. Mal. 1.

Est namque Deus, & Dominus, & pater: sed nos quoque & fratres, & sorores, & matres esse voluit: hi enim uero ad amicitias contrahendas idonei sunt gratisq; & diligunt se, & beneficiunt. Hinc Diuus Hieronymus: *Amicitia parem accipit aut facit.* *In c. 7. Michææ, super verba,* Nolite credere in amicos.

Adde quod admodum inæquales esse possint æquales, si, qui superior est, se demittat, & inferiorem attollam. Demisit se summus & immensus Deus: & *propter nos egenus factus est, cum esset diues.* Dominus omnium, se seruum fecit: *qui in forma Dei,* Deoque æqualis, *obediens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis:* qui optimus, & ab omni peccati labe immunis, *cum sceleratis reputatus est.* Quid? se *vermem & non hominem* esse asserit, *opprobrium hominum, & abiectionem plebis.* Si mundi sapientes requiras, hi non modo talem Deum nobis dicent superiorem non esse, sed multis mortalibus inferiorē, nihilque ad æqualitatem desiderari. In hoc rerum statu se constituit, vt mendicam naturam nostram, peccatorum cœno contaminatam, *lauacro aquæ in verbo vitæ mundans sanctificaret, sibique gloriosam exhiberet, non habentem maculam aut rugam,* dignam quæ in sponsam deligatur. En verba sponsi mendicam inuitantis: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populū tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum.* Audiuit: quid secutum est? ornata est mendica in modum filiæ Regis. *Omnis,* inquit Propheta, *gloria eius filiæ Regis abintus, in fimbriis aureis circūamicta varietatibus.* At decet vt habeat *Isaiæ 53. & Luc. 22. Psal. 21.* *Philip. 2.* *2. Cor. 8.* *Ephes. 5.* *Psal. 44.* *Ibidem.*

beat Regium comitatum. *adducentur Regi virgines post eam, proximæ eius adferentur tibi: adferentur in lætitia & exultatione adducentur in templum Regis.* Sed quid de nuptiis & mendicæ coronatione? de Reginæ inauguratione? quid de lætitia ac vestibus nuptialibus? Sic mendica hæc, & focaria sibi apud Isaiam gratulatur. *Gaudens gaudebo in Domino. & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.*

Isaia 61.

5. Amicitiæ condicio, voluntatũ conformitas.

23, Quinta amicitiæ condicio est, voluntatis & iudiciorum conformitas: vult enim amicus, & æquum reputat, quod amicus sapiens æqui bonumque iudicat ac vult. hoc quoque conforme est legi Caritatis, singulari Dei & hominis, amicitiæ. *Voluntatem* ipse *timentium faciet, & deprecationem eorum exaudiet*, denique *saluos faciet eos*: & nos vicissim Caritate incitati conformamus nos volũtati diuinæ, quotidieque dicimus, *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.*

Psal. 144.

Matth. 6.

6 Amicitiæ condicio, communicatio consiliorum.

Accedit sexta condicio, communicatio nempe consiliorum ac secretorum, quæ etiam inter Deum & homines mutua Caritate deuinctos reperitur. Dei hæc verba sunt ad Abraham qui amicus Dei appellatus est. *Num celare potero Abraham quæ gesturus sum?* & Christus ad amantissimos discipulos: *Omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Videt quidem ipse cordium nostrorum arcana, decet tamen ut

Gen. 18.

Ioan. 15.

&nos

nos sponte illi patefaciamus, & animam nostram in conspectu eius effundamus. Id monet Dauid sanctus. *Effundite*, ait, *coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.* Hoc enim amicitia requirit, vt infirmior ad potentiorem recurrat, opem auxiliumque postulaturus & accepturus, & vicissim pro nouo beneficio beneuolentiam nouo facturus, animique gratitudinem. *Psal.61.*

7. Amicitiæ conditio, bonorũ communicatio.

Septima conditio amicorum in bonorum communicatione consistit: amicorum enim omnia sunt communia. Quod si humanæ id præstat amicitia, omnium maxime Caritas. Deus in primis officio amici numquam deest, & quidquid habet, communicat. *Omnia vestra sunt*, ait Apostolus: *tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.* Cœlum, elementa, creaturasque omnes sensibiles, iumenta, & animalia omnia in vtilitatem nostram condidit Deus, Angelos custodiæ nostræ deputauit, tamquam *administratorios spiritus, in ministerium missos propter eos qui hereditatem capient salutis.* Denique *sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Spiritum quoque suum effudit in nos a-lunde, vt naturæ suæ participes efficeret, *vt adoptionem filiorum reciperemus. Videte* (ait Ioannes) *qualem Caritatem dedit nobis Pater, vt filii Dei nominemur & simus.* Quam sui communicationem ex parte Dei D. Thomas paucis his verbis comprehendit: 1. *Cor.3.* 2. *Cor.6.* *Psal.90.* *Hebr.1.* *Ioan.3.* *Gal.4.* 1. *Ioan.3.* *In Laudib. Officii de Venerab. Sacramẽto.*

Se nascens dedit socium,
Conuescens in edulium,

Se

Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

Quod si adeo profuse dilectissimum filium suum nobis largitus est Pater,& (vt ait Paulus) etiam *proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* *Rom. 8.*

Ex parte nostra omnia quoque in Dei obsequium Caritatis lege profundimus: & maxime Religiosi, qui voto paupertatis Deo bona omnia temporalia largiuntur, vel eius amore se iis abdicant, habendi etiam potestatem exuentes: voto castitatis corpus Deo consecrant, animam, intellectum, & voluntatem obedientiæ vinculo adstringunt, parati vitam, omniaq; sua in Dei gloriam & amorem profundere, non semel sed omni hora, die, & momento, dicentes: *Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.* *Psal. 43. Rom. 8.* & cum Apostolo: *Quis nos separabit à Caritate Christi tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à Caritate Dei, quæ est in Christo* Jesv *Domino nostro.*

8. *Amicitiæ conditio non suis sed amici rationibus insistere.*

Amicorum octaua condicio est, commodis propriis minime insistere, sed amici. Hoc Caritas facit, ac in primis Domini nostri Jesv, qui, cum inimici essemus reconciliauit nos Deo: quanto magis amicos conciliabit! *Descendi de-*

de cœlo, ait, *non vt facerem voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* item: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me.* & voluntas Patris erat, vt nullum ex iis, quos ei dederat, perderet, sed resuscitaret in nouissimo die. Omnes ergo laborum suorum fructus ad nostram vtilitatem retulit.

suis, sed amici rationibus insistere. *Rom. 5.* *Ioan. 6.* *Ioan. 4.*

Et quamuis Deus omne bonum nostrum nosque ipsos ad gloriam suam referat, id nihil de iure amicitiæ detrahit: sicut nec cum duo amici officia mutua ad honorem sui Principis referunt, aut ad Deum honorandum. Hoc enim amicitia nostra ac ratio honesta postulat, vt cuique suum tribuatur, iurisque cuiusque ratio sedulo habeatur: non enim tantum amici personam Deus sustinet: sed talis amici, qui etiam filius vltimus hominis sit. Adde quod in diuinæ gloriæ exaltatione ac procuratione non modo Dei, sed & amicorum eius vtilitas ac gloria procuratur ac promouetur, vt eleganter docet D. Augustinus.

Quare, si amici Dei esse velimus, non quæ nostra sed quæ Iesu Christi sunt, quæque eius gloriam spectant, quærere ac promouere, officii nostri intelligamus: vt nobis amplius non viuamus, sed amico; sicut ait Apostolus: *Caritas Christi vrget nos: quoniam pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* & alibi: *Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam & esurimus,*

Li. 1. de doctrina Christ. ca. 31. & 32. *2. Cor. 3.* *1. Cor. 4.*

& sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & in-
stabiles sumus, & laboramus operantes manibus no-
1. Cor. 9. *stris: maledicemur, & benedicimus,* &c. & alibi: *Cum*
2. Cor. 13. *liber essem ex omnibus, omnium me seruum fec.*
Itaque, sicut docuerat Paulus Caritatem non
quærere quæ sua sunt, ita facto ipso exprimere
voluit.

9. *Amicitiæ condicio, mutua confidentia.*

Amicorum confidentiam, vltimam ponemus ex condicionibus amicitiæ: vt nimirum se-
curitatem vnus alteri præstet. Hoc vtique fac
Caritas: nam omnes spem nostram coniicimus
1. Pet. 5. in Deum, *quoniam ipsi cura est de nobis*: nec ve-
Psal. 124. Dei amici anxio timore premuntur, quasi n
probandi sint: imo, quoniam *confidunt in Do-*
no, et unt immobiles *sicut mons Sion: non commo-*
bitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Monte
circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui, ex
nunc & vsque in sæculum. Deus etiam securitate
magnam ostēdit, cum gratiam suam in arrhi
& præmium incomparabile, imo seipsum co
cedit animis nostris, omnesque gratiarum su
rum thesauros homini committit, myste
maxima, ac eorum dispensationem, filiosq
quos amat impense, regendos tradit: vnde D
Cor. 4. Paulus ait: *Sic nos existimet homo, vt ministros Chri-*
sti, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam
quæritur inter dispensatores, vt fidelis
quis inueniatur.

CAP.

CAP. XXXII.

Caritatem esse beatitudinem, ac proinde PERFECTIONEM: *quod itidem allatis octo eiusdem insignibus ac titulis probatur.*

24. HActenus Caritatem contulimus cum gratia: cui, vt vidimus, nihil concedit Caritas vel dignitatis, vel PERFECTIONIS: cumque nihil ad diuinæ naturæ participationem ac vnionem adducat fortius, propius adiungat, nos denique Deo præ cæteris donis cælestibus arctius deuinciat, in ea PERFECTIO reponenda est: & si lubet, etiam ea beatitudo, quam in hac peregrinatione consequi postulamus, collocanda. *Tertia ratio principalis, qua probatur Caritatem esse Perfectionem.* *Caritatem esse beatitudinem viæ.*

Ea namque PERFECTIONIS nomen meretur virtus, quæ nos in hac vita, quatenus liceat, beatos efficit. Sicut enim in patria PERFECTIONIS titulis merito ornanda est illa operatio, quæ vt omnium perfectissima, nos perfectissime Deo, bono increato, adiungit ac conglutinat indissolubili nexu, quæque fons & radix est omnium bonorum, quibus anima deinde exuberat ac circumfluit, quæ nos denique beatos facit: sic & in via eam virtutem atque operationem PERFECTIONIS prærogatiua ornandam putamus, quæ & perfectissima sit, nosque firmissimo nexu in creato bono ad- 1.

stringat, ex quo omnia gratiarum fluenta promanent,& quantum ratio viæ patitur,nos efficiat beatos. Eam vero virtutem Caritatem esse arbitramur: eius enim operatio perfectissima est: quia perfectissimo modo tendit in Deum, quod viatoris proprium est. Et licet spes & fides in Deum tendant, non ea tamen excellentia vnde D.Paulus dixit, *Maior autem horum est Caritas*:ideoque merito beatitudo viæ appellanda: nam beatitudo, in quocumque spectetur statu, debet esse status illius perfectissima operatio. Illa est, inquit D. Paulus, *maior horum Caritas*. Hinc D.Augustinus:*Deus igitur,& animus quo amatur, Caritas proprie dicitur purgatissima & consummata,si nihil aliud amatur.* Hæc Augustinus.

D.Th.1.2. q.66.a.6.

1.Cor.13.

Lib.83. Quæst.q. 36.tom.4.

2. Accedit, maximam PERFECTIONEM hominis in hac vita esse, perfecte munus obire viatoris ad cælestem patriam contendentis: id enim est finis noster,dum in hoc viuimus statu. Hoc vero munus non consistit in consecutione,apprehensione,ac possessione summi boni, sed in contentione, cursu, ac conatu; in accessione & appropinquatione ad illud infinitum bonum, tamquam vltimum terminum. Hoc vero munus exercet Caritas, & nos ad cursum incitat, & ad Deum perfectissime tendere atque adspirare compellit. Eius enim functiones tendunt in Deum, vt est in seipso immensus, infinitus, summeque bonus, & sub excellentissima ac purissima ratione; nempe propter ipsum purissime, & sine respectu vllo priuati commodi.

Beatitudinem quoq; merito vocarim Caritatem, quod ei beatitudinis effectus optime quadrent: vnit enim animos nostros summo bono, quatenus condicio mortalitatis nostræ permittit: ita enim Christus Patrem rogat vt simus cum illo vnum, sicut ipse & Pater vnum sunt: quod per Caritatem efficitur. Ex ea quoque tamquam fonte, omnia deinde bona prouenunt, virtutes, diuina protectio, visitationes cælestes, communicatio bonorum cum beatis, cum omnibus qui Deum timent: quod de seipso Vates Regius testatur: *Particeps ego sum omnium timentium te.* Adde quod omnes hominis operationes viuificet, & in Deum dirigat: & sicut beati Deum tamquam finem vltimum contemplantur, sic & Caritas finem sese ceteris virtutibus ac præceptis exhibet. Denique eius operationem perfectam maxima sequitur delectatio, quæ huius beatitudinis decor ac fructus est: quod Apostolus his verbis indicat: *Fructus autem Spiritus est Caritas, gaudium, pax, patientia.* sed de his latius in titulis Caritatis, quos iam aggredior, hisque subiicio.

3. *Beatitudinis fructus.*

1. *Ioan. 17.*

2.

Psal. 118.

3.

4.

Gal. 5.

Primum ergo inter insignia, decora, ac ornamenta Caritatis beatitudinē collocamus, quod ea in se omnes prærogatiuas ac titulos contineat: nam *beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.* Hinc Chrysostomus vocat Caritatem *bonorum omnium radicem & fontem & parentem.* Item: *Sola*, ait, *Caritas æterna est, quia cū Deo in sanctis est, & ideo maior est. Denique nullum virtus sine Caritate perfectum est, nullum donum*

Quarta ratio principalis.

Insignia Caritatis seu tituli.

1. *Esse via beatitudinem.*

Chrys. lib.

de incomprehensibili Dei natura, hom. 1. in princ. tō. 5.

Serm. de fide, Spe, & Carit. tom. 4.

In tract. Cētum c. de doctr. varia, & de humil. comparanda, c. 90.

sine Dilectione aptum. Omnia quæ Spiritus sanctus deuotis impertit, aut Caritate perficiuntur, aut sine Caritate effectum nullum sortiuntur. Denique ipsum martyrium sine Caritate impleri non potest, hanc sine martyrio Caritas sola perfecta sit. At D. Ephræm solus pro omnibus hanc veritatem explicet. *Serua*, ait, *Caritatem vt pupillam oculorum. Lux & vita in ea sunt: serua eam. Gaudium est omnibus adhærentibus ei: diuina est possessio, Angelicæ dignitas: tene eam. Si dilexeris eam renouabitur vt aquilæ iuuentus tua: si seruaueris eam, erit tibi exultatio coram Angelis Dei. Si eam dilexeris, præeminaberis in cunctis operibus tuis: si dilexeris eam, habitabit in te gratia Dei, eritque gratia instar fontis diffluentis medicamenta hominibus, bonusque odor tuus cor tuum exhilarabit. Columna hæc est omnium virtutum: nullus in ea reperitur dolor mortis: instituit & fortitudinem, patientiam & pacem edocet: hæc mus Dei est: eam serua.* Hæc Ephrem. quæ omnia beatitudinis sunt proprietates, quas hi sancti Caritati attribuunt.

2. Titulus. Esse finem omnium. 1. Legis. Matth 22. In Enchiri. c. 121. tom. 3 1. Tim. 1.

26 Alterum decus seu titulus Caritatis est quod finis sit omnium. Et quidem primum finis Legis est vniuersę; & *in his duobus mandatis* Christus, *vniuersa Lex pendet, & Prophetæ*, quæ de re ita Augustinus: *Omnia præcepta diuinarum referuntur ad Caritatem: de qua Apostolus: Finis autem præcepti est Caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Omnis itaque præcepti finis est Caritas: id est, ad Caritatem refertur omne præceptum. Quod vero ita sit vel timore pœnæ, vel aliqua intemperie carnali, vt non referatur ad illam Caritatem, quam*

diffu-

effundit Spiritus sanctus in cordibus nostris, nondum [illegible]
quemadmodum fieri oportet, quamuis fieri videatur
Caritas quippe ista Dei est, & proximi, & vtique in
in duobus præceptis tota Lex pendet, & Prophetæ adde
Euangelium, adde & Apostolos; non enim aliunde
nix ista est. Finis præcepti est Caritas. Quæcumque
ergo mandat Deus, & quæcumque non iubentur, sed spi- 2. *Consilio-*
rituali consilio monentur, (ex quibus vnum est, Bonum *rum.*
est homini mulierem non tangere) tunc rectè fiunt, cum 1. *Cor. 7.*
referuntur ad diligendum Deum, & proximum pro-
pter Deum, & in hoc sæculo, & in futuro. Hæc Augu
stinus.

Est etiam finis virtutum omnium; quia ad fi- 3. *Virtutũ*
nem suum referre potest singularum virtutum *Gal. 5.*
actus, & eos imperare. Ideo Apostolus dicit *fidẽ* *Rom. 5.*
per Caritatem operari: spem non confundere, quia Ca- 1. *Cor. 13.*
ritas Dei diffusa est in cordibus nostris. Caritas patiens
est, benigna est, Caritas non æmulatur. Quid mi-
rum? nam exercere potest omnium virtutum a-
ctus, & ad se referre: quia virtutum omnium fi-
nis est.

Est & finis Scripturarum: eo enim dirigun- 4. *Scriptu-*
tur, vt Deum proximumque diligamus: vt ele- *rarum.*
ganter D. Augustinus: *Quidquid salubriter mente* *In Psal 140*
concipitur, vel ore profertur, vel qualibet diuina pagina *tom. 8.*
sulpitur, non habet finem nisi Caritatem.

Finis est creaturarum omnium, quæ ad Ca- 5. *Creatu-*
ritatis communicationem à DEO conditæ *rarum om-*
sunt. *nium.*

Est finis hominis, quià Deo destinetur vt Deũ 6. *Finis ho*
suum diligat eique seruiat. Nec vmquam in hoc *minis.*
mundo, nedum in altero, beatus erit, si

Amori creatoris sui defuerit. Denique si Deus finem sibi præstitutum haberet, ille Caritas esset. Et sane *omnia propter semetipsum operatus est Dominus.*

Prou. 16.

3. Titulus, Præceptorum ac cõsiliorum esse consummationem. Li. 2. de Sacerdot. post medium.

27. Ex hoc sequitur aliud insigne Caritatis summum esse præceptum, præceptorum & cõsiliorum complexionem ac consummationem: quare Chrysostomus, *Nostin'* ait, *Caritatis quanta sit vis? certe Christus reliquis prodigiis ac miraculis posthabitis, quæ ab Apostolis edenda essent. In hoc, inquit, cognoscent omnes quod discipuli mei stis, si Caritatem inter vos mutuam habueritis.* Quin etiam Paulus *Caritatem Legis esse consummationem affirmat sine qua ipsa dona nulli esse vsui vult:* Diuus autem Augustinus erudite admodum hac de re. *Præcepta*, ait, *quibus ipsa vita bona continetur, impetratur, & discitur, multa omnino præcepta sunt, & innumerabilia: præceptorum ipsorum paginas vix quisquam enumeret: quanto magis ipsa! Quæ voluit tamen Deus, propter eos qui se possent excusare, vel quia eis non vocat legere, vel quia non norunt legere vel quia non possunt facile intelligere: vt excusationem nemo habeat in die iudicii, voluit, sicut scriptum est, consumare & breuiare verbum super terram. Hoc ipsum verbum consummatum, & abbreuiatum, nec obscurum esse Deus: voluit: ideo breue, ne non vacaret legere: ideo apertum, ne quis dicat, Mihi non licuit intelligere. Thesaurus ergo est magnus diuinarum Scripturarum, habens in se mirabilia præcepta, & multa, tamquam multas gemmas, & pretiosa monilia, & vasa ingentia, & magni metalli. Sed quis potest scrutari thesaurum istum, & vti eo, & peruenire ad omnia quæ ibi*

Ioan. 13. Rom. 13. Li. de disci. Christ. c. 2. tom. 9.

Rom. 9.

ri sunt? Ideo post similitudinem de thesauro abscondito in agro, ne quis se minus idoneum diceret ad perscrutandum thesaurum, continuo dedit aliam similitudinem de pretiosa margarita: vt, si piger eras ad thesaurum perscrutandum, non sis piger vnam pretiosam margaritam sub lingua ferre, & quouis securus amplexare. Et hoc est verbum consummans & abbreuians: Diliges Dominum Deum tuum. Hæc Augustinus. Continet ergo Caritas præcepta omnium virtutum, omnis Legis, siue scriptæ, siue ore prolatæ. Probat ea quæ à Regibus feruntur, à parentibus, à magistratu, à superioribus: vultque vt ea seruentur. Suadet paupertatem, iuuat eos qui castimoniam diligunt: quos ad votum obedientiæ nuncupandum, nonnullorumque aliorum consiliorum Deo præpositisque obseruandum inclinat. Et hæc quidem, vt tamquam muri & aggeres seruiant ad amorem Dei tuendum, ipsaque liberius in amplexus amantissimi Domini sui irruere, eius obsequiis delectari, ac hisce tamquam summis deliciis commorari securius valeat. *Matth. 13.* *Matth. 22.*

28. Aliud insigne Caritatis est, quod Caritas anima sit, vita, PERFECTIOque virtutum ceterarum: adeo vt, Caritate sublata, earum nullæ maneant: ipsa præsente, reuiuiscant omnes, & velut astra quædam ab ea, tamquam à sole, lucem vitamque accipiant. quod maximum habet & momentum, & vtilitatem: vt enim corpus mortuum nullam viuentem operationem facit, truncoque similius est quam homini: sic & anima sine Caritate, etiamsi

4. Titulus, Caritatem esse vitam virtutum.

1. Anima sine Caritate similis est corpori mortuo.

totum mundum expugnare possit. Accedit,
Opera facit infructuosa. Similia. quod opera, quæ Caritate absente fiunt, infructuosa sint, nulloque modo meritoria: talis enim qui Caritatem non habet, peccati mortisque seruus est, Dei inimicus, minusque idoneus quam vt aliquid possit promereri. Sicut qui domesticus non est patris-familias, de mensa quoque eius non participat: & qui extra vineam pulsus, denarium diurnum non potest exigere: neque qui in gratiam Domini alicuius non operatur, ab eodem laborum præmium petere: sic qui caret hoc insigni Caritatis ac decore, nec panē nec mercedem potest meri reri, etiamsi ieiunauerit, corpus flagellauerit, pauperibus largitus eleemosynas fuerit: *nonne* *Matth. 5* enim & *ethnici hoc faciunt?* at quam illi recipiunt mercedem?

3. *Non satisfacit pro peccatis. Eccle. 34.* Addo, hunc eo statu inidoneum esse qui pro peccatis satisfaciat: *dona* enim *iniquorum non probat Altissimus.* Quod si quippiam impetrauerit, nitatur á Deo fusis precibus: vtique oratio ei fiet in peccatum, eritque execrabilis coram Deo si animum ad reconciliationem non flectat.

4. *Nihil meretur. Simile.* Nec vnquam vel gratiam vel gloriam merebitur: est enim Caritas meriti radix, à qua & virror & folia, & flores, & fructus prodeunt, quos si rami non adhæreant, actutum exsiccantur & virorem fructumque non ferunt, quia radici succo non aluntur.

5. *Comparatur soli.* Hinc etiam Caritas comparatur soli, à quo pendet animalium vita, & conseruatio mundi.

Tol-

Tolle è cœlo solem, mundum sustulisti: sequitur vniuersæ terræ interitus. E microcosmo solem tollis, cum Caritatem extinguis.

6. *Comparatur Filio Dei.*

Altius ascendo, & Caritatem cum Filio Altissimi comparare non reformido. Vt enim nihil vel in cœlo vel in terra est, in quo ita beneplacitum est Deo, sicut in Filio, quem ex se ab æterno genuit, & in tempore mortalibus concessit: ita in rebus creatis nihil gratius est vel in cœlo, vel in terra, Caritate: in qua veluti sola, aut præ ceteris omnibus, Deus sibi complacet: nihilque ei gratum, quod Caritatis venustate destitutum est. Est namque per se pulchra, Deoque grata: & sicut filius in parentis oculis semper gratissimus est, ita & Amor, & ardens in Deum Caritas.

7. *Rebus naturalib. vè tam tribuit.* *Rom.* 14.

19. Illud mirandum in Caritate, quod non tantum virtutum operibus vitam tribuat, sed etiam rebus naturalibus, quæ ex se à vita spirituali absunt longissime: quales sunt, comedere, bibere, & alia ad vitæ humanæ sustentationem opera necessaria. Terrea sunt hæc: *non est enim regnum Dei esca & potus*: cum vero à Caritate prodeunt, aurea efficiuntur. Fabula est, Midam Gordiæ bubulci filium, Phrygum Regem, plus æquo auri appetentem, à Bacco, quem domi hospitio exceperat, impetrasse, vt, quidquid attingeret, illud in aurum verteretur. Itaque & mensa, & cyathus, & panis, & vestis, & pauimentum, & domus ipsa in aurum mutata sunt. Quod naturaliter fieri nequit, hoc Caritatis vis potest efficere: mutat enim omnia in aurum: &

ter-

terram, cum ad Dei obsequium illam calcat: & panem, cum illum frangit pauperi; & aquam, cum Christi amore eam porrigit: & mensas, & tecta, cum ad honorem Dei iisdem vtitur. Ideo Apoc. 3. Ioannes, *Suadeo*, inquit, *tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias.* Hoc pete à locuplete Caritate, & Mida ditior eris. Hinc Dium 1. Cor. 16. Paulus, *Omnia*, inquit, *vestra in Caritate fiant*: & quidem in Caritate, & ex imperio Caritatis. Id- 1. Cor. 10. eo alibi idē Apostolus: *Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Hoc est imitari Salomonis magnificentiam, qui templum suum auro omni fere loco vestitum; nihil erat in templo quod auro vestitum non esset. Si oculis intueare, si lingua, si auribus, si corde, si capite, si manibus & pedibus, si anima & corpore ex Caritatis imperio vtaris: quidquid hisce tetigeris, vertetur in aurum obryzum & purissimum totus auro fulgebis, vestiere auro, templumque eris Deo gratius templo Salomonis, in quo Deus ipse requiesceret, & lubens deprecationes tuas exaudiet.

8. 30. Illud alterū mirandū est, auctore D. Gregorio: Caritatem aliena opera efficere propria. *Caritas aliena facit sua nullo alterius dāno.* si enim probes, si ames, si aliena placeant, & ad qua ratione in societatē operis venias: aliena tua efficiuntur. vnde D. Ioannes: *Si autem in luce ambulamus, societatem habemus ad inuicem, & sanguis* 1. Ioan. 1. *Iesu Christi emundat nos ab omni peccato.*

9. Nec omittendum, Caritatem omnium operum, quæ in Ecclesia fiunt, nos facere participes: ipsa enim nos capiti Christo coniungit, cui cor-

corpus coagmentatum est: & quod vnum membrum facit id bonum est toti corpori, & membris ex eo singulis sua portio accedit.

Facit nos participes omniũ bonorum.

11. Quintum Caritatis elogium est, quod stimulus dici possit omnium virtutum: etenim eas excitat in nobis, & vt officij sui memores sint, quodammodo hortatur: qui enim singulari amore Deum prosequitur, desideriis multis æstuat eidem complacendi, eiusque obsequendi voluntati: quæ in hoc consistit maxime, vt mandata eius custodiamus, vt virtutes omni loco & tempore exerceamus. Quæ enim sponsa maritum diligit, omnia studia sua, opera, ornatum, curas ad mariti transfert beneplacitum: & si cor eius videre maritus posset, sua omnia desideria & voluntates in ea agnosceret: sic & qui sponsæ adinstar Deo afficitur, vult quidquid Deus, facit quidquid ipse desiderat, in eius explenda voluntate totus acquiescit. In hoc inter amores humanos & diuinam amicitiam differentia est, quod alter coniugum alterius animum non penetret, nec videat, Deus vero cor intime videat, penitusque intueatur: sed quanta sua voluptate, nostroque fructu! faciter-go Amor, vt & interius preciosis monilibus virtutũ ornemur, & exterius fulgentibus operum gemmis colluceamus: denique Deo similes efficiamur, qui, cum simplicissimus sit, omnium tamen virtutum ac PERFECTIONVM laudibus atque aggregatione cumulatur. Caritas quoque perfecta nos simplicissimos facit, quia vnus Amor est, *non æmulatur, non agit perperã non*

5. Titulus, Caritatem esse stimulum omniũ virtutum.

Simile.

Caritas nos Deo similes facit.

1. Cor. 13.

non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, hæc enim simplicitati aduersantur: nihilominus & patientiæ, & spei, & fortitudinis, & iustitiæ vices subit: vna denique & simplicissima virtus est, & omnes virtutes in se continet, quia *Caritas patiens est, benigna est: omnia suffert, omnia sperat, omnia sustinet.*

Ibidem.

Caritas igni comparatur.

Adde quod Caritas igni soleat comparari, cuius vis maxima omnia in se conuertit: sic & Caritas maxime diuersa in naturam suam transfert, & velut ars alchymistica virtutum omnium actuumq; naturalium opera in ignem & Amorem conuertit.

Caritas omnib. vitijs aduersatur.

32. Hic stimulus duos fructus parit. Vnus est, quod, sicut ad omnes virtutes impellit, ita vitia omnia profligat: & sane persequitur quidquid amico displicet, quidquid sibi nouit maxime aduersari. Quid vero Dei amicitiæ ac Caritati magis aduersatur quam vitia? ergo odit, & quantum in se est, perdit, destruit, & proculcat. Alter fructus est, quod cum omnibus virtutibus calcaria subiiciat, tum in primis fortitudinis virtute nitatur, auctore D. Thoma, Efficit enim vt Dei amicus aliarum virtutum ferat molestias, ardua moliatur ac suscipiat excelso animo, in periculis & doloribus mentem obduret, nec difficultates tam ratione metiatur, quam desiderio. Effectus namq; suarum causarum sequuntur naturam: vt, si potentes eæ sint, similes effectus futuri sint, qui ex eis prodeunt. Cur auarus tot laboribus diuitias parat? Quia diuitiarum in eo magna cupiditas, quæ desiderium generat, desi-

Caritatis fortitudo.

2. 2. q. 139. a. 2, ad 2.

Ratione declaratur.

desiderium vim admouet, vt rem cupitam consequatur. Magna vis animalium est in conseruandis catulis, quorum causa sese venatorum venabulis ac spiculis intrepide & pertinaciter obiiciunt. Narrat Plinius tigridem matrem sobole adeptos catulos mira fortitudine recuperare. Eius verba sunt. *Tigrin Hircani & Indi, ferunt animal velocitatis timidæ, & maxime cognitæ dum capitur. Totus enim fœtus qui semper numerosus est insidiante capitur, equo quam maxima pernici: atque in recentem subinde transfertur. At vbi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non est sobolis:) fertur præceps odore vestigans. Raptor appropinquante fremitu abiicit vnum è catulis. Tollit illa morsu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterumque consequitur, ac subinde donec in nauem regresso, irrita feritas fremit in litore.* Hactenus Plinius. Hoc amor &c. Hoc amor catulorum efficit: quod & in parentibus erga proles fieri experientia cognoscimus. Prima autem causa quæ ad agendum incitat, finis est: cuius Amor, quo maior est, eo subsequentes causæ potentiores effectus producunt. Cum vero Deus finis rerum sit omniũ, & beatitudo nostra: eius Amor si magnus sit, magnum quoque excitabit desiderium, vimq; ingentem imprimet ad illum finem assequendum. Fortitudo ergo illa à primo fonte ac radice procedit Amoris: ideoque Caritas *fortis vt mors* dicitur, quod omnia vincat, vt D. Augustinus diserte explicat. *Virtus* (inquit) *Caritatis est, quam nemo vincit: huius ignem nulli fluctus sæculi, nulla flumina tentationum extinguunt: de hac dictum*

Natur. hist. li. 8. ca. 18.

Cant 8. In Ps. 47. sub fin. to. 8

dictum est, *Valida vt mors Dilectio.* Quomodo enim mors quando venit, resisti ei non potest: quibuslibet artibus, quibuslibet medicamentis occurras, violentiam mortis vitare non potes, quoniam mortalis natus es: sic contrà violentiam Caritatis mundus nihil potest. In contrario enim similitudo data est de morte. Quomodo enim mors ad auferendum violentissima est, sic Caritas violentissima est ad saluandum: per caritatem enim multi mortui sunt sæculo, vt viuerent Deo. Hæc ibi. Alias causas fortitudinis Caritatis alibi assignat idem Augustinus. *Merito dicta Caritas, sit fortis vt mors, siue quia nemo eã vincit sicut mortem, siue quia in hac vita vsque ad mortem est mensura Caritatis, sicut Dominus ait: Maiorem hac Dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis: siue potius quia sicut mors auellit animam sensibus corporis, sic Caritas à concupiscentiis carnis.* Hæc Augustinus.

1. *Caritas fortis vt mors dicitur ob varias causas.*

Epist. 29. ad S. Hier.

Ioan. 15.

Nec tantum fortis est Caritas vt mors, sed morte fortior est: triumphat enim de morte, de tyrannis, & de mortibus plurimis reportat trophæa. Clamant tyranni, qualis Decius cum D. Laurentio decertans, Dacianus cum S. Vincentio, aliique plurimi: Vincimur, & cogitationibus nostris in tormentis inueniendis maiores animos, morteque ipsa generosiores, inuenimus. Est enim Caritas lorica salutis vndique munita: quacumque eam aggrediaris, tundi potest, contundi frangique non potest. Amictus ille est, quem Christus Apostolis ante discessum ita promiserat: *Sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.*

2. *Caritas fortior morte.*

Luc. 24.

Et quid mirum, si Caritas triumphat de mun
do, de carne, de tyrannis, de morte, *cum ipsum immortalem aggressa vicerit*, auctore Bernardo; & in hanc mundum eum pertraxerit, seruum reddiderit, legi subiecerit; esurire, sitire, algere, vagire mori denique coegerit? hæc enim Amor salutis nostræ in Deo operatus est, vt pie D. Ephræm *Hæc ipsa* (inquit) *rursus vnigenitum Dei Filium ad nos cœlis attraxit. Per hanc Caritatem Deus humanam naturam assumpsit, incorporeus incarnatus est, inuisibilis visibilis factus: per hanc paradisus apertus est, ligatus est fortis, anima facta est sponsa Christi. Nam si anima absque Caritate hac fuerit, non complacebit sibi in ipsa cœlestis Dominus.*

3 *Caritas Deo non inferior fortitudine. Serm. 64. in Cant. in fine.* *Lib. de extremo iudicio, & compunctione cordis.*

Vincit deinde Caritas possessorem suum: nam & parentes plus filiis quam sibi viuunt: nulla ipsa necessitate laborant & fatigantur; malunt filiis delicias, quas ex ore depromunt ac detrahunt, quam sibi. Ita etiam verus amans non sibi vivit, sed Deo amicissimo; ei thesaurizat, ei delicias parat & porrigit. *Siue enim viuimus Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus.*

Caritas vincit possessorem suũ *Rom. 14.*

Denique Caritas sibi auara, aliis prodiga, profundit se suaque omnia in eum quem amat: sereta in se, benigna in amicum; sese spoliat, vt eam vestiat: & sicut gallina, vt oua foueat, caloremque pullis venturis impertiat suum, plumas pectoris exuit, atque infatigabiliter incubat; ita & Caritas lubens donat quidquid habet; seque spoliat, vt Deum in membris foueat ac cõsruet.

5. *Caritas auara sibi aliis prodiga Simile.*

6. Titulus. Iugum Domini suaue facere.

33. Sextus Caritatis titulus est, quod iugum Domini leue efficiat ac suaue. Optime dictum: Qui amat, aut non laborat, aut ipsum amat laborem; quod confirmat D. Bernardus his verbis: *Serm. 85 super Cant.* *Vbi amor est, labor non est.* & alibi: *Fateor, inquit, non sustinui pondus diei & æstus, sed iugum suaue, & onus leue: pro beneplacito patris-familias porto opus meum vix vnius horæ: & si plus, præ amore non sentio.* Caritas namque in rem dilectam oculos perpetuo habet intentos; cumque ad eam per labores perueniendum sit, ex finis delectabilis recordatione media ipsa amaritudinem perdunt, dulcedine perfunduntur: non enim solum mel dulce est, sed & quidquid cum eo gustatur. *Gen. 29.* Tales fuerunt labores Patriarchæ Iacob, qui memor pulchræ Rachelis, cuius amore tenebatur, ne quidem annorum quatuordecim labores ac molestias sensisse visus est. Quam multi vitiorum seruiac mancipia patiuntur! quã multa ambitiosi, vmbras honorum! quam multa libidinosi, voluptatum simulacra prosequentes vix tamen sentiunt, quia Amor laboribus permixtus, quasi vehiculum quoddam, patientem subleuat ac deuehit, vt voluptatis captus illecebra dolorem non sentiat. Quanto magis id vim venire debet vbi & honestum est quod amatur, & Amor ipse præsertim, quo rem ipsam consequi nitimur.

7. Titulus. Iũgere partes cum capite, & eas inter se.

34. Septimum Caritatis insigne est, quod singulas partes capiti finique suo copuler, ipsasque sic vniat inter se, vt à capite in singulos homines tamquam in membra, omniũ bonorum gene-

monfluant. Capiti, inquam, hominem Deo fi- 1.
lio copulat, in illumque transformat ac com- *Cum capite mirabiles vnionis figura.*
mutat. Est enim amor vita quædam duo copulans, amantem nempe ac amatum, vt vnum quasi ex duobus conflatum dixeris. Cum de coniugibus Scriptura dicit, *Erunt duo in carne vna*, non videtur literalis sensus commode capi posse, nisi συνεκδοχικῶς, vbi pars pro toto ponatur in tori immaculati copula: corpora enim coniugum duo, sunt multarum partium, & magnæ molis. Nec dicit, Erunt duo spiritus in carne vna; sed, Erunt duo coniuges in carne vna. potius dicendum videretur, Erit vnus spiritus in duobus corporibus: aut, duo spiritus in mutuis corporibus. Vera tamen est Scriptura, & sapienter prolata, sed longe perfectius impletur in veritate quam in figura: *Sacramentum enim hoc magnum est*, ait Apostolus; *ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Ante, ex Diuo Bernardo, matrimonium spirituale Dei ac hominis descripsimus. Hoc etiam Diuus Ephræm graphice his verbis expressit: *Est anima nostra sponsa sancta facta immortalis Sponsi: nuptiarum autem copula diuina sunt Sacramenta: per quæ sancta anima iungitur Sponso, dum cum timore atque tremore digne sumuntur.* Verissimum ergo est, *Erunt duo in carne vna*, cum Deus nobis singulari Amore coniungitur. Totus Deus in homine est, & totus homo in Deo: *qui enim manet in Caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Quod si velit duo integra corpora permisceri, quod in coniugibus impossibile est, in Eucharistiæ Sacramen-

Figura 1. Gen. 2.

Ephes. 5.

Lib. de iudicio extremo, & compunctione cordis.

Gen. 2.

1. Ioan. 4.

to fit. Homo Deo copulatur, vt in vna eademque carne hominis, duæ naturæ diuersæ sint, duo corpora, duæ animæ, natura itē humana Christi ac diuina, tres personæ sanctissimæ Trinitatis: in carne vna, inquam, in corpore hominis Deum suum diligentis, ac participantis tremenda Mysteria.

35. Hæc vnio alia similitudine clarius illucescet: vt enim cera cum sigillo impresso vnum sunt, ita & Deus vnitus cum anima. Est enim intellectus, teste Philosopho, quodammodo omnia: quia, si domum videat ac cogitet, ideam domus efformat in se, ac repræsentat, & quodammodo domus est: si hominem, homo: denique Deum, quodammodo Deus est. Et voluntas, cera est: si signetur Amore Dei, illum tamquam characterem impressum accipit, & imaginem voluntatemque Dei concipit. Hinc merito tales sumus, qualis Dilectio est: & Apostolus dicit: *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* Hæc transformatio naturarum non est, sed affectionum; sicut matris impensissime filium diligentis: vtriusque, inquam, matris & filii cogitatio, vtriusque desideria ac voluntas in mente matris eadem sunt; quidquid boni est in mundo, imo & propria bona, filio optat ac precatur. Vnde Cato senior optime, *qui vere amat, eum ipsum mortuum esse in proprio corpore, & viuere in alieno.* Verum quoque illud est à D. Bernardo dictum, *præsentiorem spiritum nostrum esse vbi amat, quam vbi animat.* Ita anima Deum amantis, eiusque desiderio af-

Figura 2.

1. Cor. 15.

Li. de præcepto & dispensat. c. 27.

tiantis, plus in Deo est, quam in corpore quod informat: eique omnia possibilia bona exoptat, nata commodis omnibus carere, multa perferre incommoda, modo Dei gloria augeri promouerique possit.

D. Paulus huius transformationis exemplum præbet accommodum, de surculo qui arbori inseritur: fit enim is simul vna arbor, viuitque ex radice, fructus profert, quos ex se non posset. Ita & nos vnum efficimur cum Deo & inserimur per Caritatem: ex eo viuimus, & fructus eminentes producimus. hinc D. Paulus: *Viuo autem, iam non ego, viuit vero in me Christus.* *Figura. 3.* *Rom. 11.* *Gal. 2.* *Figura. 4.*

Denique qui aliquid amat ardentius, non quiescit, donec illud consequatur, & quodammodo eius formam induat: vt qui litteras amat, qui Theologiam, qui Iurisprudentiam, qui humilitatem, non tantum formas suscipit scientiarum ac virtutum, sed etiam nomen sortitur: litteratus enim dicitur, Theologus, Iurisconsultus, humilis. Sic qui Dei amicitiam consecutus est, amicus Dei appellatur: quia quodammodo Deum induit, eius figuram ac formam animo suo impressit, ideo diuinus, imo & Deus appellatur. *Ego dixi* (ait Dominus) *Dii estis, & filii excelsi omnes.* *Psal. 81.*

36. Vnit etiam Caritas partibus partes: membra enim sumus corporis Ecclesiæ, vt Apostolus. *Vos autem estis corpus Christi*, inquit, *& membra de membro.* Hoc corpus vno spiritu Caritatis informatur: vnitur cum capite, à quo spiritus

Caritas vnit partes inter se. *1. Cor. 12.* *Act. 4.*

dimanat: hinc illud sequitur, *multitudinis credentium esse cor vnũ, & animam vnam.* Hinc D. Petrus mandat vt simus *vnanimes*: quia vna Caritas, vna omnium est anima. Christus denique pro Apostolis rogat Patrem, & pro nobis. *Non pro eis rogo tantum*, ait, *sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me; vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.* Hinc apud D. Dionysium Hierotheus: *Amor siue diuinus, siue Angelicus, siue spiritualis, siue, vt ita dicam, animalis, siue naturalis, virtus vnitiua est, superiora ad inferiorum mouens prouidentiam, & aqualia ad socialem communionem adigens.*

1. Pet. 3.

Ioan. 17.

Lib. de diuinis nomin c. 4. p. 2.

Sicut ergo nos vnit Deo, ita etiam proximis copulat: & ad seruandum locum nobis congruum in Ecclesiæ corpore, siue inferiorem, siue superiorem, pro exigentia nostri status aut dignitatis, suauiter & potenter impellit. Idem Richardus à S. Victore. *In se*, ait, *per Amorem homo vnus efficitur, dum se intra se recolligens, & ratis affectibus cunctis à locis quibus captiui tenentur solum vnum incommutabiliter amat, nec amplius diuersa mutatur. Paratus enim per Amorem in plura num quam sibi inuenitur vnus vel idem, sed semper sibiipsi dissimilis: quia toties variari cogitur, quoties quod amat variatur. Proximo etiam per Caritatem vnitur homo, dum non solum sine querela, quantum in ipso est, idem omnibus studet effici, sed & omnium successibus coaptari, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, infirmari cum infirmantibus, & cum scandalizatis vri:* & elegantissime D. Augustinus in hæc verba: *Erat ibi tunica, dicit Euangelista, desu-*

De gradib. Caritatis, c. 4.

In Ps. 21. ex pos. 2. to. 8.

Ioan. 19.

ipsuper texta. Quæ est ista tunica, nisi Caritas quam nemo potest diuidere? Quæ est ista tunica, nisi vnitas? ipsam sors mittitur, nemo illam diuidit. Sacramenta sibi hæretici diuidere potuerunt, Caritatem non diuiserunt: & quia diuidere non potuerunt, reliquerunt: illa autem manet integra. Sorte obuenit quibusdam. Qui habet hanc securus est. Nemo illam mouet de Ecclesia Catholica: & si foris illam incipiat habere, intromittitur, quomodo ramus oliuæ à columba.

Ex hac vnione membrorum inter se cum capite ac fine suo, virtutes profluunt omnes, vt Doctores loquuntur; dona item Spiritus S. & quidquid bonorum Deus Ecclesiæ amicisque suis communicat. *D. Thom. 2. q. 65 a. 5*

57. Octauum insigne Caritatis est gaudium, quod omnem huius mundi delectationem superat. De eo vero Apostolus: *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras.* Oritur pax, sicut & gaudium, ex præsentia dilecti: & quies quædam est proueniens ex adepto & possesso bono, eo modo quo haberi potest. Sicut ergo à sole lumen, ab igne calor; sic ab Amore gaudium ac lætitia spiritualis quasi decor quidam emicans exoritur auctorem suum Spiritum sanctum facile iudicans, qui animorum consolator appellatur. Hæ consolationes excedunt humanum sensum sicut & ipsa Caritas, quæ *supereminens* ab Apostolo nominatur. Primum, quia nobiliores potentiæ sunt in quibus excitantur; in anima nempe rationali ac potentiis eius, quæ præstant

8. *Titulus Gaudium humanum sensum excedens.*

Philip. 4.

Eph. 3. 19.

corporis sensibus: vnde effectus prodire nobiliores, quam sensuum delectationes, quæ bru-
2. tis communes sunt, necesse est. Accedit quod huiusmodi delectationes non tam humanæ cē-
3. seantur quam diuinæ, vtpote à gratia excitatæ. Habent & pro obiecto non aurum, non humanam gloriam, fugacem ac perituram, voluptatemue ex corpore promanantem, quæ plerumque cum immunditia coniūcta esse solet ac turpitudine: sed infinitum bonum, quod longe sublimius fortiusque afficit eas facultates, quas
4. peruadit, quam creaturæ omnes. Est & illud ipsum summum bonum velut centrum animæ rationalis, sine quo quiescere non potest: quod pleniſſime quidem satiabit in cœlo, replet tamē in hoc mundo quantum ratio ac condicio peregrinationis nostræ patitur, etsi non omnino sa-
Vnde gaudium oriatur. tiet desiderium nostrum. Hoc præsente, euanescunt mundi vanitates, fluxaq; gaudia: sicut sole
2.2.q.28.a. 4. lucente, astrorum lux offuscata fugataque recedit. Hoc gaudium, auctore D. Thoma, ex bono amato primum, desiderato deinde, demum acquisito nascitur. Est enim desiderium, animi motus in bonum optatum: cuius bonitati & motus ipse conformis est: vnde, si bonum illud vanum fuerit, similis erit & motus, & gaudium. Infinito ergo bono acquisito, etiam suum gaudium respondet, sed more viatorum, adhuc valde imperfectum comparatione beatorum. Delibandas tamen propinat Dominus amicis suis primitias quasdam, & catellis sub mensa dominorum aspicientibus atque aspirantibus micas

quasdam

quasdam proiicit: quas cum Dauid probasset, *Psal. 83.* exclamauit: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum*: & propter has *elegit abiectus esse in domo Dei sui, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum: quoniam melior est dies vna in hisce atriis super millia.* Sanctorum plurimi mundum, & omnia quæ in mundo sunt, palatia prædiaque ad voluptatem composita, delicias denique omnes, hisce micis posthabuerunt: ac deserta loca petentes, in oratione & contemplatione, velut catelli sub mensa, multis annis hisce deliciis impleti sunt. Verum in hac mortalitate impleri bonis possumus, satiari non possumus.

CAP. XXXIII.

Quæ Caritas iudicio sanctorum Patrum sit PERFECTIO.

38. EX his, quæ diximus, id argumenti confici potest: nullum esse virtutis genus, quod hisce aliisue prærogatiuis, veræque PERFECTIONIS insignibus, Caritatis splendorem aut superet, aut etiam exæquet: meritoque eidem Caritati PERFECTIONIS nomen ac titulos esse tribuendos, quandoquidem nos beatos efficiat, & æternæ felicitatis præliationes quasdam cælestesque delicias præcipere faciat. Illud porro cognoscendum super- *Quæ Caritas sit Perfectio.*
sit: *Quæ & qualis Caritas hæc decora ac prærogati-*

Eccle. 4. Caritas triplex: incipiens, proficiens, & perfecta.

uas mereatur. Nam & in Caritate sunt gradus. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Fortis est simplex, duplex fortior, fortissimus triplex. Est namque Caritas incipiens, & illa funiculus simplex: est & proficiens, & merito duplex: perfecta, & hæc funiculus triplex, & fortissimus, & qui non facile frangatur, vel etiam nullo modo. Incipiés (vt insinuat Augustinus) illa est, quæ in iustificatione infunditur, antequam quisquam operari incipiat: proficiens, quæ ab eo tempore ad vsq; vitæ occasum operatur: perfecta quæ post hanc vitam in patria consummatur. Funiculus primus & secundus frangi possunt: hic nullo modo, quia Caritas, *vinculum* PERFECTIONIS numquam inde excidit. Hos funes texuisse Dauid videtur, cum ait: *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.* Addit & secundum: *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* denique tertius est: *Qui coronat in misericordia & miserationibus.* Idem Augustinus contra Iulianum, explicans illud Lucæ *Ecce eiicio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras & tertia die consummor*: gradus ac funiculos dictos inter se respondere vult. Dum enim iustificamur, dæmonia eiiciuntur: dum proficimus, quæ est dies secunda, CHRISTVS sanitates perficit: sed dies tertia consummat omnia, & infractam inuiolatamque Caritatem reddit.

Li. de spir. & lit. c. 33.

Col. 3.

Psal. 102.

Li. 6. c. 19. Luc. 13.

Tract. 5. in epist. Ioan.

Hos gradus incipientium, proficientium, & perfectorum, idem Augustinus & cum eo Doctores Scholastici paulo aliter exponunt: vtin-

ci-

dpiens esse censeatur illa Caritas, quæ vitiis & tentationibus primum irruentibus omni animi conatu repugnat: proficiens vero, quæ magna ex parte suppressis vitiis, virtutibus acquirendis tota incumbit: perfecta demum, quæ quietem assecuta, profligatis tentationibus periculosis, adeptaque facilitate ad actus virtutum exercendos, amori diuino ac cœlestium rerum contemplationi, arduisque ad Dei gloriam laboribus subeundis feruenter intendit. Id in igne, qui ex lignis viridioribus conficitur, videri potest: etsi enim fomenta stipulamque subiicias difficulter tamen ligna ignem concipiunt, humore nempe ignis siccitati repugnante: opus est flatu ac fomite validiori: nihilominus non minus ardebit, quam fumum, stridorem, lacrymasque multas emiserit: vbi vero strues flammam concepit, eo ardet fortius ac impotentius, quo maiori vi ligna velut aduersarium peruasit atque occupauit: nec facile extingues, ardet enim & lucet, vrit & impetum facit in omnia vicina, & ex eo minus gratus, quod æquo sit vehementior: denique fumo flammaque sopita, maturus ipse quodammodo ignis in ligna ac carbones plenum dominium exercet, & in sua velut quiete, perfectione, ac fine acquiescens, nemini est incommodo. Sic iis qui incipiunt virtutis caminũ accedere, luculento fomite Caritatis opus est: sed ij perturbationũ ac tentationum fumos reddunt plurimos: stimulisq; carnis ac prauis voluptatum humorib. gratiæ residentibus, sæpe strepitus excitatur, lacrymæ cien-

D. Th. 2. 2. q. 24. ar. 9.

Apposita comparatio.

cientur, donec flamma populetur vim omnem oppositam. Et quidem feruor magnus pietatis erumpit, sed prudentia sæpe desideratur, magnaque cautela adhibenda est, ne ab aduersario nostro ardor ille vel opprimatur omnino, velin auras prorsus euanescat : vbi vero & tentationum morsus, motuumque concupiscentiæ rabies desierit, & animi impotentia sese remiserit, tota Caritas dominatur, Deoque, quo ipsa incenditur, potiri incipit, ac frui, & in eo tamquam fine cum aliorum ædificatione conquiescit.

Incipientē Caritatem non esse Perfectionem.

39 Ex quo sequitur non omnem Caritatem esse PERFECTIONEM : non incipientem; nam alioqui & infantes, & inconstantissimi peccatores, atque adeo qui virtutes vix acquirere D. Thomas, hanc quæstionem tractans, quatuor Caritatis constituit gradus. Id enim perfectum dicitur, cui nihil deest in ordine ad aliquem finem : quapropter nihil repugnat, quominus aliquid nunc perfectum, nunc imperfectum dicatur, si ad diuersos gradus, vel etiam fines referatur.

In opusc. 18 de Perfect. c. 3. 4. & 6

Gradus quatuor Caritatis.

I.

Amor infinitus.

Primus gradus est diligere Deum quantum in se potest diligi, atque adeo amore infinito. Hic vero gradus soli competit creatori : idcirco solus Deus in ordine ad istum gradum perfectus est Angeli ac beati hac ratione imperfecti sunt: quamquam hæc imperfectio non est proprie priuatio, aut vitium, sed mera quædam negatio.

Secun-

Secundus gradus non ad viatores pertinet, 2.
sed ad beatos; qui Deum diligunt non quidem *Beatorum.*
quantum diligibilis est, sed quantū potest creatura diligere, ita vt de eo semper actu cogitet; in eum sine intermissione per affectum feratur, & ne primos quidem cupiditatis motus contra Deum sentiat. Horum comparatione omnes mortales imperfecti sunt: ideoque Apostolus, qui dicit, *Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus;* *Phil. 3.*
idem ait, *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim.*

Tertius gradus est, diligere Deum, non quan- 3.
tum diligibilis est, non quantum potest creatura vel absolute vel in hac vita diligere, sed tamen *Omnium iustorum.*
ita, vt nihil æque aut magis quam Deum diligat id est, nihil admittat contrarium diuinæ Dilectioni: & hic gradus præceptus est omnibus, & quandam habet PERFECTIONEM, licet respectu eminentiorum sit imperfectus; vn *1. Ioan. 2.*
de Diuus Ioannes, *Qui seruat*, ait, *verbum eius, vere in hoc Caritas Dei perfecta est.* & tamen Dominus ei, qui se omnia præcepta seruasse referebat, ait: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ* *Matth. 19.*
habes, & da pauperibus. In hoc tamen gradu, qui primus est mortalium, duplicis genetis homines sunt, incipientium & proficientium. Verque ad maiorem PERFECTIONEM aspirat: alter impedimenta remouet; alter velut pedisequas quasdam seu virtutum nonnullarū functiones parat, quæ perfectiori Caritati famulentur.

4.
Quartus gradus est, diligere Deū nō quantū *Perfectorū*
dili-

diligibilis est, nec quantum potest creatura quælibet obsolute diligere, sed quantum potest creatura mortalis, quæ à se remouit omnia diuini Amoris impedimenta, & totam sese Dei obsequio consecrauit. Qui in hoc gradu sunt, imperfecti reputantur respectu beatorum: sed respectu eorum qui incipiunt & proficiunt, perfecti censentur. Qui tres solum gradus, funt funiculus ille triplex qui difficile rumpitur: nam PERFECTIO Dei ac beatorum ad disputationem nostram nequaquam pertinet. Quare D. Augustinus dictos gradus ita distinguit: *Numquid Caritas mox vt nascitur* (ait) *iam prorsus perfecta est? vt perficiatur, nascitur: cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum ad* PERFECTIONEM *venerit, quid dicit? Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Hæc ille. Gradus ergo sunt in PERFECTIONE, aliique aliis perfectiores: hinc Beda: *Sunt in corpore Christi duo genera: scilicet perfectiores boni, & minus perfecti. Vere enim minus perfecti sunt adhuc illi, qui videntes malos feliciter viuentes, & in omni terrena prosperitate florentes, indignantur de flore eorum, & ipsum affectant. Contra hos tales vero, perfectiores alii agunt in hoc Psalmo, instruentes eos ne murmurent de flore malorum, neue ipsum appetant, ne forte eis consimiles fiant: imo spem suam in Domino ponant, & malunt æternaliter in ipso gaudere, quam hic cum malis ad horam gaudere.* D. Bernardus item, quia instarum animarum quasdam adolescentulas existimat, quasdam sponsæ nomine dignas a-

Tract. 3. in epist. S. Ioã. ante medium.

Phil. 1.

In Psal. 36. in principio.

Serm. 19. in Cant.

gno-

gnoscit: *Hi ergo omnes* (loquitur de Angelis) *vnat capiunt, diligunt. Sed enim adolescentulæ quo-dam minus sapiunt, minus capiunt, nec omnino suf-ficiunt ad sublimia: paruulæ quippe in Christo sunt, lac & oleo nutriendæ. Ergo ex vberibus sponsæ opus su-gere habent vnde diligant.* Illud Ruperti o- *Lib. 6. in Cant.* mitti non debet D. Virginis elogium, expli- *Cant. 6.* catis hoc Sponsi Canticum: *Sexaginta sunt Re-ginæ, & octoginta concubinæ: vna est columba mea. Quid est*, ait, *hoc dicere, nisi quod etsi multæ sint fide-les animæ, & propter fidem, quæ per Dilectionem o-peratur in eis, laudabiles: nulla tamen earum, ô Ma-ria, tibi similis est? sicut veraciter prædicamus, quia nec vidisti eam similem visa es, nec habere sequentem. Nam Reginæ recte dicuntur illæ animæ, quæ perfectæ Carita-tis sunt: in eo videlicet, quod eundem dilectum tuum sequentes, nihil terrenum, sed ipsum solum quærunt: nec propter metum gehennæ, sed propter Amorem vitæ illius æternæ peccatum fugiunt, virtutemque amando, iniquitatem oderunt. Concubinæ vero illæ sunt, quæ sub timore seruiunt: nec eius* PERFECTIONIS, *vt super præceptum velint addere consilium, scilicet illius, vt, relictis omnibus, solum sequantur hunc dile-ctum: habentes quidem in fundamento Christum, sed adhuc minus amantes aliqua quæ huius mundi sunt.* Hæc ille. Quapropter funiculus quo Deo adhæ-rere constituis, infusa Caritate fortis est: nam vnicus Caritatis gradus, cum adiunctis auxiliis, fortior est dæmonibus omnibus: si vero acce-dat vitiorum comminutio ac destructio, virtu-mque subsidium, longe fortior erit, ac diffici-lius diuelles atque abrumpes: non tamen in eo

PER-

Perfectionem in Caritate proficiente nō consistere.

PERFECTIO adhuc constitui potest, quia hæc Caritas graditur tantum ac proficit, virtutumque destituta est præsidio: at vero si hostem Caritas supplantarit, si armorum inuictorum, si infracti roboris cœlitus missi fiat accessio, certe funiculus hic triplex difficillime rumpetur.

Perfectæ Caritatis duo officia.

40. Illud tamen in perfecta Caritate obseruatione dignum, eius esse duas partes. Vnam amantem inflectit ad amici Dilectionem, eique vt bene velit ac precetur suadet: de eius præsentia gaudeat, delectetur consortio ac congratuletur de bonis adeptis. Et hic quidem virtutis splendor ac laus in percipienda voluptate maxima est. Altera omnes veræ amicitiæ causas ita considerat, vt non solo affectu fructum Caritatis, sed maxime voluntatum amantium consensione metiatur: hinc in Canticis sponsa Spōsam alloquens, *Vulnerasti*, ait, *cor meum, soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum.* Per oculum Patres intentionem intelligunt. Vt enim oculus hominem deducit ac dirigit ad scopum propositum, & ab omni errore liberat: ita ratio ad Deum rectissima pertingendi, pura diuini honoris intentio est, quæ adeo diuinæ illi & infinitæ Maiestati placet, vt se vulnerari hoc telo fateatur. Est enim intentio actus qui à primo amoris fonte oritur: nam qui amat, rem amatam desiderat: qui desiderat, quærit & intendit, ardentique conatu prosequitur. Hic oculus est, & vnus quidem: nam *vnum est necessarium.* Non vult cælestis Sponsus aliam

1. *Affectus mouere.*

2. *Voluntatū consensio. Cant. 4.*

August. li. 2. q Euangel. c. 15. Beda in c. 11. Lu. li. 4. c. 50. tomo. 5.

lum tori consortem. *Coangustatum est stratum, ut alter decidat; & pallium breue vtrumque operiri non potest.* Aliam analogiam oculi ac Caritatis refert Gregorius. *Quid est aliud Caritas*, air, *quam mentis oculus? qui si terreni amoris puluere tangitur, ab interna lucis mox intuitu lasus reuerberatur.* Verum etsi hoc Caritatis officium placeat, non sufficit tamen; addit enim, *Et in vno crine colli.* Per collum animi submissio intelligitur; per crinem, & quidem vnicum, præcepta omnia diuina intelliguntur. Non ergo satis est consonso, affectu in ipsum ferri: vult & obedientiam ac submissionem, & quidem talem, vt nihil tui relinquas, quod Dei obsequio non consecres, ne crinem quidem vnum; sciasque te perinum iri, si vel vno crine alteri quam ipsi seruas. Non abs re fuerit narrare, quod non ita pridem euenisse constat. Fassa est nuper malefica in carcere, dæmonem, cum in specie iuuenis nitidi apparuisset, & in herbis quibusdam colligendis iuuisset, exiguo licet tempore, laboris mercedem exegisse. Illa mirata mercedem pro collecto manipulo, & quidem à paupere, postulari, petijt quid vellet. Respondit sibi abunde satisfactum iri, si vel vnum capitis crinem sibi persolueret. Concessit illa quod postularat. Ille, chirothecam exuens, aduncis digitis (vt ipsa referebat) pilum euulsit è capite, & in eam illico vnius crinis donatione plenum dominum accepit.

Lib. 5. in Iob, c. vlt. in fine.

Cant. 4. *In Caritate perfecta includi mandatorum Dei obseruationem.*

In vno crine colli omnia mandata contineri, intellectu facile est: nam obedientia præceptis o-

mnibus obtemperat, quæ Caritatis vel vnici præcepto continentur. Vt ergo Caritas perfecta sit, sanctæ intentionis oculo colli crinis vnus iungi debet: vt sit illa Caritas, quam Doctores vocant obedientialem, seu ea quæ amicitiæ veræ leges omnes complectitur, quæque præcipue in mutuæ voluntatis consensione, officiorum ac mandatorum executione perficitur. Deha

Ioan.14. Christus Dominus: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit*, tantique Christus facit hanc Caritatis functionem, vt statuat non sufficere alteram, quæ solo affectu nititur, dicens: *Qui non*

Ibidem. *diligit me, sermones meos non seruat.* Hinc D. Gre-

Homil. 30. gorius, *Probatio*, ait, *Dilectionis, exhibitio est operis*, & Regius Propheta, quanti fecerit hoc vt potissimum Caritatis officium ostendens, ait: *Iura-*

Psal. 118. *& statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos.*

Psal.16. & alio Psalmo: *Propter verba labiorum tuorum ego*

1.Ioan. 2. *custodiui vias duras.* & D. Ioannes: *Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est: qui autem seruat verbum eius, vere in hoc Caritas Dei perfecta est.* denique Chri-

Matth.7. stus: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, introbit in regnum cœlorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, ipse intrabit in regnum cœlorum.*

Quod vt de præceptis ijs quæ ad diuinum honorem cultumque pertinent, maxime verum sit; de ijs tamen quæ ad colendos homines operamque eis ferendam spectant, idem Seruator sic obseruari voluit, vt videatur sibi

hono-

Dominoris memoriam depositisse, & in hominum animam ac Caritatem transtulisse, cum ait: *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* Quod verbo mandauit, re ipsa exercuit, cum sese pro peccatoribus, pro hostibus, pro indignis tradidit. Certe *maiorem hac Dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quid si quis ponat pro inimicis? Ipse autem est *pastor bonus, qui animam suam posuit pro ouibus suis*, & pro grege suo mori dignatus est. *Ioan. 15. Ibidem. Ioan. 10.*

Vult etiam nos proximos nostros diligere, non tantum affectu, sed effectu & opere: alioquin quid prodest si animo diligam, idipsum tamen ope operaque manifestare desinam? hinc D. Ioannes: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo Caritas Dei manet in eo?* Idcirco addit: *Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.* Certe Apostoli, vt in Actis Apostolorum legimus, parati erant non tantum *pro nomine* IESV *contumeliam pati*, sed & *pro fratribus animas ponere.* Ethnicine verba, an perfecti Christiani sunt, quæ Seneca protulit? ait, *amicum paro, pro quo mori possim: vt habeam eum in exilium sequar, cuius morti me opponam & impendam.* *Caritas proximi. 1. Ioan. 3. Ibidem. Act. 5. 1. Ioan. 3. Seneca ep. 9 circa medium.*

11. Illa ergo est PERFECTIO seu Caritas perfecta, quæ peccata omnia abiecit ac purgauit, quæ amorem proprium exuit; cupiditatem carnis, superbiam, diuitiarumq; sitim ac studium pro- *Quæ sit Perfectio seu perfecta Caritas.*

fligauit; voluntatem propriam iudiciumq; pertinacius ablegauit; passiones omnes ita extinxit, vt non tam impedimento sint, quam adiumento; internos sensus externosque domuit ac composuit. Mundo post hæc nuntium remiserit oportet, omnibusque quæ mundi sunt renuntiatione perfecta valedixerit; seipsum carnemque suam abnegauerit; virtutum omnium subsidium pro virili accersiuerit; in Dei superiorumque manus & voluntatem animum mentemque pure ac integre resignauerit: paratum se offerat interea Dei voluntati in omnibus obsequi ac parere, gloriam eius etiam magno incommodo promouere, iustitiam animarumque pereuntium salutem ardenter sitire, & pro Dei amicitia vel conseruanda, vel augenda, bona omnia temporalia, corporalia, vitamque ipsam libenter profundere. Audiamus qualem virum perfectum Patres describant; qualemque velint eam esse Caritatem, quæ nos in hac vita beet ac perficiat.

Patrum testimonia de Perfectione.

1. B. Ambrosius, *Hæc*, inquit, *vita iusti, qui etiam quas habeat facultates, communes æstimare debeat, imo etiam inopibus diuidere, ac dispensare pauperibus, recidere voluptates proprias; tenuare sumptum, habere parsimoniam temperantiæ; sobrietatem tenere in prosperis, patientiam in aduersis; in dolore tolerantiam, magnanimitatem in periculis; sanitatis perpetua vota nescire; mortis imminentis terrore non concuti; neque eum præstantiorem non putare, cui secundum naturam liberi, propinqui, salubritas, lætitia, affluentia redundarint, quam cui illa defuerint; neque*

Amb. lib. 1. de Iacob & vita beata, c. vlt.

que externis sæculi, sed virtutis domesticæ merito ponere.

Item, *Perfecti est viri*, inquit, *communitatem naturæ sustentare animi virtute, & ad meliora adducere; nec succumbere his quæ pleriſq; terribilia & formidolosa videntur, sed quasi fortem militem grauissimorum casuum sustinere incursus, conflictus subire, & quasi prouidum gubernatorem nauim in tempestate regere, atque occurrendo insurgentibus fluctibus magis vitare naufragium sulcando vndas, quam declinando. Non iste in persecutione pauidus, non in tormentis mollior, ne torquentem exasperet, sed quasi athleta fortis, qui repercutiat verberantem, si non caedis, certe sermonis flagello; qui metuenda multis tormenta despiciat, dicens, Sagittæ infantium factæ sunt plagæ eorum: qui cum grauissimo licet dolore luctetur, nec se miserabilem præbeat, sed ostendat, tanquam in alterna lumen, etiam inter asperas procellas & grauissimos flatus suam lucere, neque extingui posse, animi virtutem.* Addit idem, virum perfectum in inimicis seipsum sustentare, abiecta & vilia non curare, in misera captiuorum sorte viles animos non induere, sed verbo & exemplo aliorum flagitia instar iudicis reprehendere: eum etiam omnes à malo abducere, ad bonum impellere, incolumitatem corporis & vniuersas res terrenas aspernari, virtutes diligere, proprias voluntates rescindere, & ipsam mortem non timere. *Perfectorũ fortitudo.* *Psal. 63.*

42. D. Ephræm copiose ac pie hanc rem prosequitur, ita Deum alloquens: *Beatus vir qui te ex toto corde & animo dilexerit: mundumq; istũ, & quæcunq; in eo sunt, detestatus fuerit, vt te solum Dominũ, vere* 2. *D. Ephræm lib. de extremo iudicio, & com*

punctione cordis, circa mediũ. Caritatis mira laudes.

vere sanctum, pretiosam margaritam, vita thesaurum, Deum cuius nulla est satietas, possideat. Si ergo quis sic Deum sincere diligit, nequaquam interrumpit eius cogitatio, sed sursum semper, vbi & diligit, & desiderat, & sitit anima vt perfruatur. Inde & dulcedinem sentit, & illuminatur, & perpetua dulcedine Amoris Dei satiatur. Vere etenim gaudio atque dulcedine plena est Dilectio Dei; & beatus ille qui gustauerit eã, nec est exsatiatus ab ipsa. Sed quis eam, putas, digne explicare poterit? Paulus Apostolus, qui gustauit eam, & satiatus est ex ea, sic proclamat & dicit: Rom. 8 *Neque altitudo, neque profundum, neque ipsa vita, neque mors futura, neque cuncti Angeli, neque Principatus, neque Potestates, neque creatura alia, neque quacunq; alia simul poterunt animam separare à Caritate Dei, quã gustauit dulcedinem eius.* Idem ibid. Hucusque sanctus hic Pater expressit officium Caritatis hominem demulcentis, suoq; incredibilis dulcedinis fructu perfundentis. De altero sic persequitur: *Delicatum ac molle vinculum est Dilectio Dei, & tamen gladius anceps eam scindere non potest. Dissecuerunt tyranni membra sanctorum martyrum, Caritatem autem eorum nequaquam dissecare potuerunt. O molle & dulce Caritatis Dei vinculum; admirationis & miraculorum plenum, quod nec incidi nec dissolui potest! gladium eam non discindit, neq; ignis exsoluit. Membra secabantur, sed Caritas non secabatur; membra comburebantur, at vincula Caritatis non dissoluebantur: demergebantur rursus in profundum corpora Sanctorum, Caritas autem eorum nullo vnquam modo demergi potuit. Ligabantur iterum Sanctorum membra, verum Caritas in ijs prorsus ligata non est.*

4. D. Aug. de operante Caritate ita luculen- 3.
ter: *Excusationem in Dei iudicio non habebitis, nisi vos bonis operibus exercueritis, & eorum, quæ audistis, tanquam pluuiæ fructum congruum dederitis. Fructus congruus opera bona, & sincera Dilectio, non solum fratris, sed & etiam inimici. Supplicem nullum spernas, & cui dare non potes quod petierit, non eum spernas. Si potes dare, da; si non potes, affabilem te præsta. Coronat Deus intus voluntatem, vbi non inuenit facultatem.* Nemo dicat, *Non habebam: Caritas non de saccello* negatur; *quia quidquid dicimus, & quidquid diximus, & quidquid dicere poterimus, vel nos, vel qui post nos, vel qui ante nos, non habet finem, nisi Caritatem; quia finis præcepti est Caritas.* & alio loco: *Potes mihi dicere, Non habeo quod tribuam egenti, non possum ieiunare frequenter, & à vino & à carnibus abstinere non possum. nunquid potes mihi dicere Caritatem te habere non posse?* Et hæc quidem de communibus operibus. de arduis vero sic ait: *Caritas in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat; in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima; inter veros fratres latissima, inter falsos patientissima; in Abel per sacrificium grata, in Noe per diluuium secura, in Abrahæ peregrinationibus fidelissima, in Moyse inter iniurias lenissima, in Dauidis tribulationibus mansuetissima; in tribus pueris blandos ignes innocenter exspectat, in Machabæis sæuos ignes fortiter tolerat; casta in Susanna erga virum, in Anna post virum, in Maria præter virum; libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitendum, diuina in Christo ad ignoscendum.*

D. Aug in Psalm. 103. serm. 1. in fine, tom. 8.

Neminem excusari posse ab operibus Caritatis.

1. Tim. 1. Li. 50. hom. 6. tom. 10.

Tract. de laud. Caritat. qui in edit. Plant. est 39 inter serm. de tempore.

4. 44. Audiamus Chrysostomum in hoc argumento triumphantem; qui explicans illa verba, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*, post multa præclara ait: *Propterea perfectam ipsum Caritatis signum esse dixit, proximum diligere. Si enim, ô Petre, inquit, diligis me plus his, pasce oues meas. Vidisti quomodo rursus hic quoque tacite significarit hoc esse maius martyrio. Siquis enim haberet dilectum filium, & pro quo vel ipsam daret animam, deinde quispiam patrem quidem amaret, filium autem minime attenderet, patrem valde irritaret, si neque sui sentiret Dilectionem propter contemptum filij. Si autem in patre & filio hoc accidit, multo magis in Deo & hominibus. Deus enim est amantior & beneuolentior, quam omnes homines.* & infra: *Propterea cum dixisset primum & magnum mandatum, Diliges Dominum Deum tuum; subiunxit, Secundum autem; & non siluit, sed addidit, eius simile. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Vide autem quomodo cum eadem fere exuperatione eam quoque exigit: nam de Deo quidem dicit, Ex toto corde tuo; de proximo autem tuo, Sicut teipsum; quod perinde est atque, Ex toto corde tuo, nam si hoc exacte seruaretur, non esset seruus, non liber; non princeps, non qui pareret principi; non diues, non pauper, non paruus, non magnus, non diabolus quam esset cognitus.* & assurgens in laudes Caritatis subiungit: *Ea est muro fortior, adamante firmior ac durior; eam non vincunt diuitiæ, non paupertas: imo vero non esset paupertas, non immodica diuitiarum copia, si esset Caritas; sed ea sola, quæ vtrisque sunt bona: nam & perciperemus eam, quæ ex illis existit, abundantiam: &, quæ ex hac oritur, cura-*

Chryſ. ho. 32. in 1 Corint. 13. poſt medium.

Matt. 22.

Caritatem maiorem eſſe martyrio.

Idem ibid.

rum

nm & solicitudinum vacuitatem : & neque curas inuidiarum neque paupertatis metum sustineremus. Quid dico lucra quæ ex ea fiunt ? nam ipsum per se diligere, cogita quantum sit, quantam adferat lætitiam, in quam magna gratia constituat animam, quod quidem est eius eximium : nam aliæ quidem partes virtutis, laborem habent coniunctum, vt ieiunium, temperantia, vigilia inuidiam, cupiditatem, contemptum; Caritas autem cum lucro & multam habet voluptatem, & nullum laborem, & sicut bona apis, quæ vbique sunt bona colligens, ea deponit in anima sua qui diligit; &, si quis seruiat, libertate iucundiorem reddit seruitutem : nam, qui diligit, non tam lætatur si imperet, quam si ei imperetur, etiamsi imperare sit iucundum; sed ipsa transmutat rerum naturam, & accedit habens omnia bona in manibus; quauis matre mitior, quauis Regina locupletior; & quæ sunt laboriosa, leuia facit & facilia; virtutem quidem facilem, acerbissimum autem nobis reddes vitium. Quibus verbis sanctus Doctor pæne partes singulas complexus est, quas de laudibus perfectæ Caritatis deduximus. Sed pergit vlterius, & hominem Caritate præditum, seu perfectum, non amplius hominem, sed Angelorum simillimum esse denuntiat. *Vidisti, inquit, quemadmodum Angelum, suum alumnum paulatim facit Caritas? Quando enim fuerit ab ira remotus, & ab inuidia mundus, & liber ab omni tyrannica animi perturbatione, traductus est etiam ad ipsam Angelorum impassibilitatem.*

Hom. 33. in 1. Cor. 13. ante med.

Homo perfectus Caritate similis Angelis.

Beatus Gregorius in eandem sententiam virum perfectum ita depingit : *Ille vere perfectus est,* 5.

Greg. lib. 5.

Moral. c. 14. *est, qui erga imperfectionem proximi impatiens non est: nam qui, alienam imperfectionem ferre non valens, patientiam deserit, ipse sibi testis est, quod perfecte necdum proficit: hinc in Euangelio Veritas dicit, In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Luc. 21. *Quid est enim animas possidere, nisi perfecte in omnibus viuere, cunctis mentis motibus ex virtutis arce dominari? Qui igitur patientiam tenet, animam possidet: quia inde contra aduersa omnia fortis efficitur, vnde sibi & seipsum vincendo dominatur. Et quo se laudabiliter frangit, infractum se fortiter exerit: quia cum in suis se voluptatibus superat, sese ad contraria inuictum parat.*

6. 45. D. Bernardus scribens ad Henricum Senonensem Archiepiscopum, docet eum in quo PERFECTIO consistat, quam ad Episcopatum conferre necesse sit. *Verum*, ait, *quantalibet venustate sui castitas eminere appareat, sine Caritate tamen nec pretium habet, nec meritum.* D. Bern. epist. 42. longius post initium. 1 Cor. 13. *Nec mirum: quod enim bonum absque illa suscipitur? fides? sed nec si montes transferat. Scientia? sed ne illa quidem quæ lingua loquitur Angelorum. Martyrium? Nec si tradidero, inquit, corpus meum ita vt ardeam. Nec absque illa quodlibet bonum suscipitur, nec cum illa quamlibet exiguum respuitur. Castitas sine Caritate lampas est sine oleo: subtrahe oleum, lampas non lucet; tolle Caritatem, castitas non placet. Sed ô quam pulchra est (vt Sapiens clamat) casta generatio cum Caritate! cum illa, inquam, Caritate, quam describit Apostolus* Sap. 4. 1 Tim. 1. *de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.*

ti. *Porro puritas cordis in duobus consistit: in quæ-*
nda Dei gloria, & vtilitate proximi; vt in omni-
bus videlicet actis suis, vel dictis, nihil suum quærat
ipscopus, sed tantum aut Dei honorem, aut salutem
proximorum, aut vtrumque. Hoc enim agens, imple-
bit non solum Pontificis officium, sed & etymologiam
nominis, pontem vtique seipsum faciens inter Deum &
proximum. Pertingit pons iste vsque ad Deum, ea fi-
ducia, qua non suam, sed illius gloriam quærit: pertin-
gitq; ad proximum, illa pietate, qua & ipsi, non sibi,
prodesse desiderat.

46. Denique Diuus Thomas, cum PER-
FECTIONEM in Caritate constituendam esse definiuisset, qua id ratione fiat subiunxit, dicens: PERFECTIONE *circa Caritatem prin-*
cipaliter considerata, plane accipi potest in quo
PERFECTIO *spiritualis vitæ consistat. Sunt enim*
duo præcepta Caritatis; quorum vnum pertinet ad
Dilectionem Dei, aliud autem ad Dilectionem proxi-
mi. Quæ quidem præcepta ordinem quendam ad in-
uicem habent secundum ordinem Caritatis. Nam id
quod principaliter Caritate diligendum est, est sum-
mum bonum, quod nos beatos efficit, scilicet Deus:
secundario vero diligendus est ex Caritate proximus,
qui nobis quodam socialis vitæ iure coniungitur in
beatitudinis perceptione vel participatione. vnde
hoc est quod in proximo ex Caritate debemus diligere, vt simul ad beatitudinem perueniamus. Hunc
autem ordinem præceptorum Caritatis Dominus
in Euangelio ostendit, dicens: Diliges Dominum Matth. 22.
DEVM *tuum ex toto corde tuo, & in tota anima*
tua, & in tota mente tua; hoc est maximum & pri-
mum

7. *D. Thom. lib. de perf. vitæ spirit. c. 2.*

mum mandatum. Secundum autem simile est huic: Gen. 17. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Primum igitur & principaliter consistit spiritualis vita PERFECTIO in Dilectione Dei: vnde Dominus ad Abraham loquens dicit: Ego Dominus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. Ambulatur autem coram Deo non passibus corporis, sed affectibus mentis. Secundario vero consistit spiritualis vitæ PERFECTIO in proximi Dilectione; vnde Dominus cum dixisset, Diligite inimicos vestros, & plura subiunxisset, quæ ad Matth. 5. Dilectionem proximi pertinent, concludit in fine: Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.

Cap. XXXIV.

Quibus operibus PERFECTIO acquiratur.

Lib 2. de finib. circa medium. Voluptatis seu Perfectionis descripto.

CLeanthes, vt refert Cicero, tabulam vetbis pingere solebat. Iubebat eos, qui audirbant, secum ipsos cogitare pictam in tabula voluptatem, pulcherrimo vestitu, & ornatu regali, in solio sidentem: præsto esse virtutes, vt ancillas, quæ nihil aliud agerent, nullum suum officium ducerent, nisi vt voluptati ministrarent, & eam tantum ad aurem admonerent (si modo id pictura intelligi posset) vt caveret, ne quid perficeret imprudens, quod offenderet animos hominum, aut quidquam è quo oriretur aliquis dolor. Nos quidem virtutes sic natæ sumus, vt tibi seruiremus, aliud negotij nihil habemus. Hæc ille. Nos nacti sumus

nus tabulam pulcherrimam perfectæ Caritatis, Reginæ virtutum; à qua voluptas vera & solida, auctore D. Augustino, separari non potest: videndum est quibus ancillis stipari, ornari, augerique debeat; quid illi hæ consulere, quid suggerere: ne quid committat, quod oculos Dei hominumque offendat, dolorque solutæ cum Deo amicitiæ oriatur. Dicendum ergo est, quibus operibus PERFECTIO acquiratur. *Sunt autem opera in triplici differentia: quædam natura sua bona, quædam mala, quædam à Doctoribus indifferentia vocantur.* D. Thom. 1.2.q 18.a. 1. & 8.

1. Illud in primis extra aleam est, opera mala non modo idonea non esse vt gratiam augeant, ac PERFECTIONEM promoueant: sed ea etiam omnem PERFECTIONIS harmoniam soluere ac conuellere, præsertim si ex ijs esse censeantur, quæ peccata letalia vocantur: est enim peccatum mors animæ, pestis virtutum, amicitiæ dissociatio, quæ separat à Deo, thesaurizat iram in die iræ, filios facit perditionis & damnationis, & (vt ait Basilius explicans illud Psalmi, *In cathedra pestilentiæ non sedit*) *velut pestis proprium dominum, & quoscumque attigerit, in exitium præcipitat.* hinc Salomon: *Impius facit opus instabile.* Ruet sane, non stabit, breui concidet, sicut & dominus eius, etsi turribus ac machinis ingentibus fulciatur. *Vidi*, ait Rex pius, *impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: & transiui, & ecce non erat.* Turris Babel magno fastu ac pertinacia ædificari cœpta, altiusque protecta est; sed momento à Ipe cuncti exciderunt. Sic

Peccata mortalia soluere Dei amicitiã.

In Ps. 1.

Prou. 11.

Psal. 36.

Sic & qui in mendacio spem ponunt, eorum opera tot sumptibus tot laboribus exquisita, tandem aliquando corruent, aut euanescent in auras; vnde Isaias: *Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei.* *Isaiæ 3.*

Peccata venialia obesse Perfectioni.

3. Sunt & alia opera, quæ nec mortem adferunt animæ, nec diuinæ Legi directe obsistunt; disponunt tamen ad mortem, & amicitiæ teneritudinem ac familiaritatem minuunt, cursum ardoremque impediunt, Deoque mirum in modum displicent. quod ita D. Augustinus testatur: *Illa quæ humanæ fragilitati, quamuis parua tamen crebra subrepunt, si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta atq; contempta, impleat nauim, atque submergat?* Non vult D. Aug. omnia illa peccata venialia vnum efficere mortale: sed licet (verbi gratia) letalis aliqua delectatio breuissimo spatio concepta hominem opprimit, sic & sensim exiles collectæ salutem hominis demergunt atq; opprimunt, & ad consensum trahunt. *Epist. 108. tom. 2.* *Simile.* *Li. de vera & falsa pœnitentia c. 8. qui Aug. tributur, tom. 4.*

Addit Augustinus: *Non enim considerandum est quid fecerit, sed quem offenderit; quam bonus, quam benignus, quam pius, quam propitius est, qui illum suæ dulcedine & pietate creauit ex nihilo; qui illum misso merito perduxit ad baptismum, & educauit & nutriuit tanquam filium; ad cuius commodum creauit cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt; cui seruiunt omnia tanquam filio; cui misit Angelum in auxilium; propter quem*

quem fortem & callidum debellauit hostem eius animam; propter quem tam multiplicia pati sustinuit, vt veneretur filium cum quo dignatur habere consortium; in Deus maiestate sua regit & gubernat omnia propter eum potestate sua. Talem patrem offendere, contra eius voluntatem aliquid committere, animaduertentibus ac se non ignorantibus quam est crudele! Hæc Augustinus. Non ergo hæc opera idonea sunt instrumenta acquirendæ PERFECTIONIS, sed contra eam sensim comminuunt frequenti lapsu ac concussione, & ad omnimodam dissolutionem disponunt: & quamuis Caritatem arctamque cum Deo coniunctionem penitus nõ conuellant, nec ideo Caritatis virtutumque opera sua dignitate careant; ea tamen obnubilant, animæque notam inurunt, & feruorem operationis extinguunt: vt si quis amicum verbulo pungat, vel extrema acinacis acie vestem perforet, is inimicus statim non redditur; tamen si id sæpius & de industria fiat, non solum non placebit, sed eidem admodum molestum ac tædiosum erit. molestiæ enim importunæ, idoneæ non sunt ad conciliandam augendamq; amicitiam. Hoc in amicitia diuina usu venire solet, cum aut verbo aut facto aduersus clementissimum Dominum, præsertim data opera, vel magna incuria, ea agimus, quibus eius bonitate abuti videamur.

Simile.

4. Alia opera sunt, quæ etsi bona censeantur, quia tamen vita carent, & à Doctoribus mortua dicuntur, vim non habent vt PERFECTIONEM promouere, & ad eam assequendam quidquam

Opera mortua nihil iuuare ad Perfectionem assequendam.

quam præstare valeant. Ea sunt, quæ ab ijs efficiuntur, qui in statu letalis peccati versantur. Deus enim primum omnium quis sit, qui opus præstat, cõsiderat: qui si hostis fuerit, nullo modo idoneum reputat, qui prẽmium aliquod mereatur. hinc Ecclesiastes: *Qui in vno peccauerit, multa bona perdet.* Isaias quoque, Ecce, ait, *non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat; sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret.* Nulli deinde promisit Deus gratiæ augmentum, præterquam amicis, & Caritate munitis, quibus solis æternam retributionem polliceatur. *Qui diligit me,* ait Christus, *diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* &: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Reposita est mihi corona iustitiæ,* ait Paulus, *quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius.* denique D. Iacobus: *Beatus vir qui suffert tentationem; quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* His ergo solis Deus gratiæ augmentum, quæ æterno præmio compensetur, repromittit, qui in eius amicitia sunt & perseuerant: at qui peccatis inquinatus est, Caritatem ablegauit: nõ potest igitur gratiam augere, cum eã non habeat; nec quidquam mereri, cum subiectum ipsum, gratiæ augmenti incapax sit, quam diu in eo Dei aduersarius iuratus sedem fixerit. Nemo ergo fallatur existimans se perfici posse, etiamsi

Eccl. 9.
Isaiæ 59.
Ioan. 14.
Matth. 5.
2 Tim 4.
Iac. 1.

etiamsi opera maxime faciat heroica, quandoquidem Apostolus dicat: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, Caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* 1. Cor. 13.

Opera mortificata non prodesse ante reconciliationē. Simile.

Huc referri debent opera quædam non vique mortua, id est, quæ à mortuo homine fiunt, sed à viuo quidem, qui deinde vitam spiritualem superueniente peccato extinxit, omniaque simul opera ætatis præteritę, quantumcunque eximia, oppressit. Vt enim soluta amicitia beneficia omnia, quæ amici mutuis officiis vltro citroque contulerunt aut reddiderunt, ad aliquid obtinendum ab altero vel nihil prosunt, vel sæpe etiam obsunt plurimum; ita & qui à prima ætate diuinis beneficijs ad sublimem aliquem Caritatis gradum prouectus est, si ab excellenti illo vertice ingratus ruat, non est quod existimet sanctitatem præteritam sibi posse patrocinari ad Dei augendam gratiam, nisi primū redeat in gratiam, & summa humilitate infimisque precibus perditam gratiam recuperet. hinc Propheta: *Etiamsi dixero iusto quod vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem; omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur.* Ezech. 33. Nihil ergo prosunt, imo obsunt maxime, primum opera lethalia, quæque ad mortem disponunt; nec etiam prosunt mortua, nec denique ea quæ mortificata vocantur.

Verum quid de indifferentibus seu medijs,

Res quasdam indifferentes inueniri.

quæ modo recte, modo male fieri possunt? vt res quædam indifferentes esse dicuntur. Talis quid est nasci, mori, diuitias possidere, esse sano corpore, honorari, edere, bibere, ambulare, quæ ex specie sua & obiecto indifferenter habent, quia obiectum ex se bonitate caret, vel malitia: ideo euentus & effectus similes eidem respondent. Bene natus est Christus, bene B. Virgo Maria, bene D. Ioannes Baptista, in quorum natiuitate multi gauisi sunt; male vero Iudas: *bonum* enim *erat ei, si natus non fuisset homo ille. Pretiosa mors sanctorum, peccatorum pessima.* Bonum Iobo fuit opulentum esse; diuiti Epulone damnabile. *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter*: maledictus vero qui abijt in consilium impiorum.

Matth. 26. Psal. 115. Psal. 33. Prou. 10. Psal. 1.

Operæ indifferentia ex obiecto & specie.

7. Hoc etsi verissimum sit, non tamen id dum agimus & operamur, actio nostra indifferens est, id est, nec bona, nec mala: sicut homo ex specie sua nec bonus est, nec malus; nullus homo nascitur aut viuit, qui non sit bonus vel malus, iustus vel iniustus, ex cõditione accidentaria. Ita accidit operibus nostris, quæ ex obiecto vel specie indifferentiam habent, ex circumstantia tamen variantur: est enim doctrina D. Th. *vbi supra.* mæ, circumstantiam actus naturam sæpe immutare; & sine circumstantijs agere non possumus: vnde quod ex obiecto malitiam aut bonitatem non continet, eidem à conditione aliqua accidente tribuitur. Quia vero bonum ex integra causa, malum ex minima; hinc fit vt perfectus qui indifferentes sunt ex specie, ma-

sint, eo quod aliquid ad actus PERFE-CTIONEM desideretur. Quapropter huiusmodi opera apta non erunt ad augendam PERFECTIONEM, cum ipsa perfecta in suo genere non sint, nec vllam bonitatem contineant.

Animales actiones nihil ad Perfectionem pertinere.

§ Atque in primis si actus fiant absque iudicationis, à sola imaginatione prodeuntes: quales innumeri fiunt nobis imprudentibus, vt ire, oculum, pedes, manus, vel aliam corporis partem mouere, tussire, spuere, faciem extergere, festucam è terra leuare, caput fricare, naturaliquodam impulsu, ratione minime aduertente. Talis fuit actio D. Augustini in horto existentis, quam ipse ita describit: *Denique tam multa faciebam corpore in ipsis cunctationis æstibus, quæ quando volũt homines, & non valent, si aut ipsi membra non habeant; aut ea vel colligata vinculis, vel resoluta languore, vel quoquo modo impedita sint. Si vulsi capillum, si percussi frontem, si conserti digitis ample-xus sum genu, quia volui feci.* Hæ actiones nec bonæ sunt, nec malæ: nec mirum; nam moralis non sunt, vel humanæ, cum à ratione aduertere minime procedant, nec teneatur homo semper intendere vt eas impediat, vel dirigat ad finem aliquem honestum, nisi loci vel negotij circumstantia aliud exigat, vt statim dicemus. Quare & has à PERFECTIONIS obsequio merito remouemus, quandoquidem à voluntarum actionibus parum discrepare videntur.

Li. 8. Confess. c. 8.

Opera indifferentia

§ Addo, vt plurimũ indifferentes quas vocãt actio-

variis casibus in malis esse habenda.

actiones in malis reputari, & nominatim in tribus operationum generibus, quibus sine honesto fine operamur: multa enim agimus, multa prætermittimus, non alio fine, quam quia placeat, aut quia licitum sit; seu quod nonnisi neamur aliquid agere, vel etiam omittere: denique quia idipsum delectabile sit, ideo proficiscimur; quia vero voluptate careat, abijcimus. Addo id quoque verum esse, quotiescunque actio ex natura sua, aut ex circumstantia, non prorsus honestate prædita est. Hæ namque actiones etsi turpitudinem alicuius peccati non inuoluant, malę tamen reputantur quod fine debito spolientur, fiantque inanes otiosæ, de quibus Dominus dicit rationem reddendam in die iudicij. Quid enim est verbum otiosum? Si D. Basilio credimus, illud *quod non conducit ad propositam vtilitatem*; si D. Hieronymo, *quod sine vtilitate loquentis dicitur audientis*; si D. Gregorio, *quod ratione iustæ vtilitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret*; si Tertullino, *quod vanum & superuacaneum est*. Quapropter verbum otiosum prauum est. Cur ita? Quia inutile, superuacaneum; quia caret debito fine. Cur hæc voluntas agentis, quia placet, quia nolo, quia non teneor, quia hoc delectationem affert, inutilis est, & debito fine caret; caret iusta necessitatis ratione, ac intentione piæ vtilitatis: prauа ergo dicenda est; & eo maxime, quod humana regula non regatur: est enim contra rectam rationem, metiri actiones suas normam voluntatis ratione destitutæ; tales vero sunt actiones

Matth. 12
In Regul. breu. inter. rog. 23.
In c. 11. Matth.
Li. 7. Mor. c. 25.
Lib. de patient.

actiones quæ fiunt quia placet, quia licet, id est, quia non teneor vitare. Delectatio quoque finis tenenon potest actionum, cum in ea bonitas nulla sit, sed ab actione, à qua generatur, mutuatur debeat. Hæc deinde agendi ratio excludit diuina consilia, illisque repugnat; quod vitio carere non potest. Sit aliqua Religio cuius regulæ ad quatum non obligent: si ad orationem pulsus detur, si ad mensam, si ad Capitulum, atque illa exequi prætermittam solum quia id licitum est, vel nulla lege obligante teneor, quis id fiendum putabit? Omnes sine ratione facient, quod volent, quia non tenentur: quod omnino inordinatum est, & peccatum; quia illa positiua nolitio aut omissio caret fine debito, caret regula, caret duce ac ratione, cuius est, quemque actum suum ad finem dirigere. Alia ratio est in pura omissione: nam licet ad puram omissionem nulla requiratur ratio cur quis quipiam omittat, verbi gratia, ire ad Capitulum cum pulsatur; tamen ad exercendum actum positiuum, qualis est, velle omittere orationem, velle interesse Capitulo, etiam sine scandalo, semper oportet habere obiectum rectæ rationi conueniens. Ex quibus colligitur, actum ex specie & obiecto indifferentem, in particulari esse malum; quod fine priuetur meliore, ac debito regulaque careat necessaria, quamuis habeat & ipsum esse specificum, & omnes circumstantias necessarias ad suam indiuiduationem: sicut a-ctus ille Charitatis, quo quispiam dat indigenti communiter, prætermisso eo qui extrema ne-

ceſſitate laborat, malus eſt defectu ordinis non ſeruati. manet quidem eſſe ſpecificum cum omnibus circumſtantijs ad ſpecificationem neceſſarijs: deeſt tamen aliquid quod actum vitiat, nempe defectus ordinis requiſiti. Sic & in quæſtione præſenti ſolus defectus actum vitiat. Hinc enim malitia, quæ in tali actu reperitur, non oritur ex vi ſolius ſpeciei; nam ſic ab eo nunquam poſſet ſeparari: ſed ex eo quod actus careat debito fine; quod illi eſt accidentarium, & ideo ſpecies eius manet indifferens: actus enim indifferens honeſtatem & bonitatem non habet; illud namque indifferens dicitur, quod bene vel male fieri poteſt: ergo actus ille extra ſua caret bonitate; ſi enim nec ab obiecto intrinſeco nec ab alio bonitatem accipiat, ergo bonus non eſt, ſed otioſus, vt bonus ſit, mutuari debet honeſtatem à circumſtantia, & maxime à fine; quem bona voluntas ductu rationis tanquam honeſtum appetat: fit enim finis ille tandemum forma actionis, & obiecti locum ſupplet, mouetque voluntatem ad agendum; & actui bonitatem ſuam impertit. Quare tribus his caſibus ſi actiones ad finem honeſtum non referantur; nullo modo bonæ dici poterunt, imo vitioſas eſſe has operationes, ſic explorandum haberi debet, vt contrarium probabilius non careat.

1.2.q.18. art.9. D. Bonau. in 2.d.41. q.3.ar.1.&

10. D. Thomas vlterius graditur, & inter ... tia reputat, (etſi nonnulli aliter ſentiant) ... berato animo, nullo alio fine honeſto propo... to, vitam longiorem, ſanitatem roburq; corpo...

rsuppetere, honores & diuitias assumere, an- *alij, Scotus Ocham.*
hareque ad cibum & potum, & his similia, *Bonum na*
num quia naturæ conducunt; illaque omnia *turæ non*
ordinata esse, mala, & peccata, omnino statuit. *posse esse*
Ordinatum namque est, hominem ad opera- *regulam*
ones suas aliam normam adhibere, quam re- *actionum*
tionis iudicium: quod non adhibet, qui *nostrarum*
num naturæ appetentiæ satisfacit, sed illam *malumq;*
am appetentiam, bonumque naturæ conue- *esse aliquid*
ens, rationis loco reponit: quod actuum hu- *agere quia*
anorum regula recta esse non potest. Et sicut *id natura*
qui bonos oculos habet in capite, attamen *appetit.*
ec faciens illos claudit, aut allidit sese, aut cer- *Simile.*
te euidenti se periculo exponit collisionis; ita
& qui rationis lumine præditus est, nec eo vti-
tur cum debet, aut impinget, aut certe periculo
errandi ac peccandi se exponet: sicque velle
posset quod honestum non est; eoque tempore
seruare vitam, cum illam tenetur exponere; co-
medere vbi alienum ederet. Quam multa na-
tura requirit, quæ si priuato loco, laudabiliter;
si publico, inciuiliter egeris! alioquin cur Apo-
stolus clamat: *Nunquid domos non habetis ad man-* 1. Cor. 11.
ducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contem-
nitis? Natura irritata pruritu animalculi postu-
lat vt caput frices, illud eductum è collo inter-
fectias; at hoc in sacrificio feceris? Ratio certe di-
ctat non esse faciendum, at naturæ bonum id
exigit. Propinatur tibi vinum siti corpore æ-
stuante, cur bibis? Quia sitio. At febri labo-
ras. Natura non iudicat rectene fiat, an secus;
sed an bonum illi sit, quod concupiscit rationis

iudicium debet accedere, quod quid expediat tempore & loco decernat. Hinc D. Bernhardus

Li. 3. de consid c. 4. scribens ad Eugenium: *Spiritualis* (inquit) *homo ille qui omnia diiudicat, vt ipse à nemine diiudicetur, omne opus suum trina quadam consideratione præmiet: primum quidem an liceat, deinde an deceat, postremo an expediat. Nam etsi constet in Christiana atque philosophia, non decere nisi quod licet, non expedire nisi quod decet & licet; non continuo tamen omne quod licet, decere aut expedire consequens erit. Age, agitemus, si possumus, tria ipsa operi huic. At quomodo non indecens tibi voluntate pro lege vti, &, quam non est aliquem appellaris, potestatem exercere, negligere rationem? tune maior Domino tuo, qui ait, Non veni facere*

Ioan. 6. *voluntatem meam? Quanquam non minus dedecet quam elati animi est, velut rationis expertem non per rationem, sed pro libitu agere; nec iudicio agi, sed appetitu. Quid tam bestiale? & si indignum cuiuis videtur ratione viuere vt pecus, quis in terrestre omnium tam animal contumeliam naturæ, honoris incuriam ferat? Sic degenerando* (*quod absit*) *generale opprobrium sibi*

Psalm. 48. *proprium tibi? Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Hæc Bernardus. Ex quibus videre est, satis non esse aliquid esse licitum, vt illud agere valeas; sed rationem oportere accedere, quæ iudicet, deceatne expediatue, nec ne, quod licere sit in confesso. Ludere licet bestiis, licet & hominibus: sed ne cum Domino tuo luderis; lude cum æquali aut inferiore. Alius item ludus puerorum, alius virorum est. Et si læsa fit bellua, quærit in horto medicinam: licet & homini

mi chirurgum accedere: quid si maleficus sit? Idem argumentum pertractat Diuus Paulus scribens ad Corinthios. *Non sum*, ait, *liber? non sum apostolus? nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi? Si nos vobis spiritualia seminauimus magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt; & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ego autem nullo horum vsus sum. Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium; vt non abutar potestate mea in Euangelio. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & venter escis; Deus autem & hunc & has destruet: corpus autem Domino, & Dominus corpori. Quapropter, si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.* 1.Cor.9. 1.Cor.6. 1.Cor.8. At cuius est id iudicare? naturæne, quæ cæca est, & sui amans? Addit ergo: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.* Hæc Diuus Paulus. 1. Cor. 10.

11. Quare, quærere seipsum, inordinatum est: nam appetens quis rem sibi conuenientem aut delectabilem, non malam; vt illa vti velit honeste, ordinem à natura institutum seruet necesse est. Ea autem est naturæ institutio, vt illam ad finem honestum referat; ideoque regula rationis data homini est, vt per eam modum ac

regulam actionibus suis præscribat. quod si iuxta hanc naturæ institutionem actiones ad finem honestum non referantur, ex vi regulæ rationis sequetur appetitionem illam ordine carere esse inordinatam, esse otiosam. Otiosam, inquam, sicut & omnes indifferentes operationes: sicut enim velle honestum in communi non pertinet ad aliquam specialem virtutem; ita harum actionum malitia non spectat ad aliquod speciale vitium, quia ipsi honesto in communi repugnat, & ex quadam naturæ fragilitate committitur.

Dices nullum esse præceptum quo teneamur semper operari propter honestatem; satis videri, si nihil quod honestati repugnet admittamus: verumenimuero eo præcepto tenemur operari propter honestatem, quo tenemur secundum rectam rationem; nos vero sic obligari, hæ rationes conuincunt. Primum, quod ratione præditi sumus: est enim ratio velut lucerna totius hominis, & omnium operationum eius. Hinc Christus: *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ac nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Ad literam per oculum intellectum ac iudicium rationis intelligi vult Chrysostomus: quare si oculus otiosus fuerit, nec directionis officio fungatur, (quod est, lucernã ponere sub modio, aut in abscondito) totum operis corpus tene-

Hominem teneri operari secundum rectã rationem.

I. *Matth. 6.*

Matth. 5.

nebrosum ac vitiosum erit: quod alioquin per
cidum euaderet. Deinde tenetur vnusquisque 2.
operari, vt non contra rationem nitatur; ac
er consequens conari ne se periculo huic ex-
ponat: exponit vero, si regulam rationis adhi-
bere vel negligat, vel respuat; quemadmodum
errandi quærit occasionem, atq; offendendi,
mi aspectum oculorum, cum proficiscitur, non
dhibet. Denique tenetur homo opera omnia 3.
alia reddere quæ apta sint in Deum referri, vt-
que ijsdem Deo placeamus & obediamus; alias
censentur otiosa & inutilia ad finem hominis:
quod vt fiat, requiritur vt à recta ratione diri-
gantur, & honesta sint; id enim omne & solum
Deo placere potest, quod honesti venustate est
exornatum. quare quod ait Hieronymus, *Bonum est continentia, malum est luxuria; inter vtrumque indifferens est ambulare; hoc nec bonum, nec malum est, siue enim feceris siue non feceris, nec iustitiam habebis, nec iniustitiam*: non impugnat hanc D. Th. doctrinam; ex obiecto enim actus ambulationis semper manet indifferens, vitiatur tamé defectu necessariæ circumstantiæ. Deinde Hieronymus non dicit indifferentem esse in indiuiduo, sed indifferens esse siue feceris, siue non: si enim omittas, non peccas: & si feceris, non facis iustitiam, quia actus ille iustitiæ non continet honestatem: si tamen alterum feceris, sic fac, vt ducem rationem sequaris. Denique non nego dari actum indifferentem inter luxuriam & continentiam, vt est virtus Christiana: nam omnes actus moraliter boni sunt indifferentes

Hier ep. 89 ad Aug. c. 5

& me-

& medij inter vitium & iustitiam; & hoc ipsum est quod ait Hieronymus, & Gregorius Nazianzenus, qui docet *philosophiam Christianam agnoscere medium inter eum qui dignus est laude, & qui meretur pœnam*: quales sunt artifices, qui, vt honeste viuant, opificia exercent, & quisque mortalium officium sibi commissum administrat; quæ quia naturalia sunt, ad meriti dignitatem non assurgunt, ideoque coram Deo laude vel vituperio digna esse non censentur.

Greg. Naz. orat. 3. quæ est 1. cont. Iul. inuecti ua, sect. 64. versu, Ad hæc quomodo.

Ex quibus sequitur, actus quosdam esse naturales moraliter bonos: etiamsi ad finem alicuius virtutis specialis non referantur: quales sunt omnes actus laudabiles secundum rectam rationem ab ethnicis facti, opera mechanica, rerumpublicarum administrationes, fabricæ in bonum ciuitatum erectæ, denique opera omnia quæ nos agimus, ex specie quidem indifferentia; iudicio tamen rationis fiunt ob honestatem quandam rationi consentaneam: quæ ratio finis idoneus ac sufficiens esse potest, vt actus censeatur bonus & honestus.

Alioquin si hęc omnia ad classem indifferentium referantur, non erunt laude digna. Atqui sapientes ea, quæ ex iudicio rationis fiunt, probare solent, ac meritis laudibus prædicare. Laudantur etiam qui ex lumine ac directione rationis vitam omnem instituunt, actionesque disponunt ac dirigunt: nihil enim ab homine aliud exigi potest, quam vt rationem ducem sequatur & eius ductu mores actionesq; componat: quod cum

cum facit, omnium iudicio bene facit, & laude dignus est.

Deinde opus aliquod vitiosum ex defectu finis vel exercitij rationis, cum ipsa tenetur aduertere, non habet malitiam alicui virtuti repugnantem: sed pertinet malitia hæc ad peculiare quoddam vitium complectens omnes actiones otiosas. Ita etiam actus isti, tametsi non referantur ad finem alicuius virtutis specialis, boni esse censebuntur ex vi illius honestatis, quam ratio ipsa quæ homini data est ad agendum, illis confert.

Qui enim aliquid agit ex iudicio rationis, hic vel finem aliquem honestū habet actionis suæ, vel virtute illum intendit; vt rogatus responsurus sit, se ob fines rationesq; conceptas hoc vel illo modo vitam actionesq; instituere: vt paterfamilias operari se vt alat familiam, vt filios educet, vt vitam sibi à Deo datam conseruet; magistratus similiter muros vrbis & ædificia excitare vt ciues muniat, externos alliciat, ciuitatemque incolis repleat.

Quapropter omnia opera hæc talia sunt, vt, si accedat dispositio subiecti, referri possint in finem supernaturalem, fierique meritoria vitæ æternæ; quamuis ex natura sua, quia naturalia sunt, & naturæ limites non excedunt, nouæ gratiæ æternique præmij meritoria esse nullo modo possint.

12. Hæc D. Thomæ doctrina studiosis PERFECTIONIS est sequenda; nam altera sententia incuriam magnam inducit: si enim non tenear

near iudicium rationis adhibere exercendis actionibus, si nullum finem honestum spectare; quid supereſt, nisi vt naturæ, iuris proprij & commodorum plus satis tenaci & appetenti, habenas laxem, agatque quidquid velit, optet, quærat, & in ijs conquiescat? fauet etiam plus æquo amori proprio, qui apertiores campos subinde non requireret ad sectandum otium, ad laborem fugiendum, vtque à mortificationis molestia se subtrahat, rigorem pœnitentiæ excutiat: ea enim naturæ admodum aduersantur. quare Christus nos hortatur persæpe: *Qui amat animam suam, perdet eam*; *& qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* &: *si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Denique iubemur vigilare, dæmonis fraudibus obuiam ire, nobis attendere, sobrij esse, *quia aduersarius noster diabolus circuit quærens quem deuoret.* At si operari liceat absque rationis ductu, locum aduersario dabimus maxime apertum, qui virtutis simulacrũ pro vera virtute facile obijciet & voluptas sub necessitatis pallio facile sese insinuabit.

Ioan.12.
Matth.16. Marc.8. Luc.9.& 14.
1. Pet.5.

Quapropter etsi quis à culpa eum liberet, qui innixus alteri sententiæ sponte velit sic operari, vt putet id sibi licitum esse; non ideo tamen opus erit indifferens à parte rei, etsi idem (quod errore inuincibili laboret) ita videatur: vix tamen fieri potest vt is sententiam suam reducat in praxim. Qui enim actiones suas ad finem honestum non refert, non ideo id facit, quod existimet id esse licitum, sed ei hoc ex negli-

gentia

gentia & indebito agendi modo contingit: ex quo plurimi defectus ac delicta oriuntur, scrupuli, conscientiæque inquietudo. Nec is συντήρησις ferret aculeos, si non confessionis remedio se ab huiusmodi inquis ac inordinatione vindicaret. Quid enim quotidie confitemur aliud; quam incircumspecte nos esse locutos, commodis indulsisse, appetitui morem gessisse? quæ omnia idcirco nos arguunt, vel quod ratio defuerit officio, vel finem honestum nacta non fuerit. Sancta Catharina Senensis cum triduo in mentis excessu continenter Deo adhæsisset, & tertio tandem die vix sibi quodammodo reddita, fuisset rogata à duobus Dominicanis Patribus num vellet secum solitarium quendam virum sanctitate florentem inuisere, ipsaque, lingua mentem præcurrente, verbo annuisset: tanta eam deinde pœnitentia cœpit inconsiderati responsi, vt triduo dies & noctes à dolore ac singultibus non cessaret, haud secus quam si nefandum aliquod crimen admisisset. Nos, tanto lumine destituti, vitia nostra non sentimus aut palpamus, ideoque in purissimis illis mentibus tanquam in speculis mundissimis nos maculas contueri & cognoscere expediret. *Raymundus in vita eius, apud Surium.*

13. Omnis ergo operatio quæ fine debito caret, nec ratione duce regitur, otiosa est, nec apta ad acquirendam PERFECTIONEM. Sed quid si bona sit, si debito fine, naturali tamen, cohonestetur? Existimant nonnulli honestatem ac bonitatem actus non à fine quolibet, *Concluſio.* *Gre. Arim. in 2. d. 26. q. 38.*

sed

Bonau. ibi. dist. 41. 1. Cor. 10.

sed ab vltimo desumendam esse; ideoque actum nullum fore bonum, qui ad Deum tanquam finem vltimum ab operante non referatur, saltem virtute quadam: ideoque monuisse Apostolum, vt omnia, quæcumque facimus, ad gloriam Dei faciamus. Nolim tamen huic sententiæ pertrocinari, & præcepta inducere, vbi nec natura, nec Deus ipse quidquam indixit, nec etiam præcipit Apostolus, sed hortatur: sufficiens enim est obiectum honestum, vt actui tribuat honestatem: alioquin opera Gentilium, vel etiam Christianorum qui hanc praxim ignorant, essent peccata: quod tamen aperte falsum est, & duobus Pontificibus, Pio 5. & Gregorio decimotertio, damnatum. Ipsum denique opus bonum, etsi actu in finem vltimum non referatur, intrinseca & naturali ratione tendit in Deum tum quia eius sanctissimæ voluntati consentaneum est, vtpote omnis honestatis singularis amatoris: tum quia idoneum est ad conciliandam eius beneuolentiam, atque adeo ad ipsum siue naturali, siue supernaturali modo promerendum.

Cap. XXXV.

Solis Caritatis virtutumque infusarum operibus PERFECTIONEM *posse acquiri.*

14. VErum esto, non sit opus honestam actionē in Deum referri, bona ea sit & laū-

labilis; nihil adhuc consecuti sumus: nam in-
naturæ terminos hactenus concluſi, PER-
FECTIONEM diuinæ Caritatis quærimus
quam naturæ vires omnes in vnum collectæ
nullo modo possunt attingere. PERFE-
CTIONE Caritatis aspiramus ad illam PER-
FECTIONEM, cui nihil addi potest in cœlis:
proportio naturæ ad ea quæ naturam exce-
dit in immmensum, superioriſque sunt or-
dinis, probari nulla potest, nec natura gratiam
producere necaugere: quod initio pluribus o-
stendimus: quare ad opera supernaturalia recur
rendum est, quæ proportionem habeant, &, vt
causæ eiusdem ordinis effectus producãt. Qua
propter omnes actiones humanæ ac naturales,
quales sunt mercari, iurisprudentiam tractare,
philosophiam aliasque scientias & artes addisce-
re, & in iis excellere, rempublicam regere, elee-
mosynas naturali affectu tribuere, (sicut Ethni-
ci faciunt) loqui hominum linguis & Angelo-
rum scire prophetias omnes, omnem scientiam
possidere, veteris nouique Testamenti mysteria
omnia explicare subtilitate ingenij, montes trã-
sferre, pro honore adipiscendo, vera virtutis vm
bra (etsi vani homines virtutem arbitrentur) va
ga perpeti, ac ingentibus sese periculis expone-
re quales fuerunt de quibus Marcus Tullius lo
quitur. *Quæres*, inquit, *ad necem Porsenæ Q. Mu-*
cium impulit, sine vlla spe salutis suæ? quæ vis Horatium
Cocletem contra omnes hostium copias tenuit in ponte
Sublicio? quæ vis patrem Decium, qui filium deuouit ac im
misit in armatas hostium copias? quid continen-

Opera naturalia ad augendam Perfectionẽ minus esse idonea.

Paradoxo 1.

tia C. Fabricij, quid tenuitas victus M. Curij sequebatur? quid duo propugnacula belli Punici C. & P. Scipiones, qui Carthaginiensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt? & statim post: *An putamus quemquam horum cogitasse quidquam in vita sibi expetendum, nisi quod laudabile esse & praclarum videretur?* Hæc ille. Hæc, inquam, omnia vmbra sunt, non virtus: in naturæ limitibus hærent. Deum bonorum remuneratorem attingere non possunt.

1. Cor. 13. 1. De hisce omnibus, & multo maioribus, *Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam*, concludit Paulus, *nihil mihi prodest?* primum, quia condicio subiecti per gratiam dispositi desideratur: & quamuis nec ea desideraretur, tamen illud exploratum est, *nullum opus moraliter bonum præcedens tantummodo ex naturæ viribus, & non ex impetu Caritatis, aut alterius virtutis supernaturalis, Caritatem aut gratiam augere posse* sic enim D. Thomas pluribus locis docet, nempe *opus meritorium motione Spiritus sancti procedere: meritum esse effectum gratiæ cooperantis: Angelos item non meruisse beatitudinem conuersione naturali in Deum, sed conuersione Caritatis quæ fit per gratiam: atque ita nostros esse meritorios quatenus à libero arbitrio procedunt, dum per gratiam à Deo mouemur.* Hæc Diuus Thomas: cui reliqui Doctores suffragantur: nec ij tantum gratiam requirunt ad humanos modi opera propter subiecti dispositionem, sed potissimum ob condicionem operis, quod e diuini Spiritus fonte depromi, & Deiformitate produci debeat, naturamque excedere quo

1.2.q.114.a 2.
1.2.q.111.a. 3.
1.p.q.62.a. 4.ad 2.
1.2.q.114.a 4.

Cor

Concilium Tridentinum seuero calculo com- *Sess. 6. c. 16.*
probat, docens *ideo opera iustorum esse meritoria, quia procedunt ex virtute quam Christus vt caput in membra, & vt vitis in palmites, iugiter influit.* Adfert etiam illum Ioannis locum: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Operum sane naturalium Deus nõ dicet se fontem appellare, sed hoc naturæ relinquit: ex natura igitur non saliunt opera in vitam æternam. *Ioan. 4.*

Deinde palmes non potest ferre fructum à semetipso: opus igitur quod homo facit á semetipso, non est meritorium nouæ gratiæ, & gratus alicuius sublimioris Caritatis: tale namque opus non est vllo modo accommodatum fini supernaturali, cum sit mere naturale: nec ex promissione Dei ad hoc valet, imo Dominus expresse denuntiat Dilectionem naturalem, benefícentiam in amicos, salutationem fratrum non habere mercedem, nisi forte eam quæ in affectibus hominum est, fugacem & vmbratilem. 2.

Denique non est vllo modo consentaneum optimo ordini diuinæ prouidentiæ, vt, cum finis noster ipsaque PERFECTIO sit adeo sublimis, ac supernaturale bonum, nimirum perfecta Dei amicitia, quæ in Dei possessione consummabitur, pro illius assecutione Deus accepter ea opera quæ infirma sunt, neque sua natura tendunt ad illum finem, nec ab operante in gratia existente referuntur: nõ enim sufficit subiectum esse dignum, sed etiã in ipsis mediis seu

operibus requiritur quædam proportio mediorum ad finem assequendum necessariorum.

15. Nihil ergo adhuc obtinuimus, nulla nobis instrumenta PERFECTIONIS acquirendæ adinuenimus. Quid si opera honesta sint, & quidem ex natura sua supernaturalia, referantur tamen ad finem non honestum? *Profecto nihil agimus, si scopus ille actionis finis sit*: est enim finis in humanis actibus actionis forma ac veluti anima, quæ aliud conferre non potest, quam quo prædita est. Anima bruti facit brutum: hominis: hominem: arboris, arborem. Quare, si vestias pauperem, si doceas ignorantem, si adferas munus ad altare, si te Deo deuoueas vel explendæ libidinis causa, vel fratris interficiendi: tantum abest vt de eis bene mereare, vt etiam libidinosus & homicida sis habendus. vim enim illam habet finis, vt totam malitiam actui tribuat, etsi externus sit actui; quia voluntas depraua illum tamquam scopum cum ipso actu copulat, & à voluntatis prauitate finisque malitia actus ipse inficitur; quod non fieret si tantum circumstantia comes actui iungeretur, vt cum laudabiliter agentibus κενοδοξίας titillatio sese adiungit, & aliquid aculei in animo relinquit.

Opera ex obiecto bona & supernaturalia, si ad malũ finem referantur, aut gendæ Perfectioni nihil prosunt.

16. Verum sit bona actio, sit supernaturalis, ab homine iusto procedat: censent nonnulli, si quis operetur intuitu mercedis æternę, non modo non mereri, sed etiam perperam operari. Sed hæc reprobantur ab Ecclesia tamquam errores vt his verbis Concilium Tridentinum confir-

Sess. 6. can. 21. & c. 11.

tauit

mit: *Constat* (inquit) *eos Orthodoxæ Religionis domine aduersari, qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando & sese ad currendum in stadio exhortando, cum hoc nimirum primis glorificetur Deus mercedem quoque intuetur aternam.*

Operari propter aternam retributionẽ vitiosum non esse, nec debere dici imperfectionem.

Sunt & Catholici nonnulli, qui de his, qui spe æternæ retributionis operantur, ita loquũtur, vt peccati damnare videantur; sic deprimũt istud operationis genus, vt imperfectionem vocent: indignum nempe esse aliter operari, aliter ad agendum moueri, quam Dei honore & causa. Interea indocti, qui hæc non capiunt, deterrentur à salutari consideratione æternæ patriæ, eiusque acquirendæ gratia torporem ac socordiam desinunt excutere; moti religione quod vel peccent, vel imperfectionem omittant: cum tamen literæ sacræ ad huiusmodi præsidia, & spei ancoram, ad remunerationis considerationem neminem non inuitent. Ita Diuus Ioannes Baptista cœpit prædicationem suam: *Pœnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Imo Christus homines PERFECTIONIS studiosos sic allicit, sic sperare iubet: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Item alibi: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Simile est Apostoli præceptum: *Debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi.*

Probatur Scripturis.

I. *Matth. 3.*

Matth. 5. Luc. 16. 1. Cor. 9.

Non desunt & sanctorum exempla, ac in primis Dauidis sanctissimi Regis dicentis? *Inclinaui*

Psal. 118.

Psal. 118. *cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* Septuaginta verterunt, *propter retributionem:* Hieronymus, *propter æternam mercedem.* Aliud exemplum est Moysis, qui grandis factus, *negauit se esse filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias æstimans* Heb. 11. *thesauro Ægyptiorum, improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem.* Denique & Diui Pauli verba sunt: *Ad destinatum persequor, ad brauium* Phil. 3. *supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.* Exhortationes eiusdem Apostoli extant plurimæ. *Curite,* ait, *vt comprehendatis.* item: *Bonum autem* 1. Cor. 9. *facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus.* Gal. 6. Denique: *Quodcumque facitis, ex animo operamini* Col. 3. *sicut Domino, & non hominibus: scientes quod a Domino accipietis retributionem hereditatis.* His accedit Cyprianus: qui, vbi docuit quæ præmia martyres in cœlo maneant, subiungit: *Hæc cogitationes quæ persecutio potest vincere? quæ possunt tormenta superare?* & post aliqua interiecta: *Hæc oportet mente & cogitatione complecti, hæc die ac nocte meditari. Si talem persecutio inuenerit Dei militem, non poterit virtus ad prælium prompta.* Hæc ille.

Lib. ad Fortunatum. de exhorta mart. c. vlt

Expedit subinde operari ex virtute spei & quo ordine

17. Expedit profecto de pœnis inferni, de æterna gloria, de horrendi diei iudicij sententia meditationes instituere, & quidem frequentes atque nunc mercedis expectatione, nunc pœnarum horrore veternum excutere. Monendi sunt etiam tirones, vt hisce virtutibus vtantur tanquam notioribus, & quæ morbis eorum conue-

cientiores sint. Agitantur nonnulli subinde tentationibus immundis, odij Dei, blasphemis in Deum & sanctos, iræ perturbationib grauissimis: hi, inquam, nullam in Deum propensam sancti voluntatem, nondum norunt vt patrem sed vt iudicem & peccatorum vindicem reformidant: serui sunt, ideo timent, suauemque in benignissimum patrem affectum nondum sũt experti; ideoque difficillimum eis foret, filiorũ instar ipsum diligere, & sua omnia eo referre. Illi sponte se subiiciunt, quia Dominus est, quia serui sunt, & pœnam promeriti, quod vbi faciũt (& vt faciant suadendum est initio) mox iuuandi erunt, vt assurgant sensim ad patris amantissimi perpendenda beneficia ac prolixam benignitatem: postmodum, vbi in vita spirituali iam prouectioribus plus luminis accesserit, plus beneuolentiæ & amoris: spem omnem mercedis euuant, seruiant expensis propriis liberali Domino qui nullum officium sibi præstitum præmio indonatum abire permittit.

Spei operæ non esse imperfectiones.

Spei virtus non est imperfectio, sed virtus Theologica in suo gradu perfecta: *spes enim non confundit, & spe salui facti sumus.* virtus humilitatis non est imperfectio, sed magna PERFECTIO *Rom. 5.* *Rom. 8.* cum in ea Christus omnem iustitiam reponat: *Matth. 3.* prudentia, fortitudo, iustitia, religionis cultus, parentum amor & obseruantia, non sunt imperfectiones, etsi Caritas sit perfectior: sed magnæ PERFECTIONES etiamsi in proprio genere eliciantur. Scriptura sacra de singulis virtutibus loquens, eas ad cœlum laudib. extollit,

nunc fidem, nunc spem, nunc temperantiam nunc pœnitentiam, nunc timorem, quasi tota PERFECTIO in singulis resideret: quod nobis imitandum venit, præsertim cum plerisque mulieribus, plebeiis, & tironibus, qui de summarum virtutum differentiis parum intelligunt, cum maxime constet sacræ paginæ & sanctorum Patrum testimoniis, eas virtutes etiam PERFECTIONIS studiosis esse vsurpandas, tamquam necessarias ad socordiam excutiendam, vt loquitur Concilium Tridentinum, & exhortandum sese ad currendum in virtutum stadio. Quare non est indignum Christiano homine, spei, timoris, humilitatis, pietatis, aliarumque virtutum actibus sese exercere, quandoquidem & sancti Patres nobis exemplum præbent & hortationes Apostolorum, & ratio ipsa suffragetur.

Opera supernaturalia. etiamsi à Caritate non eliciantur, merentur augmẽtum gratiæ Gen. 15. & Rom. 4. Num. 25. Gen. 39. Heb. 10.

18. Quid ergo tantum concludemus de operibus, verisque PERFECTIONIS instrumentis? Addam, nonnullos, & quidem illustres Doctores, censere, *nullum opus meritorium vitæ æternæ aut augmenti gratiæ esse, quod à Caritate non procedat, siue actu, siue virtute.* quod tamen mirum est, cum Scriptura aliis virtutibus singulare PERFECTIONIS augmentum tribuat. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam*: ergo fides iustitiam auxit. Phinees, qui zelo iustitiæ Madianitidem cum scortatore confodit, nihil meruit? nihil Ioseph, qui domini sui vxori salaci restitit? nihil Iudæi, quibus Paulus scribit: *Vinctis compassi estis, & rapinam bona-*

norum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam: nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Beatos etiam Christus dicit Apostolos, cum homines oderint & persecuti fuerint eos. *Gaudete*, inquit, *& exultate quoniã merces vestra copiosa est in cœlis*: debet enim patientiæ ac tolerantiæ merces viatoribus dari, quia gloria beatorum, gratiæ quam è via defemus, ad amussim respondet. Denique Christus promittit mandata seruantibus vitam æternam, etiamsi in toto decalogo non fiat vlla mẽtio præcepti Caritatis: vita enim æterna, est merces quæ respondet obseruantiæ mandatorum Dei. Non ergo tantum opera Caritatis præmium accipient, sed aliarum virtutum etiam aliquid assequentur. At de his infra latius.

Matth. 5.

Matt. 19.

19. Illud postremo non prætermittendum, nonnullos arbitrari gratiam non augeri, ne quidem actibus Caritatis, si actus habitibus sint remissiores: hominem quidem tali casu per opus illud acceptari ad maiorem gloriam, sed extrinseco quodam modo, non interna dignitate & proportione: denique solum censeri maiori dignũ gloria propter opus quod manet in acceptatione diuina, non autem ob internam gratiam ampliorem: quemadmodum apud Principes quispiam censetur maiori minoriue dignior compensatione, quo plura obsequia suo Principi præstiterit. Verum opinio hæc, quod nimium accedat ad iustitiam hæreticorum imputatiuam quæ caret interna dispositione, ex qua ius ad

Melchior Canus Relect. de Pœnit. p. 1. sub finem.

Opera augmentum mereri, etsi actus supernaturales habitus nõ superent. Simile.

hereditatem ac compensationem æternam o
ritur, reiicienda est.

D. Th. 2.2. q. 24. a. 6. Quapropter alij hanc difficultatem aliter exponunt: volunt enim, quando actus non sunt feruentiores habitibus, nos gratiam quidem mereri aliquam, eandem tamen non statim meri, sed suo tempore, quando nempe quis fuerit dispositus sufficienter: quod accidit vbi ille actum intensiorem elicuerit. Verum longe verius est, augmentum istud illico conferri, etsi actus remissior sit habitu: nec veretur Andreas Vega dicere errorem esse, si quis affirmet hominem in hac vita acceptari ad aliquem gradum gloriæ absque gratia gratum faciente, aut gloriam cœlestem excedere gratiam viæ.

Locis diuersis, vt in Conc. Trid. li. 15. ca. 16.

Et sane quid impedit, quo minus homo habiliter agens gratiam recipiat, etiamsi actus habitus non exæquent? Non impedit Dominus Deus, vtpote qui liberalissimus est: non iam homo, quia capax illius est: non status huius viæ, in qua meremur gratiam & eius augmentum: non tempus, nam aptius assignari non potest.

Ratio 1.

2. Multi profecto forte tota vita vix elicium actum intensiorem habitu: id enim factu difficillimum est, & vix sine auxilio speciali fieri potest. Quid ergo? illis num q̃ gratiæ fiet accessio, nihil merebuntur? Sane hoc gratis dici videtur, quandoquidem nihil patitur Deus in sui gratiam fieri sine spe summæ compensationis; *quicumque potum dederit calicem aquæ frigidæ, non perdat mercedem suam.*

Matth. 10.

Per quemuis deinde actum meritorium fit 3.
ilico quispiam Deo carior, & acceptior ad maiorem gloriam percipiendam in cœlis: sequitur ergo maiorem gratiam extemplo concedi: nam effectus formalis gratiæ is est, acceptum esse ad maiorem gloriam.

Gratis vero dicitur tunc dari gratiæ augmẽ- 4.
tum, quando quis tot actus remissos fecerit, vt quintensiori æquiualeant: nam si contingeret quempiam mori ante vltimum illum actum intensiorem, vel gloriæ quantitas præponderaret gratiæ habituali, vel opus meritorium sua mercede careret.

Denique gloria beatorum, hereditas filiorũ 5.
est, vt ex sacris paginis constat: sumus vero per gratiam filij Dei: vbi igitur cuipiam maior debetur gloria, maior quoq; gratia debet præcedere, per quam inter Dei filios magis emineat.

6. Hactenus suspensus mansit animus: videamus tandem aliquando quibus operib. virtutem augere, promouere Caritatem, PERFETIONEM acquirere possimus: tantum laboris est, vt in hoc mundo aliquid bene recteq; conficiamus. Hellogabalus Romanus Imperator, in luxu & voluptate captanda portentosus, solebat subinde conuiuium ex vno genere rerum concinnare, sed miro artificio & expensis: vt ex solis phasianis, interdum ex pomis, aut rebus melle conditis, quæ gulam irritarent. Id in Sæp. 14.
corporalibus cibis magnis impensis fieri solet, in spiritualibus vero Deo facillimum est. Manna misit de cœlo, quod omnis saporis

conti-

continebat suauitatem. Hæc Iudæis in figu
contingebant: veritatis nobis explicatæ form
Ioan. 6. non deest: nam sacra Eucharistia Mannaest, &
panis qui de cœlo descendit, omnis suauitati
copiam prolixe continens, quem velatum qui-
dem sacris specieb. gustamus, sed in cœlo, sublo-
to velo, æternæ maiestatis mensæ assidentes,
omni deliciarum copia cumulatum percipie-
mus. Id præstat etiam viatoribus Caritas, qua a-
nimæ nostræ viuunt, & eadem tamquam dap-
bus pretiosis aluntur. In vita quidem corpor
aliud cibus, aliud vita: in spirituali vero ide
omnino potest esse & vita & cibus. Vita Cari
est, & ipsa ex seipsa alitur, nec cibum alendæ
uendæ, augendæque vitæ, hoc est, suiipsius,
bet præstantiorem. Ex hac vna, infinita gene
ferculorum fieri possunt: quia saporum o
nium suauitatem ac delicias continet. Hac
sci oportet, si vitam spiritualem augere perfe
reque cupiamus, nec id quidem cum nausea
tædio: nam diuersis condimentis asperia, fa
dium non generabit. Accipe eius fercula.

Officia seu fercula Caritatis decem.

1. *Amor in amato cũ delectatione conquiescens.*

Primum est actus quo anima quam intens
sime conglutinatur Deo tamquam amico,
hac mutua voluntatum colligatione tot co
quiescens: & quia præsens non est amicus, m
gno desiderio æstuat illum videndi, tenendi,
perfecte possidendi: delectatur etiam eius m
moria, illumque vt præsentem apprehende
lætitia gestit ac perfunditur.

2. Alterum ferculum est, quo esuriens anim

DE PERFECTIONIBVS tamquam diuersis gradibus pascitur: nunc vnitatem considerat: nunc Trinitatis incomprehensibile mysterium alias bonitatem, iustitiam, ac potentiam, alias sapientiam in condendis ac conseruandis rebus admiratur, gloriam ac diuitias, fortitudinem, patientiam, ac misericordiam veneratur, magnitudinem suspicit, immensitatem adorat: denique totum sese diffundit, dum singulas PERFECTIONES infinitas percipit, ratus non deesse ex hac parte cibum, sed appetitum & capacitatem in se desiderari. *In Dei Perfectionib. considerandis spiritualiter reficit.*

Tertium est, quo pascitur & varietate rerum creatarum, in quibus Deum opificem intuetur: quod genus refectionis est quoque excellentissimum, præsertim in hominum Dilectione: in quibus tam varia sunt Amoris argumenta, vt sola consideratio sufficiat nobis ad delicias incomparabiles hauriendas: ob quas Dauid cãbat: *Delectasti me Domine, in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.* 3. *Delectari in rebus ab amico conditis.* *Psal. 91.*

Quartum Caritatis ferculum seu officium est, bene velle amico: desiderare vt omnes creaturæ illum agnoscant, ament, ac venerentur, quibus bonitatis eius certatim quærant, sicut stulta diuitiarum vmbra homines delusi opes & honores perquirunt: optent guttas omnes arenasque maris, arborum folia omnia ac plantarum, terram in puluerem comminutam, orbem vniuersum in linguas Angelicas commutari, quibus suprema illa Maiestas debitis laudibus extollatur: & sicut beati in cœlo, ac viginti quatuor 4. *Amico bene velle, ac precari optima quæque.* *Apoc. 4.*

se-

seniores, quatuor animalia, Angelorum chori Reges sese coronasque suas deponunt, & indesinenter clamant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, ut totus orbis creatorem suum agnoscat, laudet, & deprædicet. Hoc ferculi genere incredibiliter alitur ac crescit Caritas.

5. *Desiderium multa perpetiendi pro Christo.*

Adde quintum, quod cum incommodo singulari fit illius qui idipsum amico desiderat, nempe vt & ipse multa perpetiatur amici causa, corpus in minutissimas partes secari cupiat, & discerpi; & si opus esset ad diuinam gloriam promouendam, non tantum carnem in puluerem redigi, sed & animam in nihilum; dicatque quod D. Augustino tribuitur : *Si ego essem Deus, Deus vero esset Augustinus : efficerem vt ego essem Augustinus, & ipse esset Deus.* Efficax est hic cibus ad incredibiles virtutum & gratiæ facit accessiones.

6. *Zelus animarum. Rom. 9. Exod. 32.*

Vim quoque magnam habet adiunctam, sic proximum diligas, vt tibi in nullo parcas quo illum Deo amico adiũgas, aut promoueas exemplo D. Pauli, qui anathema à Christo esse voluit pro fratribus suis: & Moysis, qui vt Deus populo parceret, optauit de libro vitæ deleri.

7. *Martyrij vel mortificationis studium.*

His accedit longum martyrium, quod ipse tibi accersas, si à tyranno sustineri non detur, variaque patiaris magno desiderio proficiendi per mortificationem, contumelias, persecutiones, flagellationes, & his similia morte vna grauiora: idque lubenter pro Christi nomine. Ex his euidenter liquet, vt animæ seipsis viuere dicuntur, augerique ac crescere iudicio augeri scien-

lentia, & in dies semper maiores euadere, sic & Caritatem Caritatis esse cibum & alimentũ. quod & Christus testatur, diens: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius*, nempe redemptionis: opus magnæ sanè virtutis: *maiorem enim hac Dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* *Ioan. 4.* *Ioan 15.*

8. *Omnia virtutum opera in finem Caritatis relata 1. Cor. 13.*

8 Huc pertinent omnia virtutum infusarũ opera supernaturalia à Caritate relata ad honorem Dei: quorum vis duplex est, & honestas: altera quæ eis à natura competit: alteram dignitatem ac venustatem eis Caritas ipsa largitur: quod dum fit, crescit vtraque virtus, & ea quæ imperat, & ea quæ alterius imperio procedit: hinc Caritas dicitur *patiens, benigna, non æmulari, non agere perperam, non inflari, non esse ambitiosa*: huiusmodi enim colligatio virtutum, condimẽtum inusitatæ raræq; delectationis est. hinc Sapientia dicitur *mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei*: quæ omnia mixta quasi quam sapidam escam Sapientia mater ori proficientium admouet ac porrigit. Quod de his dixi, reliquis quoque virtutum generibus competit. *Fortis est vt mors dilectio*, misericors, iusta, temperans, vestit nudos, cibum potumq; dat esurientibus & sitientibus, visitat infirmos, docet ignorantes, peccantes redarguit: quę omnia arma sunt ac clypei Caritatis, de quibus in Canticis: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* His cum omnes aduersarios oppugnet, tenadit ipsa inexpugnabilis, & victoriæ cantitum in die iudicii ipse Deus accinet: *Venite benedicti,* *Eccle. 24.* *Cant. 8.* *Cant. 4.* *Matth. 25.*

dicti Patris mei, possidete, paratum vobis regnum: esurriui enim, & dedistis mihi manducare, &c.

9. 22. Caritatis opera sese vlterius extendunt: nam omne opus moralis virtutis acquisite, siex imperio Caritatis procedat, aut ad Dei gloriam, vtque ei placeamus, fiat, auget Caritatem & gratiam, cuius & in cœlo ratio habebitur. hoc enim Concilium Tridentinum stabilit, dicens: *Hi igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuo conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundate in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & Dilectionis quam ostendistis nomine ipsius, & Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* denique sub finem: *Bonis operibus in sacris litteris vsque adeo tribuitur, vt etiam qui vni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus eum non esse sua mercede carituru: & Apostolus testetur, id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis.* Hæc ibi. Quæ quidem omnia Concilium non limitat ad certas actiones virtutum infusarum, sed omnibus bonorum operum generibus attribuit: qualia etiam sunt opera moralia virtutum quæ à fonte Caritatis profluunt & imperantur.

Opera virtutum moralium acquisitarũ.
Sess. 6. c. 16.
1. Cor. 15.
Heb. 10.
Matth. 10.
2. Cor. 4.

10. 23. Vltimum Caritatis ferculum est in operibus moraliter bonis, quæ procedunt ex Dilectione super omnia, aut etiam ex quauis affectione supernaturali erga Deum pertinente ad

Opera moraliter bona.

Cari-

Caritatem, religionem, aliamque virtutem Christianam. Id confirmare videtur Concilium Tridentinum loco iam allato, cum ait: *Cum enim ille ipse Christus Iesus tamquam caput in membra, & tamquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit & comitatur & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse possint: nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum sit, quo minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo sint facta, diuinæ legi pro huius vitæ statu satisfeciſſe, & vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse censeantur, cum Christus Saluator noster dicat: Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Hæc Concilium. Illa namque opera quæ ex habitu aliquo infuso procedunt, ex eo depromuntur, vnde idonea sunt vt tamquam delicati cibi in Caritatis epulo reponantur: sunt namque fructus gratiæ, & tendunt in finem supernaturalem ex relatione operantis: nutriunt ergo nutriunt: & matrem, quæ illa genuit, ornant, augent, & perficiunt.

Sess. 6. c. 16

Ioan. 4.

4. Sed non sola Caritas sese cohonestat & amplificat: præsto sint oportet virtutes, vt ancillæ, quæ nihil aliud agant, nullum officium nouerint, nisi vt Caritati ministrent, officii sui moneant, & ad aurem admoneant vt caueat ne quid perficiat imprudens quod offendat diuinæ Maiestatis oculos, ne hominum animos lædat, aut quidquam ex quo dolor oriatur. Operantur ergo virtutes infusæ salubriter, & omnia of-

Cic. li. 2. de finibus.

ficia propria exerunt; quæ etsi ad finem Caritati non referantur, illa nihilominus vitam spiritualem augent, reficiunt, ac Caritatem perficiunt.

Tametsi vero ea quæ de Caritate & bonis operibus attulimus ex Concilio Tridentino, *Sess. 6. c. 16.* sufficere merito debe: ent ad veritatis huius confirmationem; ne cui tamen dubium remaneat quonam pacto meritum omne Caritati, eique soli, tribuat, adferam quæ eadem sessione in canonibus sub anathemate idem Concilium censuit. *Si quis dixerit hominis iustificati bona opera* *Sess. 6. can. 32.* *esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita: aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab* *per Dei gratiam & Iesu Christi meritum, cuius viuum* *membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gra-* *tiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen* *gratia decesserit, consecutionem, atque etiam glo-* *gmentum anathema sit.* item: *Si quis dixerit iustifica-* *Ibid. can. 24.* *acceptam non conseruari, atque etiam non augeri* *ram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solu-* *modo & signa esse iustificationis adeptæ, non autem* *ipsius augendæ causam, anathema sit.* In quibus ni- hil agit de fine Caritatis, sicut nec Apostolus *Rom. 2.* ait, *Gloria & honor omni operanti bonum:* & Christus *Matth. 19.* *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Hæc enim procedunt ex motione Spiritus sancti, atque ea- deo proportionata sunt fini suo; finem ergo lum attingunt ac merentur: nō enim possumus finem commodius assequi, quam per media naturaliter commensurata.

Quod autē vni Caritati tota ratio meriti tri- bu-

Veniat, nihil vrget nam & pauperibus, miseri- *Cur Caritati tota ratio meriti à Scriptura tribui videatur.*
cordibus, mitibus, lugentibus vita æterna promittitur: salus item subinde fidei, spei, patientiæ, aliisue virtutibus adscribitur, Caritati vero maxime, quod meriti sit fundamentum, quodque vinculum amicitiæ inter Deum & nos perficiat, meritumque nostrum vnice ipsi innitatur. Cætera sine Caritate nihil prodesse dicuntur. Cum vero dicitur fides per caritatem operata accipiendum non est, quasi à Caritate edatur fides, aut à sola Caritate imperetur, sed imperari per virtutes Caritati connexas: vnde etiam ipsa mandatorum obseruatio in Scriptura dilectio dicitur. *Qui*, ait Christus, *habet mandata mea & seruat ea ille est qui diligit me.* & tamen singula præcepta aliarum virtutum opera sunt, nõ Caritatis: sed eidem annexæ sunt, & Caritatem iuuant. *Gal. 5.* *Ioan. 14.*

Inter opera vero efficacissima censenda sunt ea quæ à Patribus nobis relicta sunt, tamquam PERFECTIONIS instrumenta, nempe virtutum trium, Paupertatis, Continentiæ, & Obedientiæ: his etenim virtutibus circumcidit homo omni ex parte, & sæculo moritur ac crucifigitur: valedicit diuitiis, quæ maximo impedimento sunt quærendæ PERFECTIONI: parentibus, corporique proprio, ac suo amori inordinato renuntiat: quin & animam prorsus cum principibus facultatibus, intellectu & voluntate, penitus abnegat: quod est vno ictu totum mundum demetere. Deinde, vt quis perfecte Deum diligat, debet etiam se totum *Consiliorũ opera ad Perfectionẽ assequendã maxime idonea.*

Deo tradere, & omnia impedimenta remouere. Vtrumque consequitur per has virtutes: tradimus enim Deo nos totos, quando & animam ei consecramus, & corpus, & res externas: nihil enim tribus hisce bonorum generibus, animi, corporis, & fortunæ, annumerari potest. Animum per Obedientiam, corpus per Continentiam, res externas per Paupertatis professionem à nobis ablegamus, Deoque tradimus donatione irreuocabili. Sed de his suprà copiosius.

Vsus Sacramentorum. D.Th. 3.p. q.62.ar.1.

26. His operibus accedit vsus frequentior Sacramentorum: sunt namque Sacramenta vasa gratiæ, & dispositis incredibilem diuinorum charismatum copiam largiuntur vi sua, & (vt Doctores loquuntur) *ex opere operato*, & Christi institutione. Quod si dispositio excellentior fuerit, duplex in iis recipiendis fructus respondebit: alter dispositioni, alter portioni quæ diuina ordinatione à Sacramento profluit.

Duo vero Sacramenta sunt quæ huic instituto apprime seruiunt, Pœnitentiæ & Eucharistiæ, quorum vsus multarum virtutum requirit exercitium, nempe fidei, spei, doloris, aspectorum detestationis: adde orationis, laudis, gratiarum actionis, Amoris denique & familiaris conuersationis cum Deo, tum in sacra mensa sancta, tum post perceptionem diuinorum Mysteriorum, quibus Deum possidemus & fruimur: ex quo suauissima quædam necessario & intimæ amicitiæ fructus eximius enascitur. His omnibus iungendum est propositum

melioris vitæ, remedia vitiorum, media concepta ad virtutes acquirendas & augendas, Deo denique per omnia sese consecrandi studium, passiones domandi, appetitusque inordinatos reprimendi. Hæc enim duo, quæ nullo modo seiungi debent, seseque comitari necesse est, Sacramentorum nempe præsidium, & mortificationis ardens desiderium ac conatus, efficient, ille ipse qui *comparatus est* olim *iumentis insipientibus, & similis factus est illis*, hominis formam *Psal. 48.* decusque resumat, & ex homine deinde in Angelum commutetur.

CAP. XXXVI.

Singulis bonis operibus in hoc mundo, & quidem illico, reddi à Deo suam mercedem.

17. NIhil audit lubentius operarius labore fatigatus, quam dominum quæstori licentem, *Voca operarios, & redde illis mercedem*: nihil miles optat auidius, nihil agit ardentius, quam vt in spolia, etsi non sine euidenti vitæ periculo, impetum faciat: nulla denique dies quærenti thesaurum absconditum lætior affulget illa, qua thesauri illius inuentio obtingit, vt anhelantem animam satiet. Et nos quoque, etsi Deo velimus seruire & laborare nullo proposito præmio, lubenter tamen certa quædam de retributione cognoscimus, quibus ad agẽdum

Mercedis spes semper grata, etiã iis qui gratis seruiũt. Matt. 20.

incitemur: nec id Deus, liberalissimus remunerator, prætermittit, etsi sine cura nostra: ideoque Christus venturus nos excitat hoc promissio. *Apoc. 22.* *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.* Dicit se cito venturum, vt patienter sustineamus aduersa exiguo tempore: mercedem proponit, quo alacrius aduersariis obsistamus, eorumque vires frangamus. Auari namque sumus: & quantumcumque gratis laboremus, militemus stipendiis gratuitis, fodiamus Dei solius intuitu, iejuniamus tamen nuntius hic est, Deum esse liberalem: diligentibus ea parasse, quæ *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.* *Isaiæ. 64. & 1 Cor. 2.* Libenter audimus de coronis, promissis propositisque præmiis: qualia sunt: *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ:* *Apoc. 2.* *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex.* *2. Tim. 4.* item quæ nobis danda hoc mundo promittuntur: vt, *Quærite primum regnum Dei.* *Matth. 6.* Verum quid? inopia deficimus? Non vtique: sed, *Primum,* ait Christus, *quærite regnum Dei:* id etiam in hoc mundo multiplicabitis, *Hæc omnia adiicientur vobis.* Illud quoque: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* *Apoc. 2.* item: *Vincenti dabo manna absconditum.* Non veretur Diuus Petrus, qui vitam perfectiorem & Apostolicam sequebatur, Christo quærere: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* *Matth. 19.* & lubenter audiuit non tantum quod in regeneratione sederent super sedes duodecim, iudicantes duo-

decim tribus Israel, & quod centuplum ac- *Marc.10.*
cepturi essent in futuro, sed etiam in hoc sæculo. Retributio namque futuri sæculi, etsi certa & magna, remotior tamen adhuc est: & lubéter unam, aut partem præmii, habemus ad manũ. *1.Reg. 17. Exemplũ Dauidis.*

Dauid monebatur zelo diuini honoris, vt molem illam carneam, Goliath gigantem, proterreret, dicens: *Quis est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobrauit aciem Dei viuentis?* nihilominus tacite petebat: *Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel?* Motivum enim magnum est, præmium præsens intueri ac spectare: etiamsi causa actionis præcipua, quam formalem ac finalem vocamus, Deum eiusque bonitatem ac gloriam respiciat. Goliath qui sternendus venit, est homo peccati, filius perditionis, qui regnat in nobis, carnea nostra mole vestitus, cum vitiis & concupiscentiis. Deturbatur vero quinque limpidissimis lapidibus, pretiosis, inquam, quinque plagis quas in corpore Iesus Christus fuit nuit. His enim percussus est Dominus Iesus: & valent demum hi lapides, si in hostem, à quo inforti sunt, retorqueantur, à corpore Christi ac meritis vi ac robore desumpto. Quicumque ergo turrim illam perfregerit, *ditabit Rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel.* Iustificationis forma hæc est, qua primum fortis armatus exturbatur: nec citius pellitur, quam diuitiæ istæ promissæ tribuantur. Magnæ opes ac gazæ sunt gratia essentiam animæ exornans, opes incom- *1.Reg. 17.* *In iustificatione virtutes omnes tribui, etiam morales, cum*

donis Spiritus sancti Virtutes ab animæ spiritualis essentia seu gratia profluere, quomodo intelligendum.

parabiles Caritas cum omnibus virtutib. supernaturalibus, moralibus Christianis, ac Spiritus sancti donis. Virtutes autem ad operationem destinantur, sicut dicimus ab essentia animæ potentias, quibus operamur, profluere. quod moraliter intelligendum est, & per quandam analogiam & accommodationem: nam & gratiam exornant ipsæ, & homo gratia ornatus per has operatur: atque eædem à gratia vitam hauriunt æstimatione quadam moraliter: nam sine ea non essent meritoriæ actiones, quæ à facultatibus oriuntur. Ceterum & gratia & virtutes à Deo infunduntur, atque benignissimæ eius manu conseruantur: nec necesse est, crescente gratia, simul virtutes omnes augeri. Hæc ergo sunt diuitiæ quib. ditatur anima quæ Goliath percussit: hisce filia Regis, PERFECTA nempe, desponsatur, homo cooperari velit: liberatur à tributo quod mundani diabolo & carni suæ volentes nolentes persoluunt: nec nentque *filii liberæ*, & quidem ea *libertate, qua Christus nos liberauit.*

Gal. 4.

Infantibus iustitiam adeptis per baptismum gratia ac virtutes omnes in eodem gradu constituntur: in iis qui per propriam

28. Iustificationis vero tempore nonnulli a qualem gratiam recipiunt, æquales virtutes, demque mensura: quales sunt infantes quante vsum rationis baptizantur: nonnulli diuersis gradibus, vt qui per propriam dispositionem cum Sacramento aut sine Sacramento sanctificantur: tum enim mensura gratiæ, dispositionis vel solius, vel cum Sacramenti portione quantitati respondet. Attamen tam in parvulis, quam in adultis, qui Deo adiunguntur, gra-

tia &

ia & virtutes, & hæ inter se, semper æquales sint, quia ex eadem dispositione infunduntur. Ponе infantem recipere gratiam vt octo, virtutesquoque intense erunt ad octo gradus: nec Caritas ceteris intensior erit, nec ceteræ Caritate ampliores: quia nulla alteram superat. Sic & in adultis si cum Sacramenti gratia dispositio ad gradum vigesimum gratiæ assurgat, ceteræ virtutes viginti gradibus intensæ erunt: Deus enim vult opus suum esse perfectum: quod in eo maxime spectatur, si radici ac vitæ, facultates ad agendum necessariæ æqualiter conformentur. Et hæc quidem initia sunt spiritualis vitę, in progressu res aliter se habet.

dispositionem in baptismo iustificantur, etiam dispositionis habenda ratio est.

19. Augetur namque gratia, & virtutes, sed nostro labore: quem Deus liberalissimus statim, non expectata futura retributione, remunerat: alioquin posset quis queri opus esse longa expectatione: frustra operarijs nonnullis dari nũmum plumbeũ, symbolum baiulatæ sarcinæ, quo certam probatæ pecuniæ summam recipiant: filijs adoptiuis litteras adoptionis tradi, quibus negari nequeat hereditas. Deus ergo singulis operibus nummum vnum, non plumbeum, sed vere aureum Caritatis ac gratiæ largitur, mensuræ & dignitati operis in numero, pondere, & mensura respondentem: id est, tantum gratiæ, quantum opus ipsum ex Dei promissione meretur: & in eo nummo litteræ adoptionis ac ius ad cælestem hereditatem plenamque compensationem perscriptum est, atque exaratum: vt merito de Messia ad nos veniente

Augetur statim gratia.

Simile.

dici potuerit: *Ecce merces eius cũ eo, reddere vnicuique secundum opera sua.* Si actus feruentior est, amplior gratia: si remissior, non propterea nulla, sed minor reddetur. hæc enim Concilij Tridentini doctrina solida est, & luculenta, ita decernentis: *Si quis dixerit ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab ipso per Dei gratiam vel Christi meritum fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, anathema sit.* Loquitur Concilium de omnibus operibus siue Caritatis, siue aliarum virtutum: siue intensis, siue remissis: est enim definitio dogmatica, quæ vniuersali æquiualet. Intensio namque illa operis non requiritur ad meritum gloriæ ex quo necessario sequitur, non etiam requiri ad augmentum gratiæ. Per gratiam namque homo ad gloriam acceptatur ac idoneus redditur: si ad gloriam hisce operibus acceptatur ideneus, gratiam ergo recipiat necesse est, sine qua dignus non efficitur gloriæ præmio. Denique actus Amoris Dei super omnia vel etiam remissus longe melior est intensissimo alterius virtutis: verbi gratia, desiderio ieiunandi. Si hic ergo gratiam augeat, augebit etiam Caritatis opus, etiamsi non adeo intensum.

Isaiæ. 41. Apoc. 22.

Sess 6. can. 32.

Opera minus intensa habitu suo mereri augmentũ gratiæ.

Quando præmium operum redditur.

30. Quare eodem ipso momento, quo quispiam bene egerit, infunditur à Deo pretiosus ille gratiæ liquor. *Oleum effusum nomen tuum,* ait sponsa. Sicut enim dum in torculari oliuæ premuntur, perpetuo oleum defluit, vel guttatim vel vbertim, prout prælum contorseris, & abundantes oliuas subieceris: sic & ex operum nostrorum prælo seu contentione, si copiosè, si

Cant. 1. Simile.

denter, si continenter materiam suppedite-
mus, vberiores atque auctiores riuuli gratiæ de-
fluent. Torcular vero istud Christus calcat ac
premit, qui a & oleum hoc ex eius meritis elici-
tur: ideoque dicit, *Torcular calcaui solus.* Nec re- *Isaiæ 63.*
quiritur inter meritum & præmium aliqua tẽ-
poris successio: imo sufficit ordo causalitatis,
vt loquuntur Scholastici, vt natura meritum
prius sit quam præmium, sicut effectum causa
præcedit. Aliud vero est, vbi cum merito non
potest existere præmium: quod videre est in glo-
ria, ac opere meritorio. Ex fide enim procedit
meritum: gloria vero fidem excludit. O pretio-
sa atque excellens destillatio, vbi ex operum no-
strorum diffusione tam nobilis liquor emanat
& vasa pretiosa animarum nostrarum, quæ ta-
lem thesaurum excipiunt, quo Dei amicitia ac
coniugium acquiritur, acquiritur & ius here-
ditatis æternæ, atque in altera vita cum lumine
gloriæ, cui ex æquo commensuratur, appendi-
tur in statera! Hæc de gratiæ augmento sed quid
de virtutum seu habituum supernaturalium ac-
cessione?

31. Augentur enim & virtutes: nec minus li- *Virtutum habitus actibus augeri virtutum.*
beralis Dominus est in additione nouorũ gra-
duum ad habitus supernaturales, quam ad gra-
tiæ augendam copiam. Omni namque opere *Simile.*
quo vitam æternam meremur, quo gratiam ex-
tendimus, crescit & virtus illa cuius opus perfi-
citur. Exercitio fidei augetur fides, crescit spes
sperando, crescit patientia tolerando. Sicut e-
nim ex antlia, quoties brachium vibras elicis
aquam;

aquam;& quo frequentius, eo copiosior exilit atque educitur:sic ex singulis actibus virtus ipsa nouis aquis scaturit,sitque fons ipse auctior ac abundantior.qua de re ne dubitare liceat,Concilium Tridentinum statuit iustificatos per obseruationem mandatorum Dei ire de virtute in virtutem. Non vult autem nos nouam virtutē acquirere, quia per iustificationem omnes infunduntur; sed easdem augeri,nunc vnam,nunc alteram,pro singulorum operum merito & exigentia : eo enim opus tendere videtur vt virtutem suam augeat : nec vllum esse posse videtur præmiū operi accommodatius, quam eiusdem virtutis incrementum.

Sess.6 c. 10.

Crescit habitus Caritatis omnium virtutum operibus, non autem cetera rum habitus virtutum aliter quam actu proprio.

32. Augetur ergo virtutum operibus & gratia,& habitus virtutum infusus.Sed quid? num alicuius virtutis actu sola illa virtus, an vero simul & Caritatis habitus cum eodem etiam fine Caritatis actu augebitur?De aliis quidem virtutibus non videtur rationi consonum; vt,verbi gratia,opere humilitatis crescat sobrietas, aut fortitudo:quia inter opus illud,taleque augmentum,nulla apparet proportio; cum præsertim neque ex natura sua,neque operantis intentione,eo referatur.Sed longe alia ratio est Caritatis. Caritas & gratia si idem non sint,tamen aliquo modum affinia sunt : nec vnum potest ab altero separari. Accedit,æquum esse vt tantum possimus diligere , quantum & ipsi à Deo diligimur: at mensura Dilectionis Dei est gratia ,quæ in animæ residet essentia:tanta ergo debet esse Caritas,quanta gratia:& si hæc crescat,debet & Caritas

rius augeri. Augetur autē gratia singulis virtutum actibus, iisdem ergo pari passu crescet & Caritatis habitus. Si enim in humanis quæuis officia, quæ placent amico, dilectionem augeāt & amicitiam; quid ni pariter in Dei amicitia, qui hominibus benignior est, & liberalior? Deniq; Caritas generalis virtus est, ad cuius honestatē omnia virtutum officia referuntur, par est igitur vt ipsa per singula augeatur.

In cœlo omnes virtutes æquales erunt habitui Caritatis.

8 Addam & illud, ad illustrandam Dei benignitatem, noſque ad virtutum exercitium excitandos: quod, etsi singulæ virtutes aliarum actibus non crescant, in cœlo tamen futurum vt omnes virtutes æqualiter se habeant, & in eo gradu sint, quo Caritas ipsa fuerit constituta. In statu namque gloriæ æquum est vt summa inueniatur proportio inter gratiam & gloriam omneſque virtutes, ad hoc vt omnes animi motus inter se commensurati censeantur Amoris magnitudini, parique tenore voluntas in omnia sua feratur obiecta: nihil denique illic demissum, nihil redundans, nihil inæquale sit, quemadmodum & loci dignitas & beatorum conditio omnino desiderare videtur. Hoc, inquam, loci dignitas requirit, etiamsi id viatores nondum suo merito obtineant. Sed quid mirum? meremur hic corporis gloriam, quam tamen in hoc sæculo non adipiscimur: quia anima gloriosa postulat, vt gloriæ suæ corporis splendor simili sque conditio glorioſa respondeat: & status quoque ille requirit vt virtutes æquales sint, etiamsi in via aliæ alias exceſſerint: Deus enim

super

super meritum nos compensat: longeque plura illic percipiemus, quam vel cogitatione consequi valeamus. Quare si quis viator sese in Caritatis operibus plurimum exercuerit, in abstinentia vero admodum parum; abstinentiæ habitus hic exilis, est Caritatis maximus atque intensissimus: at in cœlo vterque æqualis erit, vt animi motuum consentiens proportio constet. Quod si quis intenderit hic habitum abstinentiæ, remissius Caritatem exercuerit; abstinentiæ habitus non erit in cœlo intensior: quia omni opere virtutis infusæ crescit Caritas, quæ velut cisterna ceterorum fontium aquas recipit ac conseruat, & velut variorum fluminum confluxu intumescit, & quasi ingens pelagus exundat, singulis riuulis sese reddens ac insinuans.

Simile.

CAP. XXXVII.

Proponuntur industriæ octo, quibus gratia, virtutes, ipsaque PERFECTIO *egregie augeantur.*

34. HÆc incredibiliter mouere atque accendere deberent PERFECTIONIS studiosos ad virtutum exercitium: quandoquidem singulis actibus gratia in animum influat, virtutes augeantur, nosque facilitatem ad bene agendum acquiramus: Deus etiam ipse eo munificentior in auxilio præstando futurus sit, quo ei gratiores & amiciores futuri sumus

simus: tales autem nos per bona opera fieri, ex-
n controuersiam est. Merito igitur imitari *Simile.*
rcatores decet, qui in sua negotiatione in-
ustrias quærunt ad maius lucrum opportunas:
quas vbi nacti sunt, plus vno die, quam antea
entum, consequuntur. Videamus an aliquas
onere possimus, quibus adiuti multa magnaq:
spiritualis negotiationis nostræ præmia ac lucra
portemus.

Prima industria est, vt eos imitemur ne- *Spiritualis negotiatoris industria octo.*
otiatores, qui, si potentes non sint, nec à pecu-
ia bene instructi, occasiones multa emendi
exiguo pretio, & magno reuendendi, aucupan-
ur: alias perdunt quod opulenti lucrantur. Ita-
que danda opera est vt potentes simus fide, & I.
rtutibus locupletes: sic enim vno actu plus *Vita sanctitatem augere meritum.*
quabimur, quam alij centum, vel etiam mille:
pus enim erit excellentius, venditioque &
ntractus rei ingentis & præcellentis: fænera-
ur enim Domino, & cum eo, inito contractu,
ercamur, non semissem, vt in venditione rei
riguæ, sed aliquot millia, ob quantitatem quæ
aditur, lucraturi. Qui enim magni apud
eum sunt, & magna, ardua, heroica operan-
r, (talibus enim mercibus delectatur Domi-
s) illico magni euadunt: nam Dominus soluit
tempore: parataque item ipsi rursus pecunia
ontinenter negotiantur. Deinde opus, ceteris
aribus, tanto gratius est, & magis meritorium,
anto ex persona gratiore procedit. Vt e- *Simile.*
m, qui Regi valde gratus est, citius ab eo dona
petrat, quam qui minus gratia apud eum
valet:

valet: sic & qui Dei beneuolentiam nactus est, facile, quod volet, impetrabit. Duo etenim spectat Dominus in operum retributione: personam in primis, eiusque dignitatem, non sæculi rem, sed eam quæ ex Dei munere accesserit, id est, Christi meritis. Alterum est opus ipsum, quod maxime mercedem meretur. Si personam spectes, retribuit Dominus vniculq; prout quisque dignior est, seruato quodammodo ordine iustitiæ distributiuæ, & præmiat vltra condignum operis. Quod adeo verum est, vt contrarium damnarit Pius Quintus contra quosdam, qui tenebant, opera bona iustorum non acceptura in die iudicij extremi amplioré mercedem, quam iusto Dei iudicio mereantur antecedere. *Gaudete*, ait Christus, *& exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* & qui mnas decem lucratus est, constituitur super decem ciuitates: imo extraordinario munere & mna altera datur, quæ à seruo infideli & pigro ablata est. Hi deinde qui hora vndecima venerant, non minus quam qui hora tertia, denarius diurnus redditur. Denique Patres antiqui hisce suffragantur, inter quos Basilius in illud, *Conuertere anima mea in requiem tuam. Manet*, inquit, *vera sempiterna illos qui in hac vita legitime certauerunt non tamquam debitum operibus redditum, sed ob munificentissimi Dei gratiam, in quo sperauerunt, exhibita.* & Fulgentius: *Gratia autem etiam ipsa non iniuste dicitur, quia non solum donis suis Deus dona sua reddit: sed quia tantum etiam ibi gratia donat, retributionis exuberat, vt incomparabiliter atque*

Deus in bono opere à Deo spectari.

1.

2.

Matth. 5. Luc. 19.

Homilia in Psal. 114.

Lib. 1. ad Monimum cap. 10.

effabiliter omne meritum, quantumuis bonæ & ex Deo ac humanæ voluntatis atque operationis, excedat.

Eoquo similiter argumẽtari debemus: Si Deus præmiat in cœlo vltra condignum, id in via quoque præstiturum sperandum est: quandoquidẽ dona cælestia ac retributiones ordinarie gratiæ meritis respondeant. Quapropter, si à Deo persona admodum grata quippiam postulauerit, daturus ille quidem sit, non modo ex regula iustitiæ, quæ dicit, *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*: sed & addet, *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabit in sinum eius.* *Matth. 7. Luc. 6.*

16. Quod ad opera attinet, respõdet quidem operi sua merces, quam Deus retribuit per modum iustitiæ commutatiuæ: vt, quantum opus valuerit, tantum sit & præmium atque additio ad gloriam: tamen, quo persona simul dignior fuerit & sanctior, eo gratius opus reputabitur. non quod sanctitas actũ ipsum intrinsece faciat meritorem: est enim personæ dignitas ornamentum dumtaxat accessorium operi: auget tamen meritum, quia vt inter homines beneficium & obsequium eo maius censetur, quo carior est is quo præstatur, idque secundum rectam rationem: ita & apud Deum. hinc sæpe diximus, gratiam condicionem esse necessariam, quæ efficiat vt opera nostra Deo placeant. Vbi ergo maior gratia affulserit, gratiora opera reputantur: cum etenim aliquid meremur, non tãtum opus ipsum in Dei obsequium offerimus, sed & nos ipsos: qui si sanctiores ac Deo gratiores *Operibus nostris etiam respondere mercẽdem per modum iustitiæ distributiuæ.*

res fuerimus, sane opus ipsum acceptius hau
dubie habebitur: vnde D. Thomas docet, satisf
ctionem & meritum Christi fuisse infinitum ex
dignitatem personæ. Quare vbi maior dignita
ad amicitiam Dei pertinens, maius quoq; emu
get meritum.

Perte 3. q 46 a. 6. & q. 48. a. 2. ad 3.

Industria 2 Operis continuationē augere gratiam.

37. Altera industria in operis continuatione consistit. Plus enim conficit operarius, qui tri
bus quam qui vna hora laborat: & qui orat in
tegra nocte pie ac religiose, quam qui quadran
te horæ: & qui se vitamque suam Dei obsequi
consecrat ac mancipat, & ex hac destinatione
git, plus meretur, quam is qui ad paucos
Deo seruit. Illud quidem verum est, con
nuationem, si nulla in opere variatio aut mu
tio accedat, actum non facere intrinsece melio
rem: raro tamen accidit, quin feruor excre
aut ipsius orantis agentisue excitatione aut
miserentis visitatione. Præparationes co
nostri audit auris eius: & præsto adest vt præ
niat nos in benedictionibus dulcedinis eius
tes impleat bonis, & mendicos ad ianuam
largitione liberali accumulet. Deinde eni
nulla fiat feruoris accessio, ac mutatio
ratio tamen melior est secundum mo
æstimationem, quia longiori spatio
stit, ac diutius bonitatem suam retinet
ut in opere malo continuatio auget de
tum.

Continuatio non facit actum intrinsece meliorem.

Psal. 9.

Psal. 20.

Luc. 1.

38. Quod si quis beneficio temporis
præstabit opera aut eadem identidem repe
aut diuersa multiplicare. In duobus enim

Industria 3 Breues orationes ad o

ctibus sunt duæ PERFECTIONES, duo ornatus, duo influxus, duæ substantiæ, duæ libertates, duæ attentiones, posterior priore nobilior & auctior: in operum enim multiplicatio ne plura sunt merita, plura incrementa. quæ quidem consideratio egregie eos monet, quib. diutius per otium non vacat aut orationi aut aliis bonis operibus insistere, sæpius ad Deum recurrant per orationes iaculatorias, actusque Caritatis eximios, quibus Deo super omnia placere deserent. Hæc autem industria maximi momenti & incredibilis vtilitatis est, & magis ex vsu quam ex theoria perspicitur. Hanc Sancti sectati sunt: & nominatim Maria Ogniacensis, quæ ut scribit Iacobus à Vitriaco, S.R.E. Cardinalis) *per diem & noctem millies & centies flectens genua salutabat B. Virginem, atque admirandum hoc & inauditum salutandi genus & officium ad quadraginta horas continuebat. Primo autem in spiritu vehementi, sine vllâ intermissione, sexcenties flectebat genua: deinde interpositum Psalterium stans legebat, ad singulos Psalmos beatissimæ Virgini flexis genibus Angelicam salutationem offerens: tertio, austro flante vehementius, trecentis vicibus ad singulas genuflexiones virga se percutiens Deo & beatissimæ Virgini prolixo martyrio se immolabat. Tribus autem vltimis ictibus tamquam ad aliorum condimentum copiosum è suo corpore extrahebat sanguinem. Tandem quinquagies flexis simpliciter genibus sacrificium consummabat.* Hæc ille.

pera singula adhibenda.

In vita eius lib 1. c. 9.

Vide Sur. tomo 3. ad 23. Iunij.

Quarta industria in feruore atque intensione actionis consistit. Vt enim plus viæ cõficit qui

Industria 4. Feruor ac intensio auget

meritum. qui pernici equo, vel naui in rapido flumine,
Simile. vel pedes quidem, sed perpetuo cursu viribus
Actus intensi causa dua. fauentibus aliquo contendit : quam qui communi passu ambulat: sic & qui cum ardore magnoque conatu opera sua conficit. Vis autem illa contentionis ex duplici pendet capite. nec enim parta gratia tantummodo quis vtitur, atque habitu virtutis, cuius opus exequitur: vt qui ex tota habitus latitudine opus perficit, ille celeriter atque intensissime currere dici debet, quia maiores illi vires non suppetunt, vt de pedite diximus: si tamen equus vel nauis offeratur, non modo celeriter, sed celerrime vo-

Thomas à Kempis li. 2 ca. 9. dicetur. Bene dixit, qui dixit: *Satis suauiter ambulat, quem gratia Dei portat.* sed satis non dixit: nec enim non tantum suauiter, sed & faciliter accelerat ambulat, non suis, sed alienis & pedibus & viribus. Accedente ergo gratia Dei per uia, actualique auxilio, cum habituali, non tantum augetur gratia quantum potuit habitus vires suppeditare, sed longe amplius, per intensionem actus superueniente auxilio exercitati.

Cautio in feruore seruanda. 40. Sed in cursu modus esto. Qui celeriter incedit quam vires ferant, illico fatigatur, ac deficit. mum præcedentes à tergo sequitur. Mediocra cursus & feruoris est latitudo acamplitudo habitus virtutum quas exercemus, aut accessio nouæ gratiæ visitantis. Qui amplius nititur, vires comminuit ac fatigat, citoque deficit. Quare requiritur in primis prudentia, bonusque director, à quibus tiro pendeat: sæpe namque

æmulatio & nonnulla ſuperbia nos impellunt, ſapiamus pluſquam oporteat ſapere, & agamus vltra vires: hinc valetudo corporis læditur, caput offenditur, labaſcunt vires, denique animi deſperatio & haſtam & clypeum abiicere, omnia bona exercitia relinquere, ad ſeriorem viuendi rationem redire compellit. Quare *Ne ſutor vltra crepidam.* Deum oret vt gratiam actualem addat: operetur cum humilitate, & ſenſim creſcat, imperfectum ſuum cognoſcens, *ne in ſuperbiam elatus in laqueum incidat diaboli, & deſideria nociua, quæ mergunt hominem in interitum.* Sat cito, ſi ſat bene. 1. Tim. 3. 1. Tim. 6.

41. Fructus huius feruoris in clibano vitreo, in quo vi ignis eliquatur aqua, optime cognoſcitur: cum enim vel pulli, vel herbarum, vel vitis ſubſtantiam igne ſuppoſito elicere niteris, ſi ignis exiguus fuerit, parum admodum facies: plus æquo adhibeas, rem ipſam conſumis: ſi æquũ ac ſufficientem, efficis quod optas: è collo turbinis ſeu clibani in excipulum guttatim aut etiam vbertim defluit pretioſus liquor, prout ignis inuenerit diſtillationis materiam. Et nos diſtillandi artem ſpiritualẽ diſcamus oportet, ſi pretioſum illum liquorem in animos noſtros eliquari velimus. Materia ſunt vel præcepta virtutum, vel conſilia: ignis eſt Caritatis feruor: qui ſi exilis ſit, parum eliquatur: ſi æquo intenſior, operantem conficit: ſi æquus ac ſufficiens, optimum liquorem in animos noſtros diſtillat, quod meritum operis eſſe diximus, & augmentum gratiæ ac virtutis. *Feruoris ac meriti pulchræ ſimilitudines.* 1.

Similitudo 2. Id etiam videre est in ipso ardore ac diligentia qua apes mellis fauos conficiunt: perpetuo operantur: nunc fugunt è floribus, nunc in alueraria reportant, nunc denique mel ceramque concinne recondunt, ita copiose, vt fructus sit le diligentiæ ac feruori respondeat. Huius mellis copia cum in morum suauitate, tum in sermone sese manifestat, vt mel potius ex ore hominis, quam verba, fluere videatur. hinc de *Cant. 4.* sponsa Sponsus prædicat: *Fauus distillans labia tua sponsa: mel & lac sub lingua tua.*

Similitudo 3. Denique ignis præpotens aliter populatur qui paruus: omnia namque in seipsum cõuertit omnia inuadit & occupat. Sic & Caritatis ardor incendit animum, eiusque omnes facultates serpit in corpus: manus, pedes, os, linguam inuadit & occupat: plusque ex quo spatio sibi vendicat, quam languidus animus multis annorum stadiis.

Industria. 5 42. Feruorem ampliorem sequitur industria quinta, quæ in libertate consistit: vt enim de*Animi libertas auget meritũ.* ctus libertatis omnem tollit rationem meriti, ita diminutio magna ex parte augmentum gratiæ ac virtutum minuit. Martyr non est, qui tyranno raptatus occiditur, si mori nolit pro Christo: nec ille Christianus est, qui inuitus coactus baptizatur, aut dormiens, si ante nouerit: sicut nec homicida, si manus repugnantis homicidium impellitur. Minus etiam peccat qui consiliis grauique tentatione pulsatur, & ad peccatum inducitur. Sic & qui à Deo preuenitur, omnino nihil meretur, si nõ aduertat

tatem acquiescat. Si aduertat, & gratiam excipiat, sed affluenti consolatione impulsuque feratur, meretur quidem sed tamen ille amplius, qui sese ad agendum sine tali impulsu promouet, ceteris tamen paribus. Dixi de externo impulsu tam ad opus virtutis quam peccati: si enim ab interno habitu, piaque agendi consuetudine propensio ac facilitas illa oriatur, voluntaria est: ingenerauit enim quisque ac peperit in se habitum hunc ac facilitatem. sicut ille, qui assuetudine peccandi rapitur ad turpissimum finem perpetrandam, vis illa ac necessitas non excusat: quia ipsam voluit tota libertate, actibus plurimis & maxime volũtariis propensionem illam acquisiuit: Idem dicendum de votorum obligatione: ea enim libera est, quisque sibi mea necessitatem spontanee inuitat. Quare consilia, operaque supererogationis, summum habent momẽtum in hoc genere, quia summa libertate fulciuntur.

Opera quæ ex voto latoq; habitu fiunt, ceteris magis meritoria sunt.

Industria sexta est, quæ ardua ac difficilia quæque aggreditur, ac conatu superare nititur. illo namque ascensu vt laudis, ita meriti plurimum inuenitur. *Industria.*

Oriri vero difficultas potest ex quatuor sequentium capitum aliquo vel pluribus: nempe vel ex natura operis: vel ex eius, qui operatur, imbecillitate: vel ex praua consuetudine: vel denique ex tentatione quæ à voluntate operanti non pendeat. Primum enim quædam ardua sunt ex natura sua ac difficilia opera, quæ vi nostræ naturæ imbecilliori repugnant; *Operum difficultas quæ oritur ex quatuor capitibus.*

1. *Ex operis natura.*

quale esset, pane & aqua vitam sustentare, parētes deserere, abdicare à se bona omnia, Christum nudum sequi, vitam cælibem domita carne sectari. De his dici potest: *Difficilia quæ pulchra.* Hæc enim omnia spiritualem supellectilem augent incredibiliter.

2. *Ex nostra imbecillitate.*

Imbecillitas iuuat, si voluntaria non fuerit, plus enim meretur, qui cum aliqua debilitate ieiunat, quam robustus: & qui duos obolos, cū plures non habeat, dat indigenti, quam opulentus qui viginti. Qui tamen tua culpa, vt ebrietate, aut bonorum decoctione, imbecillis est, vel ad ieiunandum, vel ad largiendum, is parum ex hoc capite promoueret lucri spiritualis modum, quia sese sponte in eam necessitatem induxit.

3. *Ex praua consuetudine.*

Vt consuetudinis repugnantia non obstet (nam difficultas illa ex inordinatione orta debet praua consuetudo, & inordinatio, facque omnia è quibus eæ ortum habuerunt, probari: & qui male affectus ac propensus facti pœnitere.

4. *Ex tentatione.*

Idem de tentatione dicendum est: sunt namque nonnulli, qui tentationi nimium indulgēque eique diutius aurem præbent, vel occasionem. Illa sane obest plurimum, quæ si constanter propellatur, nullaque occasio præbeatur fortis constantisque est animi, ea excussa opus aggredi, inuito dæmone, carne, & omnibus aduersariis. In quo solari se debent, qui, sæculi fugēs periculis, ad sanctam solitudinem confugerunt, occasionem omnem luctę præscindentes

quo

quos si deinde hostis aggrediatur, vtilius consectabuntur, quam si in sæculo remansissent, in quo luctam ipsam probare velleque censerentur, vt mundi sectatores velle censentur tentationum occasiones : imo vel quæruntipsi, vel, cum possint, non remouent. Tanti fit hæc gendi pugnandique ratio, vt talibus magna Deus promittat. *Qui vicerit*, alt, *sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius.* *Apoc. 3.*

44. Septima industria suadet, vt, qui potest multum, abundanter tribuat, ac se liberalem profusumque Deo exhibeat. Ita filium monuit Tobias : *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertire stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis.* Huc accedit D. Pauli exhortatio : *Qui parce seminat, parce & metet : & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Quantitas vero hæc interdum ex inopia & necessitate accipientis consideratur: quæ largitio magna putanda est, si tota, eaque vrgens vel extrema leuetur inopia, vel etiam superetur: magna est, si summa ex se notabilis fuerit : magna item, si is qui tribuit, etsi parum tribuat, aliquid commodis suis & necessitati detrahit, vt alterius necessitatem subleuet: & plura tribueret, si suppeterent : qualis fuit vidua Euangelica, quæ in duobus minutis totam substantiam largita est : plura datura, si habuisset. Ille profusissime tribuit, qui nihil sibi reseruat. *Si fœneratur Domino, qui misé-* *Industria 7. Liberalis & profusa operatio.* *Tobiæ 4.* *2. Cor. 9.* *Luc. 21.* *Prou 19.*

miseretur pauperis : quanta negotiatio est, omnia sua Domino tanto concredere! Nec attendit quantitatem, sed profusam voluntatem: *Si enim*, ait Apostolus, *voluntas prompta est: secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet*, Dat etenim quod habet, & nihil retinet, ne quidem habendi voluntatem aut potestatem, qui est supremus liberalitatis gradus. Quarenú immerito supremum etiam præmium reportat, auctore Domino, qui ait: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.* Sed prius in animo hunc thesaurum recipiet, iuxta Regium Propheram: *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum sæculi.*

2. Cor. 8.

Matth. 19.

Psal. 111.

Obiectio.

45. Nec est quod quispiam obtendat quantitatem operis externam esse: metiendum valorem, & petendum ab animo, cum externo actui interno nihil addat dignitatis, & à forma ac fine nobilitas operis pendeat: quia qui dat aureos centum, agit etiam interne, non minus quam is qui dat quinquaginta tantum. quam prior largitio, si par sit in intensione ac feruore pluris æstimari debet, estque posteriore nobilior; primum quia difficilius est dare centum aureos quam quinquaginta, ideoque contra repugnantiam exurgentem conatu ac labore maiori opus est, quod & actum facit meliorem. Sed sint paria omnia: qui centum ex Caritate largitur, finem non minus nobilem intendit quam qui quinquaginta ex eadē: sed plus tribuit, estque res illa præstantior quam altera; bonitas nam-

Responsio.

namque finis tota seſe communicat toti huic summæ ampliori. Nec sic considerata res est tantum indifferens, qualis est thesaurus: sed exhibitur ad dignitatem quandam supernaturalem, qua informatur: effectumque habet nobiliorem ac maiorem, sicut & opus ipsum maius fit & dignius. Ponete offerre agnum Dominum sacrificium, & ego offeram agnum immaculatum noui Testamenti: ceteris paribus, sacrificium meum nobilius est tuo, etiamsi in solamateria constituatur discrepantia: quia melior est Christus agno. & centum millibus ducatorum plus vtilitatis adfertur reipublicæ, & ad Dei honorem, quam quinquaginta: vnde præmium maius ac melius respondere debet. maioremque pœnam meretur, ob maius peccatum, qui centum millia, quam qui quinquaginta ducatos furto abstulerit.

Industria 8.

Optimum operationis genus.

8. Huic proxima industria est, vt Deo obsequamur ex optimo operationum genere. Sunt enim opera alia aliis meliora, non tantum ratione materiæ subiectæ, sed etiam finis. Nobilius sacrificium altaris, quam donum aliquod templo oblatum: melius docere ignorantes quam mortuos sepelire: dignius deuote contemplari, quam cibis abstinere. Si materiam spectes, sunt & formæ aliæ aliis digniores: spei namque dignior forma quam fidei, & fortitudinis laudabilior quam sobrietatis: denique Caritas ceteris virtutibus antecellit, quia nobilissima virtutum est: eiusque finis propius, & excellentissimo modo in hac vita possibili, & ob ex-

excellentissimam rationem Deum attingit infinite bonum & perfectum, arctiusq; hominem Deo coniungit, quam ceteræ virtutes: ideo maior nobis vtilitas ac fructus ex ea accedit. Ille ergo operæpretium facit, qui omnes suas hac tam nobili forma inuestit ac informat actiones: nec modo humanas, sed etiam supernaturales, vt sunt oratio, humilitas, fidei ac spei, continentiæ, iustitiæ, ac temperantiæ functiones atque officia.

Finis externus bonus nouam bonitatem actui tribuit.

Actus namque moralis ex obiecto bonus, vel etiam supernaturalis, si simul referatur ad finem extraneum, qui distinctam habeat honestatem, nouam bonitatis rationem recipiet, etiam retenta priore: vt qui ex misericordia vehit pauperem, primum quidem ad subleuandam inopiam, tollendamque miseriam, quod ex se bonum honestumque est; si idipsum Christi more faciat, tamquam ipsi Christo, adiicit operi nouam bonitatem finis, qui forma actus illius est, & per se sufficiens vt bonitatem ei conferat à nullo namque impeditur, quo minus ea impertiat. Quid enim? qui furatur vt adulterum committat, magis adulter est quam fur: non minus vero est efficax intentio finis honesti circa bonam electionem, quam mali circa malam. Qui igitur Eleemosynam dat vt Deo placeat, magis Dei amans dicendus erit quam misericors.

Simile.

Fines varij honesti in vnica actione.

Nec finis iste nobilior alium actum proprii excludit: quia honestas honestati non repugnat. Qui enim vestit nudum, vere subleuat nudi-

nitatem: nihilominus non impedit quo minus id ipsum in Deum referat. Vt quæ mater alit filium, honeste facit: si vt ipse parentis senectutem fulciat, rursus honeste agit: sed hoc ipsum desiderat, vt, occupatus officiis pietatis erga parentem, otium fugiat: ne deinde cũ soluta iuuentute corrumpatur: vlterius optat, vt hac oportunitate virtutem ac studia capessat: ad quid? vt reipublicam iuuet: pergit in optatis, vt labentem religionem virtute operaque fulciat, & maxime quidem, si ita Deo visum fuerit, in statu PERFECTIONIS: denique sese Deo per omnia consecret ac voueat: &, si fieri potest, vt filium, tamquam altera Machabæa, hostiam & martyrium factam aliquando videat. Omnes isti fines non impediunt sese: fitque actus tam nobilissimus, omnesque omnium actuum, qui in hoc vnico concluduntur, bonitates ac dignitates includit ac complectitur. Quãdo Christus pauit quinque hominum millia, intendebatne solum illorum famem depellere, & sanos conseruare? Nequaquam: omnes pauit corporaliter, sed pascere intendebat spirituali cibo fidei, eorumque animas Patris sui obsequiis adiungere: item vt Patris voluntati sese conformaret: denique vt gloriam eius promoueret: ideo nobiles erant omnes Christi actiones: quem & nos imitari conuenit, si vtiliter mercari, si diuitiis crescere, si perfici cupiamus.

& *Macb. 7.*

CAP.

Cap. XXXVIII.

Quanta merces singulis operibus reddatur, & quot gradibus gratia ac virtutes augeantur.

47. VNum superest, quod supra modum sitim & auaritiam nostram spiritualem potest acuere: nimirum, *Quanta ex singulis actib. gratiæ fiat accessio : quot gradibus virtutum habitus augeantur.* Quæstio difficilis, vtilis tamen, & digna curiositate sancta, & æmulatione religiosa.

Ad augmentum gratiæ plurimum valent operum præstantia, ac feruor seu intensio.

Ad hoc lucrum faciunt plurimum duæ illæ industriæ, quas in operum virtutumque præstantia, in ardore ac intensione constituimus: non enim omnium virtutum fructus est æqualis, alioquin earum nulla esset alia dignior.

In lucro tria quoque consideranda sunt: gratiæ augmentum, accretio habitus aut virtutis denique gloriæ repositæ merces. Pari pace gratiæ & gloriæ præmium sese comitantur, non tamen æqualitas est in habituum accretione. Sed quoque in actionis intensione ac feruore extra controuersiam est, remissa intensiorem magis meliorem, effectumque producere auctiorem, quantumlibet tamen actum remissum, aliquem efficere: vnde qui dat eleemosynam ex pia intentione, sine magno feruore, (quis enim, huiusmodi opera externa dum peraguntur, semper

Omnis actus iusti, etsi remissus, auget gratiam ac habitū virtutis. Probat. 1.

inten-

hendit ac dilatat interius animum, vt cum ma-
gno feruore fiant? vt quando Martha seruiebat Christo, aut vidua illa dabat sua minuta duo, for-
neutra de feruore cogitabat, sed bono affectu
faciebant) qui, inquam, sancto proficiendi desi-
derio Deo aliquid largitur, etsi non ferueat
quantum potest, augmentum gratiæ ac gloriæ
acquirit. *Luc. 10.* *Luc. 21.*

Crescit etiam virtutis illius habitus, etiamsi nonnulli aliter sentiant. Quid enim id impe-
diat? Verbi gratia, obsequium Marthę cũ magna
licet sollicitudine & distractione factum, pio
Christi placendi studio, habet omnia quæ re-
quiruntur ad opus meritorium, tum ex parte
operantis, tum ex parte operis, tum ex parte il-
lius cui obsequebatur. *Diligebat* namque *Christus Mariam, Martham, & Lazarum.* Constabat ergo
inter ipsam & Christum amicitiæ vinculum,
quæ prima est meriti condicio. Opus Christo
gratum erat, auctore D. Augustino. nam dicens
Mariam elegisse optimam partem, innuebat
eius quoque esse bonam: cooperabatur enim
operi redemptionis; & recipiens Prophetam in
nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ acci-
pere merebatur. Opus quoque liberum erat.
Non cogebatur Martha seruire; hospita erat, &
laudenter Christum excipiebat. Illud quidem
fateor: lubenter vidisset sororem suam iunio-
rem simul manus operi admouere. Denique ita
pacisci Deus nobiscum voluit, ac promittere,
nam qui potum aquę frigidæ dederit vni ex suis
minimis, non perditurum mercedem. Quis
ergo

Abulensis & Conradus. *Ioan. 11.* *Meriti conditiones.*

1. *Dei amicitia.*

2. *Opus bonũ & supernaturale.* *Serm. 27. de verbis Domini, post medium.* *Matt. 10.*

3. *Opus liberum.*

4. *Promissio Dei.* *Matth. 10.*

ergo dicet Martham ita distractam variis curis, vt solent hospitæ in hospitum variorum aduentu, vel cogitasse de illa animi contentione conatuque interno, vt is habitum Caritatis excederet, alioquin nihil promeritam in Christo excipiendo? Quis eam docuisset hanc doctrinam, cum nec ipsi Apostoli adhuc rudiores subtilitates has intelligerent.

Philosophi de hac doctrina sentiant quod velint: actibus naturales habitus generari ac crescere nullus diffitetur: at habitus supernaturales non sic generantur, vt causa sola efficiens sit actus, sed infunduntur diuinitus, & meritis accrescunt etsi morali quodam modo actus nostri Dei gratia & auxilio adiuti requirantur. Si ergo actus aliquis remissus eliciatur, qui meritio conditiones habeat: sine temeritate negari non potest esse meritorium, &, si nonnihil excrescat, plusculum amplius meriturum, quia melior priore, & sic deinceps. Secundum ergo omnes suos gradus erit meritorius, quia omnes illi gradus sunt eiusdem naturæ & condicionis, & vnum bonum opus efficiunt.

Probatur 1.

Hoc tamen non æqualiter fit in omnibus virtutibus. Duobus namque modis fit, vt singuli gradibus operis, singuli gratiæ gradus respondeant. Priori, vt æqualitas graduum seruetur, totque gradus gratiæ reddantur ac infundantur à Deo, quot actus ipse continebat. Altero, vt vni gradui operis boni respondeat portio aliqua gratiæ non tamen æqualis: nec tantundem recipiat gratiæ ac gloriæ, quantus actus fuerit, vt

Quaratione habitus augeantur

Dupliciter gradibus operis gradus gratia respondent

1.

2.

vt iactus sex gradus habeat feruoris, duo gratiæ reddantur: si duodecim, quatuor recipiat: si viginti-quatuor, proportione simili octo mereatur; ita de singulis dicendum est.

In virtutibus à Caritate distinctis non respondent omnes gradus gratiæ gradibus actus quo illam meremur. Simile.

48. In actibus namque virtutum, (Caritatem excipio, de qua posteà dicturus sum) vbi Deus super omnia non diligitur, non redditur æquali sed proportio illa, quam secundo loco posui mus, Doctorum probabili sententia seruatur. aliquin omnes virtutes essent æqualis meriti, quod non caret errore: videmus enim in humanis, nos quibusdam facinorib. Principes magis demereri, quam aliis obsequiis. Gratius est Reipublicæ hostiũ expugnatio, ac fortis exercitus deletio quam coqui cuiusdam ministeriũ, ac mensæ ornatæ præparatio. Sic & Deus pluris æstimat actum heroicum ipsius causa exantlatum, quam abstinentiam diei vnius à carnibus.

49. Hoc verum est quoad gratiæ accessionem sed quid de virtutum habituumque incrementis? Non priuamur, sane omni spe, præmioque capito: nam actus quilibet virtutis auget virtutis suæ habitum secundum totam actus PERFECTIONEM, ac intensionis suæ latitudinem: magnam etenim habet actus ipse proportionẽ in hoc augmento: si enim esset productiuus habitus, produceret habitum sibi æqualem in subiecto idoneo. Meretur igitur habitum sibi æqualem infundi, & eundem per actus augeri.

Crescunt tamen virtutum habitus iuxta actuum latitudinẽ.

50. At quid dicemus de Caritate virtutum so Regina, magni Regis Sponsa, quæ in eius

In Caritate gratia

& habitus tantũ crescit, quantus actus est quo meremur.

thalamo commoratur? Illi hoc peculiare est, vt dũ diligit, dum super omnia Deum quęrit ac cõplectitur, tantum reportet siue habitus, siue gratiæ augmenti, quantum eius actus intensus fuerit : primas enim inter meritorios actus obtinet, summamque cum illo præmio proportionem habet, magnaque ex parte pręmium in hac Dilectione (vt ante testimoniis Scripturæ declarauimus) consistit. Nec quæ dicimus, fundamento carent: in iustificatione namque tantum quisque gratiæ recipit, quanta Dilectio, quę præcessit, fuerit: non enim minus á Deo diligimur quam ipsum diligamus. vnde Christus loquens Simoni de Maria Magdalena, *Remittuntur ei quit, ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Concilium Tridentinum. *Iusti*, ait, *nominamur & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam, secundum mensuram quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult & secundum propriam iusque dispositionem.* Multo ergo magis in tantum gratiæ reportabit, quantus erit actus quo aliquid merebitur. Si hostis perdentem iustitiam tantum consequitur, quid de filio credendum est? Similiter argumentatur Apostolus: *Si enim* (ait) *cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.* quasi dicat: Si ante reconciliationem, dum inimici essemus, gratia nobis reconciliationis tanta tribuitur, quantam Deo placuit nobis suis meritis largiri pro ratione nostræ dispositionis : quanto magis vita eius viuentes salutis opera facien-

Luc. 7.
Sess. 6. ca. 7.
Rom. 5.

rus, quibus gratiam ac vitam consequamur æternam! Cur non liceat inferre de quantitate adepta per opus huius iusti, quod de munere ac mensura gratiæ à Concilio statuitur? Et sane *Deut. 25.* Deus pronior est ad benefaciendum, quam sit ad puniendum: non punit vltra condignum: vna enim mensuram delicti mandatur & plagarum modus. Reddet igitur & meritis nostris, *Luc. 6.* maxime filiorum, quod non negauit hostiæ *& mensuram* quidem (vt promisit) *bonam & confertam, & coagitatam, & supereffluentem.*

Computatio magnæ mercedis operantiũ ex tota latitudine habitus.

Itaque illud efficitur, quod in omni opere Caritatis, aut Amoris Dei super omnia: vt tot gradus gratiæ accrescant, quot actus continebit: etiamsi idem non emineret supra totam PERFECTIONEM habitus. Quod si ex plenitudine habitus quispiam operetur, *Schema duplicatæ vnitatis trigesies & bis.*

rum excrescet, quantus actus	1
fecit: vt, si actionis feruor decẽ	2
gradus continebat, addentur alij	4
decem, & habitus intendetur vt	8
viginti: si rursus idem eliciat actũ	16
ex tota latitudine virtutis, acces-	32
sitque aliorum viginti, sicque	64
habitus quadraginta continebit:	128
inde octoginta, & sic deinceps	256
duplicando. Hinc vere dicitur,	512

Matrem Virginem tantum omnino meruisse vltimo vitæ actu, quantum tota anteacta vita: nam vltimus actus,

quem ex summo conatu ac PERFECTIONE elicuit, omnes gradus acquisitos duplicauit, ac prioribus adiecit. Quapropter dici non potest, quantum accumulet studiosus virtutis diuitiarum spiritualium, qui non minus auare eas concupiscit, quam pecuniæ perituræ siribundus helluo: si enim vel trigesies progressus fueris in huiusmodi additione, quam putas summam collegeris, vel vnius diei spatio? Dici potest, vix credi potest. Anno 1608. Vicepræsidi Castri Bullonien sis, mihi familiari, quidam equum mediocrem vendidit, quem licitanti obtulit pretio vnius grani frumenti toties duplicati, quot in equi pedib. claui erant. In singulis reperti octo, in vniuersum triginta-duo. Primo clauo attributum est granum vnum, secũdo duo, tertio quatuor, quarto quinto sexdecim, & sic deinceps. Numerus lo maioribus impleta est infima quædam sura granis numeratis, quæ pluribus vicibus pleret duodecimam partem modij magni, vix homines sex robusti ferre possint. Numer trigesimus-secundus & vltimus erat, *duo mil centum quadraginta-septem milliones, quadring octoginta-tria millia, sexcenta quadraginta-oct*

nequæ in mensura Duacensi conficiunt *quadrin quaginta-tria millia: ducentas octoginta-quinq; capas, quas vocant*: quarum quatuor conficiunt mensuram vnam, quæ hominem sufficienter ornat, vulgo Raseriam vocant. Raseriæ vero ex his conflantur *mille ducentæ triginta-nouem*: quæ totidem ducatis facile æstimantur. Care equum vendidit: nesciebat emptor alterius industriam; deceptus est. & vere nescimus pretium rei quã bene vendimus: nihilominus Deus gaudet decimis nobis. Quod promisit, quod pactus est, libenter persoluet, nec vel vnum granum subtrahet.

12. Si mercatoribus tales opportunitates sæpe obtingerent, putasne vel vnam prætermitterent? nequaquam. Ad Indos tot maris tempestatibus ac procellis insani, periculis obnoxij perrexerunt, spe mercium rariorum comparandarũ quas simili periculo reuehant; & sæpe frustrati animam vitamque naufragio amittunt. Quid facerent, si Romam vsque tantum esset eundem? Parisios? si Bruxellas? At in hac negotiatione paratis est, si templum accesseris, vbi Sacramenta recipias: ad ianuam tuam, vel viciniam, vbi pauperes pascas & vestias; ad oratorium tuum, vbi frequentissime tete excites: imo nec pectus tuũ ingredi necesse est. Si hæc non possis, quis se non posse amare queri poterit? S. Maria Ognia- *August. lib 50 hom. 6.*
tensis flectebat millies & centies vno die natu- *Iacobus à Vitriaco li. 1. vitæ eius apud Surium*
li genua. Dominicꝰ Loricatus duodecim Psalteria continenter recitabat, cædens sese interea verbere. Id de Ioanne Taxedo Hispano, Or-

B. Petrus Damian. li. 1. epist 19 ad Alex Papam.

dinis D. Franciſci, (qui anno 1550. obiit Vallifoleti) reuelationibus, raptibus, rebusque præclare geſtis, & (quod caput eſt) virtutibus inclyto, narratur: certo tempore illi ſolemne fuiſſe, centies noctu & centies interdiu genua flectere, & recitata oratione Dominica ac ſalutatione Angelica meditationem de aliquo Chriſti Domini myſterio inſtituere.

Si vero nos duplicemus quotidie quinquagies, annis ſexaginta actus intenſiſſimos Caritatis eliciendo, vt Beatam Virginem forte & plu-ries annisque pluribus feciſſe putandum eſt, quem numerũ putas conficiemus? Pater Clauſtophorus Clauius demonſtratiue oſtendit numerum quem ponit quinquaginta-duum cifrarum tantum, longe maiorem eſſe numero arenularum totum mundum vſque ad concauum firmamenti replentium, etiamſi arenulæ tam exiguæ eſſent, vt decem millia efficerent digitum taxat ſphærulam grano papaueris æqualem. Addiſcunt enim numeri facile additionibus, & vna cifra multos milliones poteſt efficere. At noſtra infinitorum graduum gratiæ & PERFECTIONIS capax eſt, ſine menſura augeri poteſt. Dolebimus certe, cum ad vitam alteram intrandum erit, noſtramque incuſabimur ſegnitiam, quod occaſiones augendi peculium noſtri neglexerimus. Mirabimur tot gradibus *Luc. 16.* ab infinita Dei PERFECTIONE abeſſe: tot beatos nos præcedere, ſubſequi perpaucos. Vere *filii huius ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.* quot artificiis, quot induſtriis

In c. 1. Sphæra Ioan à Sacroboſco, ſub finem.

vuntur ad augendas opes, ad rem suam promouendam!

Varia exempla, quibus ad lucrum spirituale excitemur.

In silua non ignota mercator quidã pro summa non admodum notabili emit quercus ea lege, vt tot sibi prosterneret, suasque faceret, quot uno die ab aurora ad vesperam vsque posset si quare siluestri malleo. Contractus initus est. Obseruauit in primis emptor præstantissimas easque cum otio: locaque designauit quibus secundis compendiose ordinem seruaret: exortauit dies longissimos, & ab aurora ad vesperam vsque, ascitis aliquot sociis, quorum nonnullus panem vinique lagenam conferebat, pæne totam siluam, quæ longitudine duo milliaria superat, latitudine non omnino æqua- quercubus spoliauit, incredibili domini damno. Has industrias filii lucis prætermittimus: quis enim adeo mane surgit, vt ad vesperam vsque salutis suæ negotia promoueat, vt insigni commentatione defectus suos obseruet, altas quercus superbiæ, amoris proprii, iudicij tenacioris, peruicacis voluntatis, auaritiæ, iræ deturbet, imo & prosternat? *Omnis qui in agone contendit* (vt & mercatores isti) *ab omnibus se abstinet*: illi vt corruptibile lucrum recipiant, nos autem incorruptum: & dormimus, & incurii languemus? Possumus tamen nullius damno aut incommodo, nostro vero commodo maximo, denique summa voluntate, hoc pactum cũ Deo initum, hunc contractum persequi ac complere. Quid ni facimus? Si à summo mane ad vesperam vsque prauam aliquam consuetudinem

I.

1. Cor. 9.

vel habitum pœnitentię malleo concuteremus, caueremus certe lapidem illum, (quid ni? si gutta repetita cauare possit?) multas virtutes consequeremur. Lugebunt damnati ob pœnas quas sentient: lugebunt & socordiam, qua & pretium hoc incomparabile perdiderint, & gloriam societatemque beatorum amiserint.

2. Cogita si te Rex in ærarium suum induceret, potestatemque faceret vno quadrante horæ educendi ex eo quidquid diuitiarum velles: quo sedulitate, quo ardore id perficeres! dormires? (quæso) ederes? numerares tuas tenues pecunias? contenderes verbis? excusares te? Hic fac dum viuis, quia vita nostra vt momentum stateræ est: ærarium Regium tibi apertum est. *Eccle. 9.* *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Nihil tibi perdetur, nisi quod neglexeris. Age dum potes: breui non poteris: quia vbi quarta illa hora pars excesserit, claudetur tibi Regium ærarium.

3. Si mulier illa, quæ auctore Eliseo comparauit *4. Reg. 4.* sibi vasa non pauca, putasset oleum tam formonate fluxurum, nonne longe plura vasa comparasset, quibus egregie potuisset locupletari? haud dubie. Id sane nullus mercator prætermitteret, si Propheta quispiam hanc ei facultatem offerret. Defectus ergo non ab oleo, sed a vase prouenit. Tot vasa in nobis sunt, quot virtutes: sed iis non vtimur, perinde ac si eas non ha-

haberemus. Sapientia oleum effundit, & petit, Da mihi aliud vas: & respondes, Non habeo: & bene: quia virtutibus aut cares omnino, aut abuteris: quas si haberes dilatatas ac patentes, non deesset oleum quod illas repleret. Et ne Deum accuses, quasi vas tibi non dederit: dedit vtique: sed vel nescis te habere: vel si scias, nō queris: imo eius loco vitio contrario repleris, quod vsum huius excellentis vasis excludit.

Sed ad institutum redeat oratio. Statuamus tantum nos in spirituale lucrum velle intendere, modumque quæramus. Difficile namque est, excellentissimo quoque modo operari, nisi industrias supra allatas sequamur: imo admodum difficile homini est, ex tota habitus PERFECTIONE operari. Duobus tamen modis videtur fieri posse vt id consequamur: Primo, vt à iuuentute, dum mollior ac tenerior animus est, hanc mamillam sugere, atque intimis medullis Deum complecti: aut certe, si annos illos excessimus, longo vsu internis operibus, iisque frequentibus & incensis, insistere assuescamus. Vis enim omnis ab homine interno prodire debet: nec prodibit, nisi impressa fuerit; nec imprimetur, nisi exercitio atque actibus assidue repetitis, vt latius libro secundo dicturi sumus. Altero, vt feruenti prece Deū in auxilium nostrum adsciscamus. Si enim nos visitauerit: auxiliumque adiunxerit: quod summa difficultate vix valemus, nullo negotio conficiemus. Ad quam visitationem seu gratiam actualē obtinēdā plurimū valet orationis studiū.

Modus operandi ex tota latitudine habitus duplex.

1.

2.

Orationis laus.

Est enim oratio clauis cœli, ostium benedictionis, per quod lumen cœleste ac diuina solatia inferuntur: est scala, per quam cœlum conscendimus, & è cœlo auxilia accersimus ac reportamus: quæ si affluxerint, haud difficile erit intensissime ac feruentissime agere, & incredibiliter beneficia parta nouis accessionibus cumulare. Si enim gratia illa excitans eiusdem amplitudinis fuerit cum habitu, ea adiuta facultas laborem non sentiet: si vero excedat virtutis insitæ quantitatem ac intensionem, & ex illius plenitudine ac PERFECTIONE opus intendas, crescet habitus non ad mensuram qua constabat, gradus duplicando: sed actus cum gratia adiuuante elicitus tot ei gradus conferet quot actus ipse continebit: vt si habitus gradus centum nec plures habeat, superueniente auxilio mille gradus intenso, quo actus consentiens ac conformis eliciatur, habitus ad mille gradus extendetur. Quare magni momenti est, consolationibus illis cœlestibus imbui & abundare, nullaque occasio prætermittenda est eas consequendi, vitandaque omnia obstacula, & maxime peccatorum quantumcumque exilium, propter quæ merito hisce auxiliis priuari meremur. Minimus puluisculus oculum lædit, & conscientiæ mentisque suauitatem leuis culpa exterminat.

Peccati venialis detrimenta.

54. Quapropter vt finem faciam, (nam de hac re dicendi locus ad Praxim pertinet) *dum tempus habemus, operemur bonum. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Sapiens quoque monet.

Cal 6. 2. Cor. 6. Eccle. 14.

monet: *Non defraudaris à die bono, & particula boni doni non te prætereat.* Præuideamus diem illum, quo nos oportebit coram iudice rationem actionum gratiæque acceptæ reddere: cogitemus quid respondere debeamus: quod sapientis omnino est. nam *qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit.* Viget Apostolus Paulus vt *Eccle. 8.*
Rom. 12. *Ephes. 5.* *Tomo 2 in adhortat. 3. de virtute ad nouitium Monachum.*
simus *solicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes: caute ambulemus, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies malisunt.* Quod sapientissime S. Ephræm iuxta copiosissime inculcat. *Piscis*, ait, *in aquis constitutus captus perruperit rete, sequein fundum impulerit, saluatur: at cum extractus in terram fuerit, sibi amplius opem ferre non potest. Sic & nos, donec in seculo versamur, potestatem à Deo habemus disrumpendi à nobis vincula earum rerum quas cupit inimicus, abiiciendique graue onus peccatorum per pœnitentiam, & saluandi nos in regnum cœlorum: at si tremendum illud præoccupauerit edictum, & anima è corpore egressa fuerit, corpusque in sepulchrum illatum, non amplius nos ipsos iuuare poterimus: quemadmodũ neque piscis ab aquis extractus, & in vasculo conclusus, sibi amplius opem ferre potest. Demus ergo operam, carissimi, vt laqueos inimici bonis euitemus operibus, antequam veniat & illucescat dies illa magna, in qua reuelabuntur quæcumque in occulto & tenebris egimus. Ne igitur expectemus donec mors aduenerit, vt non confundamur in resurrectione, mortuorum, quando amicti conspicientur sancti stolis candidis, quas sibi per bona pararunt opera. Si nos ipsos*

tum,

tunc conſpexerimus non ſolum reſpondente nudatos gloria, verum etiam denigratos ac fœtore plenos, qualis putas nos occupabit confuſio? Deſpiciendum nobis prauæ concupiſcentiæ opus, & pro re nihili ducendum: vincamus exiguum illud pietatis amore, & ne in minimo cernamur reprobi. Magnum naufragium peccati opus & quiſquam erit qui tantam iacturam pro nihilo putet? Enitamur igitur ne tali tantoque periculo ſuccumbamus. Hæc B. Ephræm: Diuus vero Gregorius in eandem ſententiam ſicait: *Quia momenta ſuæ horæ fugiunt, agite, fratres cariſſimi, vt in boni operis meſſe detineamur. Audite quid ſapiens Salomon dicat. Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare, &c. Quia ergo & venturæ mortis tempus ignoramus, & poſt mortem operari non poſſumus, ſuperfluas ante mortem tempora indulta rapiamus. Sic enim ſic mors ipſa, cum venerit, vincetur, ſi, priuſquam veniat, ſemper timeatur.*

Hom. 13. in Euangelia.

Eccle. 9.

Hactenus fundamenta iecimus PERFECTIONIS acquirendæ: eam opportune ipſa quã altero libro trademus, praxis docebit, Deo duce & auctore, qui hactenus manum noſtram tenuit, ac direxit: cui merito, vt omnia, ſic & opuſculum hoc noſtrum adſcribimus, rerum omnium principio ac fini, meritis Domini noſtri JESV CHRISTI, qui ſeruis ſuis pacem ſuam inuocantibus non denegat: cuius vnitate Spiritus S. ſit laus & gloria annis perennibus.

AMEN.